


















CYP. REGNERI ab OOSTERGA
SWOLLANI

# CENSURA BELGICA.

Seu Novæ Notæ & Animadversiones

*In Libros IV. Instit. Imp. Iustin.*

Quibus singuli paragraphi cum ex Legibus Romanis, tum jure Divino, Canonico, Philosophia morali, Rebus judicatis, Communi DD. Opinione, Historicis, Antiquariis, Moribus Belgii & Moribus generalioribus Christianorum confirmantur, confutantur & illustrantur.

*His ob connexionem causæ accedunt ejusdem Auctoris.*

DISPUTATIONES JURIDICÆ


*Ad singulos fere §§. Institut. Justinian. excultæ ut supra.*






TRAJECTI ad RHENUM,

Apud JOANNEM à WAESBERGE,
*Anno* CIↃ IↃ C XLVIII.



*Nobilissimis, Gravissimis, & Prudentissimis Viris,*

D. PRÆTORI,

DD. CONSULIBUS,

*ET*

SENATUI

Populoque Ultrajectino,

Eorumque Secretariis.

*Hanc*

*CENSURAM BELGICAM*

CYPRIANUS REGNERI AB OOSTERGA.

D. C. Q.

*CÆterum ne me hæc Dedicatio, neve dicta Censura temeritatis insimulet; putavi nonnulla de causa instituti nostri præfanda esse. Auspicandum autem ab illa ratione videtur, Senatores Amplissimi, cur inclyto Nomini vestro hoc munusculum literarium inscribere haud erubuero. Multis, inquam, vestris in me collatis meritis me Vobis devinctum scio. Vestro enim favore ad Professoriam dignitatem hic evectus sum; quem etiam mox visis quibusdam*

*qualiscunque nostræ eruditionis speciminibus, auctuario salarii donastis. Post triennio vix prælapso, me ex professione Institutionum ad professionem Pandectarum promovere dignati estis. Ne itaque nactus hanc litandi Gratiis occasionem, accepti beneficii immemor dicerer, non potui non hosce labores meos vestræ Amplitud. in grati animi dicare* τεκμήριον ἀναμφισβήτητον. *Vos qua estis* ἐπιεικείᾳ *factum nostrum æqui bonique consulite, animumque non æstimatione muneris, sed propensa remunerantis voluntate metimini. Nunquam (fateor lubens) Vobis gratiam referre potero, illud certe non desinam, hic & ubique coufiteri, me referre non posse. Ingenui & hoc, teste Tullio, animi est, ei multum velle debere, cui jam plurimum debeas. Ad hæc nostri hic ingenii fœtus in Solo & Æthenæo vestro conceptus, fotus atque editus est, ideoque jure meritoque vestræ tutelæ ac patrocinio committi videtur. Denique hic mos dedicandi non solum hodiernæ consuetudinis est, sed etiam antiquitus receptæ, utpote quæ ab ipsis cunabulis Reipubl. Romanæ originem traxit. Legimus namque, Sext. Papirium. Sext. Ælium & Cn. Flavium ea, quæ de jure conscripserant, Populo Romano obtulisse, Eidemque grata ac popularia fuisse. His accedit sequens ætiologia de parte instituti altera, quâ saltem hoc evincitur, me Reipub. & Academiæ vestræ opitulari voluisse. In magnis autem ipsi etiam conatui suus honos constat.* Απὸ τῶν ἐπιχειρημάτων οὐκ ἐκ τῶν ἀποτελεσμάτων τὰ πράγματα ὡς τὰ πολλὰ κρίνεται.

*Ta-*

*Tales mehercule Institutiones cupidæ legum Iuventuti prælegendas esse, quæ in ipsis rerum argumentis obtinent, hactenus nullus cordatus ivit inficias. Recte Cicero ad Verron. Fructus, inquit, doctrinæ maximus est, ea tractare, quæ ad usum spectant. Et quis tam patiens, rogat Plinius, ut velit discere, quod in usu non sit habiturus? Quo etiam pertinet illud Aristippi, qui perconctanti cuidam, quæ potissimum adolescentibus essent discẽda? Respõdit, quæ viris usui futura essent.* ὁ χρήσιμ' εἰδὼς οὐχ ὁ πόλλ' εἰδὼς σοφός. *Monitis addatur exemplum Iustiniani, qui juri operã daturis ea legalis scientiæ elementa inculcari mandavit, quæ usui & Moribus Imperii accõmodata essent. Nec alia albo Doctorũ calculo comprobantur & expetuntur. Verum quum istius notæ nec extent, nec extitura sperentur (quãquam Consuetudines ita derogarint juri Romano, ut omninò novo Iustiniano, & novis Institutionibus opus videatur) muneris mei judicavi, meas Institutiones, hoc est, Mores hodiernos, sed maxime Belgii, quos ad singulos paragraphos Institut. Iustin. observavi, publici juris facere. Non me latet, Alios ante me (inter quos familiam ducunt D. Arnold. Vinnius & Tuldenus) commentariis & notis suis Mores subnexuisse, cum Belgarum, tum aliarũ Nationum, quo nomine etiam præfatis Viris debetur honòs haud mediocris, sed præterquam (liceat hoc illorum pace dicere) quod nimis prolixi sint in jure explanando Romano, quod mox ipsi Consuetudine agnoscunt abrogatũ, paucos, non singu-*

gulos §§. usu forensi illustrarunt. Præterea nullis ferme rationibus praxin suam fulciunt, quasi Mores retulisse sufficiat, iisque absque altiori indagine acquiescendum sit. Nos vero (quod meum præcipue & palmarium in hoc opusculo duco) singulorum rationes pro virili reddidimus. Sic namque sentio, nusquam temere resiliendum à Legibus Quiritum, quas tot tantique Viri condiderunt, docuerunt, & servarunt. Deinde lumen haud exiguũ, majoremque auctoritatem Moribus affundit, quicunque Eos non tantum evidentibus rationibus, sed etiam juri Divino, Canonico, Doctorum, Philosophorumque Sententiis congruos demonstrat. Iudicum etiam Advocatorumq; conscientias tranquilliores facit, legumque Studiosos mirum in modum sublevat, recreatque. At cum Mores toties ac frequentius Iuri Institution. Iustin. juste repugnent, quid est (dicat quis) quod tamen methodum ac verba ejus præmisero? Huic Respondeo, me imitatum consilium & factum Imperatoris Iustiniani, qui in Institutionibus suis primò proposuit jus vetus, deinde novum statim subjunxit, haud dubie adductus hoc veteri axiomate Philosophorum, contraria juxta se posita clarius elucesere. Quinimo tanta hæc ratio instituendi est, ut si vel publica auctoritate novæ Institutiones juris componendæ forent, necessario dictus ordo imitandus videatur. Vtique non singulæ Iustiniani Constitutiones Moribus abolitæ sunt, quidni ergo aliqua tanto juris Conditori, & tantæ Antiquitati tribueretur re-

ve-

verentia? Ex quibus jam luce meridiana clarius patet, notas & animadversiones nostras, sedulo & sæpius explicando & disputando excussas, novas esse, sed non minus necessarias (dictum hoc sit absque abrogautiæ nota) quam neotericas videri. Certo, inquam, certius est, talem Censuram Belgicam desiderari, qualem nos descripsimus, & affectamus. Tales itidem requiri Disputationes, quæ vere tales, & ubi ad unumquemque fere paragraphum nigrum respondet rubro, & ubi quæstiones, non certa juris principia disputantur, sed cum usu tamen & delectu, ut notis justam lucem adferant. Quid ego præstiterim, aliorum censuræ & judicio subjicio. Porro & illud ex antecedentibus sequitur, illos Interpretes misere juris Studiosis imponere, qui non singulis titulis, imò singulis §§. Iurisprudent. Romanæ Mores hodiernos cum suffragantes, tum adversantes superaddunt. Bonus rerum arbiter Petronius illos adolescẽtes, qui in Scholis nihil ex iis, quæ in usu habentur, aut audiunt, aut vident, stultissimos fieri existimat. Iustinianus istiusmodi Doctores fabularum Professores indigitat in proœm. Inst. Qui jus obsoletum, ait Besold. in Polit. operose nimis tractant, & de jure magis superstitiose agunt, ac si in foro Romano versarentur, digni sunt, qui ad campos Elysios relegentur, ut ibi jus dicant Romanis. Similes sunt, testante germano. Antecessore emerito, habentibus marsupium plenum recte signata pecunia, sed in illa regione ubi contrahendum & cöemendum est, non currente & expendibili.

bili. Quid ergo de plerisq; juris Interpretibus, eorũque Scholiis & interpretamentis? Illorum lectione non plane tamẽ interdixerim studiosis antiquitatis, quippe, ipso Iustiniano Auctore, cavendum est, ne prorsus omne jus antiquũ ignoretur; nisi quis persuasum sibi habeat, me abunde pro captu tyronũ præcepto Imperatoris satifecisse. Sane rudem ad huc & infirmum animum studiosi ne multitudine ac varietate rerum oneremus, graviter præcepit Iustinianus; ideoque raro integros textus, nec ex Sacris Paginis, nec ex jure Cæsareo, nec ex Pontificio mutuati sumus, sed fontes duntaxat, & loca textuum solitis signis quasi summo digito indicavimus. Multo minus operæ pretium duximus, dicta, opinionesque Doctorum, Philosophorum, Historicorumve ad verbum describere. Nam præter incommodum quod aliàs supra significatum metuitur, acta agere nolui. Quin febriculosæ ostentationis reos censeo, qui dum Iurisprudentiam, & maxime dum ejus prima cunabula docere volunt, magno simul conatu magnos antiquarios agere conantur. Etenim extraneis & peregrinis, qui sæpe sutores extra crepidam, & ne quidem à limine civilem Sapientiam salutarunt, tantundem fidei tribuere videntur, quantum Magistris in sua arte, quam à teneris per totam vitam summa industria & acri ingenio excoluêre. Satis itaque sit, prædictas sententias levi brachio & quasi per indicem attigisse, quatenus scilicet illarum allegatio nonnihil auctoritatis conferat, breviterque instruat & exstimulet

ad

ad altiorem cognitionem rerum literarumque. Pari ratione affines latioresque interpretationes, quæstiones, ac Mores remissive duntaxat ostendimus, sed nullibi omissis exceptionibus aut temperamentis, quæ sine flagitio præteriri nequeunt. Quæ cum ita sint, quis non videt (dixerim & hoc tam libere, quā vere) nos & novas notas, & novam methodum, viamque in forum cæteris compendiosiorem concinnioremque tradidiße? Quis, qui hæc advertit, mordicus in posterum tuebitur, Institut. Iustiniani absque hodiernis Moribus interpretandas esse, cæterove ornamento, quod supra adprobavi? Nemo profecto subactioris judicii, nisi ipsi rationi & conscientiæ vim inferre velit. Fateor equidem, me totum hoc Artis nostræ sublevamen debuisse, ac potuisse in lucem propellere cultius & doctius; sed cum quotidianis occupationibus ita distractus fui, ut non nisi interrupto studio & horis subcisivis operari, & quod operatum, ne quidem nitide describere licuerit, me apud æquos rerum arbitros crassioris meæ Minervæ veniam impetraturum, spero ac confido. Optavi quoque identidem, nostrum hoc tentamentum ab Aliis me natu ac peritia majoribus susceptum fuisse. Ast postquam comperi, vota carere successu, animnm ad vadum hoc publicæ famæ tentandum impuli, voluique ll. Studiosis potius per me succurri, quam per neminem. Præstat enim rudiore stylo prodesse, quam inani spe operis sublimioris deesse partibus suis. Si ergo vel hoc punctum tulero, quod Astreæ Corculis suppetia-

tus fuero; vel ſaltem meo exemplo Alios peritiores politioreſque ad imitationem accendero, me ſatis elegantem tractatulum publico juri vindicaſſe ſuſtinebo. Alii aliis gloſſis & methodis, nos inprimis rationibus & Moribus laboranti Iuriſprudent. mederi ſtudemus. Et niſi egregie hallucinor, videor mihi remedium ſuppeditaſſe præſentaneũ. Cunctos enim ſacris noſtris initiaturos initiatoſque adeo de ſingulis Inſtitution. paragraphis certos fecimus, ut nullus poſthac dubitaturus ſit, utrum id, quod ex juris elementis ſummo ſæpe cum labore didicit, uſum & rationem habeat. Nos, inquam, ſingulos paragraphos (quod ante nos ita nemo) rationibus, juribus, omnique genere probationis, quod aliquo modo ad probandum valet, ſuccincte explicuimus, ac corroboravimus. Quid autem tali methodo facilius, quid accuratius? Vereor tamen permultos fore, quibus hæc nova non allubeſcent. Ἔργμασι γὰρ ἐν μεγάλοις πᾶσιν ἁδεῖν χαλεπόν. Vetus itidem quærimonia eſt, multos, quod perperam didicerunt, in ſenectute confiteri nolle. Nova ſunt, inquiunt, non ſunt admittenda: nihil enim facile mutandum ex ſolennibus. Sed regero, niſi ſubſit evidens utilitas, quam variis rationum momentis demonſtravi ſuperius, & pluribus adſtruam in ſequentibus. At quid præterea eſt, cur quidam ita abhorreant à novis opinionibus vel Conſuetudinibus juri Romano contrariis? Scilicet dum illi ad eas non aſcendunt, aliis invident, obfirmatoque animo, ſed reclamante ſæpe ipſa conſcientia, jurant in verba magiſtri.

nos

——— nos nostraque lividus odit,
——— & nisi quæ terris semota, suisque
Temporibus defuncta videt, fastidit & odit.

*At id quam ab æquo & bono, quam à recta ratione alienum?*

Si enim tam Græcis novitas invisa fuisset,
Quam nobis, quid nunc esset vetus? aut quid haberet,
Quod legeret tereretque viritim publicus usus?

*Quid ergo illi callent? Nil, nisi quod ab antiquis ICtis, eorumque Interpretibus acceperunt; quod cum assequuntur, mirum in modum sibi gratulantur, & cristas sumunt. An vero Veterum responsa & glossemata Doctorum juri Divino & sanæ rationi congruant, nec curant, nec cogitant. Ne tamen hæc nostra commenta ignorasse videantur, magno cum sibilo (auguror, sed utinam male) eadem explodent, gravique supercilio ac pertinaci (ut quisque suæ opinionis, præsertim inveteratæ tenax esse adsolet) suis diu placitis & solitis postponent. Verum illi novitatem meam contemnant, ego illorum ignaviam & inscitiam. A cujus partibus stet ratio, etiam ipsa hæc dedicatio, præter ipsa rerum testimonia, satis superque innuit. Vti & hoc ex eadem abunde constat, quid illis ad os obturandum reponendum sit, qui Iurisprndentiam Romanam in Academiis, Mores demum in foro addiscendos clamitant.* Ὥστε ἐχθρὸς ὑμῶν γέγονα ἀληθεύων ὑμῖν? *Sed quid illis faciendum, qui Legibus Romanis tanquam scopulis Syrenum affixi nihil in istis*

*in-*

*injustum, nihilque perperam positum contendunt? Quid illis, qui juris Romani præjudicio ita fascinati sunt, ut eos, qui dictum jus vel communes DD. opiniones Moribus vel rationibus impugnant, nec æstimare, nec audire dignentur? Speraverim, tales, hisce nostris visis, nullos extituros; sed si me spes fallat, Anticyras navigare jubeo; quia helleboro opus habent. Quid? minorne auctoritas Moribus generalibus totius Orbis Christiani, imo solius Belgii, quam legibus Romanis deferri potest? An non quotidie in Tribunalibus & Curiis juxta Consuetudines & Statuta, licet juri Romano adversa, pronunciatur? Pluribus hæc non exaggero, quoniam nec ipsi Mores à nobis vel probantur, vel allegantur, nisi quos juri Divino & inexpugnabili rationi cōvenientes certo cognovimus. Consuetudinis (verba Imp. Constantini sunt) usûsque longævi non vilis auctoritas est, verum non usque adeo sui valitura momento, ut rationem vincat. De rationibus igitur videndum præcipue est. Nam quod contra rationem, id contra ipsum Deum introductum profiteor. Quod ipsum ipse quoque ethnicus, sed gravis auctor Plutarchus vidit:* ταὐτόν, *inquit,* ἐστι τὸ ἕπεσθαι θεῷ, καὶ τὸ πείθεσθαι λόγῳ. *Idem Chrysippus Stoicus: Deus est lex illa, quæ naturalis dicitur, cui legi quidquid repugnat, Deo ipsi adversatur. Unde nec quēquam sanæ mentis ab hac sententia dissensurum existimo. Cæterum cum me non fugiat, nequaquam jus, quod diu æquum visum est, ob quamlibet speciosam rationem rejiciendum esse,*

*multo*

multo minus facile perstringẽdos Mores hodiernos; ideo censuram meam quandoque suspendi (ut solent interdum ipsi ICti, Aliique in dubiis subsistere) & nihil certi aut solidi statuisse videri velim, nisi quod tam perspicuis & luculentis argumentis & rationibus nititur, ut vel ipse infans in jure capiat, eique adstipuletur. Multa (verũ est) exemplo Labeonis, imo præcepto Pauli, πάντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν κατέχετε, innovare ausus sum, sed quæ in conscientia tanto justitiæ lumine prælucere autumo, uti ipsos etiam cæcutientes illuminare, vel ipsum quoque ambigentem Carneadem in partes assentientes pertrahere possent. Summo itaque jure culpandi ac ridendi sunt, qui nec rationes, nec Mores rationibus confirmatos juri Romano præferri, nec Mores interdum juri Romano postponi patiuntur. Si quærat quis, cur hæc Aliis me longe doctioribus & exercitatioribus in mentem non venerint, ei confiteor, me illud nescire; sed hoc scire, Deum Opt. Max. ex ineffabili sua misericordia mihi petenti & meditãti suggessisse. Ei soli debeo, Ei laus & gloria in æternum. Quod si tanti ponderis ubiq; non sunt, quanti animus nobis persuasit, humanũ quid accidisse putabo, quod ἁμαρτεῖν εἰκὸς ἀνθρώπους. Sint nova duntaxat (quamvis nobis antiqua, si vera antiquissima sunt) sed ingeniose inventa, quibus & sua laus debetur. Quibus nec talia videntur, saltem arrideant ut formata ad cogoscendos plerosque Mores Belgii, ad exercenda Studiosorum ingenia, eruendamque veritatem, quæ ventilata semper plus rutilat. Vobis ve-

*ro, Amplissimi Senatores, si vel ut ἀνένδοιαστον ἐνέχυρον placuisse intellexero, nec oleum nec operam me perdidisse, gloriabor. Quinimo proposito, quo nobis decretum est, singulas Pandectarum leges simili commentario polire, stimulos & calcaria subdetis. Valete Summi Literarum Mecœnates, & bono publico diu & feliciter vivite & regite. Dab. Traject. ad Rhen. Kalend. Iul.* 1648.

CYPRIAN.

# CYPRIANI REGNERI
## AB OOSTERGA-SWOLLANI
# CENSURA BELGICA,
## Seu Novæ Notæ & Animadversiones
## *IN LIBROS IV. INSTITUTIONUM IMP. JUSTIN.*

### PROOEMIUM
### *De Confirmatione Institutionum.*

(In nomine Domini nostri IESU CHRISTI)

*IMPERATOR Cæsar Flavius Iustinianus, Alemanicus, Gotticus, Francicus, Germanicus, Anticus, Alanicus, Vandalicus, Africanus, Pius, Felix, Inclytus, victor ac triumphator semper Augustus, cupidæ legum juventuti (S.D.)*

SUMMARIA.

1. An hic tit. cum invocatione Christi conceptus sit?
2. An invocatio Numinis Divini Constitutionibus præmittenda sit, & quomodo?
3. Quæ cautio hodie hic adhiberi possit?
4. An absque nota ambitionis proprios titulos præscribere aut subscribere liceat?
5. An contra Rescriptum præsumatur quod non habet nomen Rescribentis?

HUnc Titulum cum præfata invocatione Numinis Divini conceptum esse, evincunt Libri manuscripti, teste *Giphan. ad h. pr.* Idem confirmat eadem invocatio, vel (ut Alii volunt) gratiarum actio sæpius titulis & Constitutionibus Justiniani præfixa, ut videre est in *l. 1. C. de offic. Præf. Præt. Afr. l. 2. C. de vet. jur* 1.

2. *enucl. Nov.* 17. 43. 85. 109. 134. & 139. Iſtiuſmodi autem adorationes ſeu gratiarum actiones licitas, pias, neceſſarias atque imitatione dignas eſſe, docent ſacræ Paginæ. 1. *Cor.* 10. *v.* 3. *Coloſſ.* 3. *v.* 17. 1. *Theſſ.* 5. *v.* 17. Nazianzen. his verbis: ἀρχὴν ἀπάντων ϗ τέλος ποίει Θεόν. *Auguſtin. in c.* 16. *cauſ.* 26. *qu.* 7. *Gregor. in c.* 26. *cauſ.* 1. *qu.* 1. Quinimo Legumlatores Ethnicos in exordiis legum invocationem Dei adhibuiſſe, teſtis locuples eſt *Plutarch. in vita Solon. Plat. lib.* 4. *de legib. Cic.* 2. *de legib. Liv.* 8. *decad.* 4. *Plin. in Panegyr.* Olim quoque Comites Hollandiæ in nomine Sanctæ Trinitatis Conſtit. ſuas auſpicatos eſſe, ſcribit *Scriver. in ſua Batav.* Cæterum hodie nec Imperatores, nec Reges, nec Principes Chriſtiani dictam invocationem Chriſti ſuis Epiſtolis aut Placitis præmittunt, ſed potius gratiarum actionem, quæ tamen coincidit cum invocatione; quoniam per eam Principes non ſolum Titulos ſuos ſed ipſas etiam Conſtitutiones Dei gratiæ tribuunt. Ut ut ſit, nemo tamen dubitet, quin Principes leges & actiones ſuas exordiantur ab invocatione Dei, ſi non externa, ſaltem interna & inter privatos parietes facta, quæ ſufficit. Qua de cauſa certum quoque eſt, juſſa Principum ſeu placita obligare, licet prędictam invocationem non habeant adjectam. Ratio evidens in ſequentibus eſt. Sed quid de inſtrumento à Notario ſine invocatione aut ſigno Domini noſtri Ieſu Chriſti confecto? Valere illud nihilo minus ſtatuunt *Dd. comm.* quidquid quidam diſſentiant, teſte *Harpr ad h. procem. n.* 5. & *ſeqq.* & *Schneid. ibid.* Ratio in promptu eſt, quia nulla lex expreſſam invocationem requirit. Unde conſuetudines, quibus Notarii in Inſtrumentis ſuis invocationem Numinis divini adhibere ſolent, ex utilitate duntaxat, non vero ex neceſſitate obſervari, tenendum eſt.

eſt. Diſſ. vide apud *Pac.ad tit. D. de fide inſtrument.* Quin tamen ob majorem Dei verecundiam introducendam Magiſtratus apertam & literis expreſſam invocationem Dei ſub pœna pecuniaria, aut ſimili requirere poſſit, nullus facile ambigat. Quò pertinet Conſtitutio *Imp. Maximil. de public. Notar. §.* und nach dem. Coloniæ promulgata anno Dom. 1512. 3.
Quod ipſos attinet titulos, quos Imperator hic ſibi ipſi adtribuit, eos & hodierni Principes vulgo ſibi adſciſcere ſolent. *Schneid. ad rubr. d. proœm.* exceptis Regibus Francorum, teſte *Eguin. Barone ad d. epigraph. proœm. part. poſt.* Sed quærunt *Dd.* num abſque nota ambitionis proprios titulos præſcribere aut ſubſcribere liceat? Quod vulgo affirmatur, ob rationes, de quibus *Eraſm. in libell. de conſcrib. epiſtol.* & *Dd. ad rubr. hujus proœm.* Hancque conſuetudinem à Veteribus profectam eſſe, tradit *Balduin. ad d. rubr. proœm. in verb. Alemanicus.* Quinimo ipſe Deus (cujus vicarii ſunt Reges & Principes) exemplo præiviſſe videtur. *Exod. c. 20. v. 2.* Quod tamen quidam hinc colligunt, contra Reſcriptum præſumi, quod non habet nomen deſcribentis, neque legibus neque rationibus conveniens eſt. *DD. d. inſcr. proœm.* Præſtat itaque attendere conſuetudinem loci & ſcribentis. *arg. l. ſi fundus 6. de evict. Specul. de reſcript.* 4. 5.

*IMPERATORIAM majeſtatem non ſolum armis decoratam, ſed etiam legibus oportet eſſe armatam: ut utrumque tempus, & bellorum, & pacis, recte poſſit gubernari: & princeps Romanus non ſolum in hoſtilibus præliis victor exiſtat, ſed etiam per legitimos tramites calumniantium iniquitates expellat: & fiat tam juris reli-*

*giosissimus, quam victis hostibus triumphator (magnificus.)*

SUMMARIA.

1. Quodnam sit officium & decus Imperatoris?

2. An togata militia præferenda sagatæ?

1. INitium hujus principii, quod in Imperatore armorum & legum conjunctam curam desiderat, exemplo confirmatur Dei Regis Opt. Max. qui Populum suum non solum legibus, sed etiam armis instruxit, *Gen.* 14. *Exod.* 17. 18. 20. 31. & 34. *Deut.* 5. & 17. *Rom.* 13. 1. *Timoth.* 2. *v.* 2. *Tit.* 3. *v.* 1. Recte itaque Julius Pollux Principem non modo πολεμικόν esse vult, sed etiam νομοθετικόν. Huic adstipulantur Socrates apud *Platon. de Repub.* Romulus apud *Dionys. Halicarnass. Horat. lib.* 2. *epist.* 1. *ad Augustin. Valer. Maxim.* 2. *c.* 4. *Liban. in orat. adversus Magistrat. adsessores, Justinian. in l.un.pr.de Justin. Cod.confirm. Nov.* 24. & 25. *in præfat. Nov.* 26. *c.* 1. *in fin. Omnes denique orthodoxi Theologi, Dd. ad h. pr.* & *Politici.*

2. Porro (quod non obscure innuit *d.pr.*) togatam militiam sagatæ præferendam esse, adstruitur auctoritate *Ciceron. in Pison.*: *Cedant arma togæ, concedat laurea linguæ.* Quantum, inquit *pro Cluent.* anima corpore, tantum toga sago præstantior est. Idem arbitrati sunt *Sigismund. apud Æn. Sylv. lib.* 4. *de reb. Alphons. Pompej. Magn. apud Plin. l.* 7. *c.* 30. *Carol. Magn. apud Eginard. in vit. Car.* & *vulgo Dd. ad h. pr.* Facit quoque *Proverb. c.* 11. *v.* 14. *c.* 9. *Ecclesiast. v. ult. Jud.* 5. *v.* 14.

*§. 1 Quorum utramque viam cum summis vigiliis, summaque providentia, annuente Deo, perfecimus & bellicos quidem sudores nostros Barbari-*

*baricæ gentes sub juga nostra redactæ cognoscunt : & tam Africa, quam aliæ innumeræ provinciæ, post tanta temporum spatia, nostris victoriis à cœlesti numine præstitis, iterum ditioni Romanæ, nostroque additæ imperio protestantur. Omnes vero populi legibus tam à nobis promulgatis, quam compositis, reguntur.*

SUMMARIUM.

1. An & quomodo res gestas | commemorare liceat?

HÆc ita ut hic narrantur, gesta esse à Justiniano, abunde testatur *Procop. de reb. gest. Justin. & Giphan. in comment. de Imp. Justin.* Interdum au- 1.
tem licitum esse, res suas gestas laudesque commemorare, sentiunt *Angel. & Dd. comm. per d. §. 1.* Quæ opinio nec à jure Divino aliena est, modo commemoratio non Thrasonicæ ostentationis, sed Ecclesiæ, vel Reipub. vel famæ defendendæ causa fiat. *1. Corinth. cap. 11. & 12.*

*§. 2. Et cum sacratissimas constitutiones, antea confusas, in luculentam ereximus consonantiam : tunc nostram extendimus curam ad immensa veteris prudentiæ volumina, & opus desperatum, quasi per medium profundum euntes, cœlesti favore jam adimplevimus.*

SUMMARIUM.

1. Belgas leges & statuta sua in scripturam redigere, | aut saltem oportere.

DE consonantia inter Constitutiones anteriorum Imperatorum introducta præfatur idem *Justin. in tit. de Justin. cod. confirm.* Sed qualis revera fue-

rit, vix conſtat, quia hodie non exſtat. Quid præſtiterit Imperator noſter in colligendis voluminibu veterum JCtorum, partim ipſa rei teſtimonia, partim *Dd.ad h.* §. oſtendunt. Plura de origine & progreſſu juris Romani vide in *tit.D. de orig. jur.& ibi Da*

2. *Schultz. & reliquos Dd. ad hoc proœm.* Moribus Belgii quoque Magiſtratus cum ſuperiores tum inferiores leges & ſtatuta, quibus ſubditos ſuos teneri volunt, in Codices redigere ſolent, aut ſaltem redigere debent. *Exod.*20. *Deut.*5.*&* 17. 2. *Reg.* 11. 12. *& Dd.ad h.* §. 2.

*§. 3. Cumque hoc, Deo propitio, peractum eſt: Triboniano viro magnifico, magiſtro, & exquæſtore ſacri palatii noſtri (& exconſule) nec non Theophilo & Dorotheo, viris illuſtribus, anteceßoribus (quorum omnium ſolertiam, & legum ſcientiam, & circa noſtras juſſiones fidem, jam ex multis rerum argumentis accepimus) convocatis, mandavimus ſpecialiter, ut ipſi noſtra auctoritate, noſtriſque ſuaſionibus, Inſtitutiones componerent: ut liceat vobis prima legum cunabula non ab antiquis fabulis diſcere, ſed ab Imperiali ſplendore appetere, & tam aures quam animi veſtri, nihil inutile, nihilque perperam poſitum, ſed quod in ipſis rerum obtinet argumentis, accipiant, & quod priore tempore vix poſt quadriennium (prioribus) contigebat, (ut tunc conſtitutiones Imperatorias legerent:) hoc vos à primordio ingrediamini, digni tanto honore, tantaque reperti felicitate, ut & initium vobis & finis legum eruditionis à voce principali procedat.*

SUMMA-

SUMMARIA.

1. Recte Juris studiosis primo Institutiones explicari, & quidem tales quæ usu forensi illustratæ sunt.

2. Quis hodie Magistro offic. & Quæstori similis sit?

3. Quo titulo hodie Reges alloquantur Magistratus suos?

4. Moribus studio juris nullum certum tempus præscriptum esse, sed rectius illud examini professorum committi?

HÆc confirmantur & illustrantur ex *Præfat.* 1.
*Pandect.* Sane Imperatorem recte & prudenter mandasse, ut sacris nostris initiaturo præscriberentur Juris institutiones, seu Isagoge & Synopsis, comprobat non tantum ratio in §. 2. *Inst. de Justit. & jur.* sed & consuetudo, de qua latius *in d.* §. 2. Porro & hoc Justiniano merito laudi duci, quod talia Jurisprudentiæ elementa juris Tyronibus explicari jussit, quæ in ipso usu & exercitatione forensi obtinent, satis superque demonstravi *in præfat.* Idem judicant mecum *Dd. plerique*, præsertim recentiores, qui commentariis suis ad *Inst. Justin.* generales specialesque consuetudines inseruêre; sed Eosdem tamen haud plene studiosæ ll. juventuti satis fecisse, dixi in *d. Præfat.* Moribus magistro officiorum re- 2.
spondet Marschalcus sive Præfectus Aulæ, ut Quæstori Cancellarius. *Giphan. hic.* Reges & Impera- 3.
tores hodie titulos magistratuum reticent, & tantum amicos & fideles suos appellant. Adde *Baron. ad h. proœm. part. poster.* Postremo & hoc huic §. ex com- 4.
muni saltem Consuetudine, teste *Wesemb. cons.* 80. *n.* 12. *& Zyp. in Notit. jur. Belg. tit. de postul.* adjiciendum est, hodie nec quadriennium nec quinquennium Studio juris præstitutum esse, sed potius illud tempus committi examini Professorum. Ratio consistit in natura artis, quæ nec debet, nec potest alligari certis annis, quod quidam citius, quidam tardius discant.

*§. 4. Igitur post libros quinquaginta Digestorum seu Pandectarum, (in quibus omne jus antiquum collectum est, quod per eundem virum excelsum Tribonianum, nec non cæteros viros illustres, & facundissimos confecimus) in quatuor libros easdem Institutiones partiri jussimus, ut sint totius legitimæ scientiæ prima elementa.*

SUMMARIUM.

1. Institut. Justiniani eleganter | in 4. Lib. distributas esse.

HÆc confirmationem & lucem accipiunt ex *d. præfat. Pandect.* seu *concept. & confirmat. Di-*
1. *gestor.* Haud inconcinne autem Institutiones distributas esse in quatuor Libros, ostendunt *Dd.* ex eo, quod cujuscunque corporis naturalis quatuor elementa sint. Unde etiam eodem modo divisæ sunt Inst. jur. Canon. Hotomannus Institutionum tractationem tripartitam fuisse asserit, quem sequitur *Grot. in Introduct. ad Jurisprud. Holland.* De modo designandi Pandectas & paragraphos, vide *Mynſ. h. loc.* Cur autem responsa veterum JCtorum in septem Partes & quinquaginta Libros Digestorum redacta sint, videsis apud *Cyprian. Serm. de Sanct. Spirit. Pac. in prolegom. ad Inst. jur. & Alios Dd. ad h. proœm.*

*§. 5. In quibus breviter expositum est & quod antea obtinebat, & quod postea desuetudine inumbratum, Imperiali remedio illuminatum est.*

SUMMA-

SUMMARIA.

1. Votum Auctoris.
2. Legislatorem oportere leges pristino usui & dignitati restituere, & hoc fieri in Belgio.

HIc §. elucet itidem in *d. præfat. Pandect.* seu *tit. C. de vet. jur. enucl.* Utinam & hodie tales com- 1.
ponerentur Institutiones, aut saltem in Academiis prælegerentur. Rationem pete ex *præf. huj. oper.* No- 2.
mophylacem autem oportere luci restituere bonas leges, constituit & alibi Justinian. in *l. rem non novam* 14. & *Nov.* 1. Quod Mores Belgii sequuntur, teste *Zyp. in Notit. jur. Belg. pr. Introduct.*

*§. 6. Quas ex omnibus antiquorum Institutionibus, & præcipue ex commentariis Caji nostri, tam institutionum, quam rerum quotidianarum, aliisque multis commentariis compositas, cum tres viri prudentes prædicti nobis obtulerunt, & legimus & recognovimus, & plenissimum nostrarum constitutionum robur eis accommodavimus.*

SUMMARIUM.

1. Quando hodie Constitutiones vim legis obtineant?

REperiuntur & hæc in *d. præfat. Pandectar.* quam inspexisse juvabit. Posse ac debere etiam hodie 1.
Institutiones & Pandectas componi ex doctissimorum virorum commentariis tam Institutionum quam rerum quotidianarum, patet ex præcedentibus, in *præfat.* & §. 3. *huj. proœm.* Notandum & hoc, hodie Constitutiones Principum non prius obtinere vim legis, quam si in præfecturis Prætorianis vel Auditoriis Senatorum publice lectæ, homologatæ & in acta relatæ sint. Adde *Baron. ad d. proœm. part. post.*

§. 7.

*§. 7. Summa itaque ope, & alacri studio ha leges nostras accipite, & vosmetipsos sic erudito ostendite, ut spes vos pulcherrima foveat, toto legitimo opere perfecto, posse etiam nostram Rempublicam in partibus ejus vobis credendis gubernari. D. C. P. II. Kalend. Decemb. D. IVSTINIANO PP. A. III. CONS.*

SUMMARIA.

1. Laus & ratio Just. ob adhortationem ad ll. studiosos.
2. An ICtis præ cæteris Respub. committenda sit?
3. Quærela Auctoris.

1. Optimo profectò consilio Imperator hic & in *præfat. Pand.* generosa studiosorum pectora propositis laborum præmiis inflammat, quoniam honos alit artes, omnesque incendimur gloria. 2. *Timoth.* 2. *Philip. Camerar. medit. cent.* 1. *c.* 4. *cent.* 2. *c.* 53. *Vellej.* 1. *P. Comin.* 9. & 10. *comment.* Si tamen *quem nulla capit tantarum gloria rerum, nec super ipse sua molitur laude laborem*, is ad stivam cum sua degeneri socordia relegatus esto. At vos quibus de meliore luto finxit præcordia Titan, *hoc agite ò Iuvenes, circumspicit & stimulat vos, materi-*
2. *amque sibi ducis indulgentia poßit.* Præterea Iureconsultis præ cæteris gubernacula Reipub. committenda esse, memoriæ quoque prodidit Rex sapientiæ. *Proverb.* 8. *v.* 12. 2. *Samuel* 15. *v.* 12. & *c.* 16. *v. ult. tot. tit. de orig. jur. c. si in laicis. dist.* 38. Herodian. qui memorat Alexand. Mamm. Imp. concredidisse τὰς πολιτικὰς καὶ ἀγοραίους διοικήσεις τοῖς ἐπὶ λόγοις εὐδοκιμωτάτοις καὶ νόμων ἐμπείροις. *Plat. de Repub.* cum ait, eas Respub. beatas fore, quæ à Philosophis, id est juris Sacerdotibus reguntur, *l.* 1. *§.* 1. *de Iustit.*

*& jur.*

*& jur.* Ratio in trito proverbio est, διπλοῦν ὁρῶσιν οἱ μαθόντες γράμματα. Hinc *Quintil. lib.* 11. *c.* 12. etsi, inquit, prudentia quosdam impetus à natura sumat, tamen doctrina perficitur. Adde omnino *Zyp. in suo Judic.* 22. *lib.* 1. Interdum tamen & hebetiores ad munera Reipub. apte promoveri, literatisque & juris peritis intermisceri, vide apud *Lips. polit.* 2. *c. ult. in fin. lib.* 3. *c.* 4. *& in not. ibid. Jun. part.* 1. *quæst. polit. quæst.* 18. Hæc ita Moribus in plerisque locis usu servari, varia & multiplicia Reipub. regimina declarant. Sed & in multa quadrat anti- 3.
qua querela Juvenal. sat. 4.

*Heu male nunc artes miseras hæc secula tractant!*
*Spes nulla ulterior; didicit nunc dives avarus*
*Tantum admirari, tantum laudare disertos,*
*Ut pueri Junonis avem.*

Martial. lib. 8. ad Flacc.

*Sint Mæcenates, non deerunt, Flacce, Marones*
*Virgiliumque tibi vel tua jura dabunt.*

*Cratetis ephemeris*, de qua Laërt. lib. 6. *ponito*, inquit, *coquo minas decem, medico drachmam, adulatori talenta decem, consiliario fumum, scorto talentum, philosopho triobolum.* Plura ad hoc Procem. comminisci operæ prætium non puto, tum quia ab aliis jam abunde præstita sunt, tum quia instituto meo minime conveniunt.

INSTI-

# INSTITVTIONVM
## *Seu Elementorum*
# D. JUSTINIANI
## Sacratiſsimi Principis,
## LIBER PRIMUS.
## *DE IVSTITIA ET IVRE.*
### TITULUS I.

*IVSTITIA eſt conſtans & perpetua voluntas jus ſuum cuique tribuendi.*

SUMMARIA.

1. Cur Imp. uſus ſit methodo analytica?
2. Definitio juſtitiæ, ejuſque explicatio & probatio.

1 IMperator Juſtinianus traditurus principia Juris, recte à fine ejus methodo analytica incepit. Etenim Juriſprudentia ſeu Ars boni & æqui nihil aliud eſt, quam Philoſophia Practica vera & non ſimulata. *l.* 1. §. 1. *D. h. t. Gell.* 10. *c.* 22. Procedit autem hæc ideo à fine, quod finis agentem moveat & impellat, omniumque mediorum ſit menſura. *Zabarell. l. de trib. præcogn. c.* 1. 2. 3. *& ſeqq. Weſemb. in parat. ad h. t. D.*

2. Ipſam vero definitionem juſtitiæ mutuatus eſt Imperator ex *Ulpiano in l. Juſtit.* 10. *pr. D. h. t.* quæ cum illa regula coincidit, quæ à Chriſto præcipitur. *Matt.* 7. *v.* 12. *Luc.* 6. *v.* 31. *Pſalm.* 10. Primus ejus Author Simonides dicitur, quem laudat *Plato* 2. *de Repub.* Probat eand. etiam *Ariſtotel. ejuſq; Paraphraſtes ad* 5. *Nicomach. c.* 1. *de juſtit. & c.* 4. *lib.* 2. *Cic.* 2. *de invent.*

*vent.* & *lib.* 5. *de finib. Gell.lib.* 14.*c*.4. Hisque calculum suum adjiciunt *Christiani Ethici in suis Ethic.* Sed cum definitur constans & perpetua voluntas, tunc in abstracto & in sua essentia consideratur. Quo modo etiam vita perfecta à Christo. *Matth.* 5. *v.ult.* Decalogus Dei. *Exod.*20. omnesque virtutes morales à Philosophis præscribuntur. *Arist.* 10.*Nicom.*2.& *ibi Paraph. Mart. Capell. de Dialect. Grot. in Flor. Spars.ad h.t. Zyp.in suo Iud.c.*9.10.12.& 14. *lib.*1.ubi hanc definit. justitiæ multis rationibus probat illustratque.

*§. 1. Iurisprudentia est Divinarum atque humanarum rerum notitia, justi atque injusti scientia.*

SUMMARIA.

1. Definitio Iurisprud.ejusque probatio & explanatio.
2. An & quomodo Iurisprud. versetur circa res divinas?

HÆc definitio scaturit ex fonte *d. l.* 10. §. 2. *D. h. t.* probatur ac illustratur ex *l.* 1. §. 5. *de extraord. cognit. l.* 14. *C. de advocat. div. jud. Plat. in Gorg. Arist.*1.*polit.c.ult. Gell.*11.*c*.17.*Just.in discept. cum Tryphone. Tacit. lib.* 3.*Vellej. Paterc.* ubi Scevolam divini & humani juris Auctorem celeberrimum appellat. Eadem facile colligitur ex *d. c.* 7. *Matth. v.*12. & *Luc.*6.*v.*31. & Pentateucho Mosis, Pandectis Hebræorum & convenientia juris Mosaici cum jure Romano, de qua passim.*Zepper.de ll. Mosaic.*& *Selden.de jure nat.* & *gent.* Haud obscure quoque elicitur ex jure Canon., quod non tantum canones & constitutiones introduxit circa res divinas, sed etiam humanas. Vide *Panorm.in cap. cæterum col.* 2. *de u ram.cal.*& *in c.cleric.de judic.ubi* & *Aret.* & *Dec.* 1

Deni-

Denique Moribus Belgii confirmatur, dum hodie juris Prudentes U.I. Doctores renuncientur, sive juris divini & humani, sive Cæsarei & Pontificii con-
2. sultos intelligas. An ergo jurisprudentia etiam versatur circa res divinas proprie sic dictas? Versatur, quatenus scilicet in illis de jure quæritur, seu quatenus considerantur ut justæ vel injustæ, seu quatenus in illis unicuique etiam suum tribuitur. Jurisprudentia ergo est notitia sive scientia, quâ possumus scire quid sit justum quid injustum, seu quid cuique tribuendum sit, cum in rebus humanis tum divinis. Vel sic; Ius est ars boni & æqui. *l.* 1.*pr.D.h.t.* id est, jurisprudentia tradit ac continet artem sive præcepta, quibus possumus scire quid sit bonum, quid æquum, tam in rebus divinis quàm humanis. Quicunque ergo vere Jurisperitus videri vult, is se tam jura divina quàm humana nosse ostendat. *Brisson. lib.* 4. *antiq. jur. cap.* 16. *Dd. Alii aliter.* Vide *Grot. in Flor. spars. ad h.* §. *& Dd. ibid.*

*§. 2. His igitur generaliter cognitis & incipientibus nobis exponere jura populi Romani, ita videntur posse tradi commodissime, si primo levi ac simplici via, post deinde diligentissima atque exactissima interpretatione, singula tradantur: alioqui si statim ab initio rudem adhuc & infirmum animum studiosi multitudine ac varietate rerum oneraverimus; duorum alterum, aut desertorem studiorum efficiemus, aut cum magno labore, sæpe etiam cum diffidentia (quæ plerumque juvenes avertit) serius ad id perducemus, ad quod leviore via ductus, sine magno labore, & sine ulla diffidentia, maturius perduci potuisset.*

SUMMA-

SUMMARIA.

1. An methodus Iustin. bona sit ejusque ratio?
2. Prolixos Interpretes Instit. studiosis juris non commendandos esse.

DE utraque hac methodo copiose idem Imperator agit in *d.tit. de concept. & confirmat Digestor.* id est, in *Præfat. Pandectar.* Similì methodo in erudiendis discipulis Christianæ religionis usus est *Paul. 1.Corinth.3. & Hebr.5.* Eandem commendat *Quintilian. lib. 1. c. 1.& 8. sub init.de orator. Arist. lib.1. Eth.* Ratio in hoc ipso §. redditur, quæ etiam hodierna consuetudine corroboratur, quia quotidie in unaquaque facultate & arte breves Institutiones conscribuntur & excuduntur. Sed nullæ majore mole commentariorum adgravatæ sunt, quàm nostræ Justinianeæ. Quare illorum prolixos Interpretes (præsertim eos qui suis interpretamentis quæstiones intermiscuerunt) non solum contra præceptum Imperatoris, sed etiam contra rationem docendi fecisse arbitramur, atque vere in eos competere illud Horatii l. 1. Sermon Satyr. 1.

*Si dicas, magno de flumine mallem*
*Quam ex hoc fonticulo tantundem sumere, eo fit*
*Plenior ut si quos delectet copia justo*
*Cum ripa simul avulsos ferat Aufidus acer.*

§. 3. *Iuris præcepta sunt hæc: honeste vivere, alterum non lædere, suum cuique tribuere.*

SUMMA-

SUMMARIA.

1. An tria juris præcepta ad unum revocari possint?
2. An dicta præcepta coincidant cum præcepto Christi?

1. TRia hæc juris præcepta universalia primo tradidit Ulpianus in *d.l.* 10. §. 1. *D.h.t.* quæ etiam ad unum revocari posse, satis apparet ex ipsa definit. justitiæ Sic Christus decem præcepta Decalogi revoca ad duo. *Matth.* 7. & 22. Quod si ergo sumamus h generale præceptum, *aterum non lædes*, plane id præscriptum censetur, quod respicit proximum i strum sive justitiam politicam, & à Christo præcip.
2. tur. *d. c.* 7. *Matth. v.* 12. his verbis; *quæcunque vultis ut faciant vobis homines, ita & vos facite illis,* Quæ lex Regia vocatur. *Iacob.* 2. *v.* 8. Alexander Severus hac generali regula sive præcepto ita delectatus est, ut in Palatio & publicis Operibus præscribi jusserit, referente *Camerar. in oper. subcisiv. cent.* 1. *c.* 98. Accedit huic alius ethnicus Hierocles apud *Stob. serm.* 84. cum unoquoque, inquit, sic agas, tanquam tu illius indueris personam, ille tuam. Vere ergo Auctor Decretorum requirit, ut lex secundum naturam facta sit, *dist.* 4. *cap.* 2. Quod & moribus Belgii servatur, quibus simplex jus gentium sive naturale sequimur, hoc est, jus quod ipsa conscientia sive æquitas naturalis dictitat. Vide *Giphan. ad* §. *ult. h. t. Gudelin. de jure noviss. lib.* 3. *c.* 5. *Grot.* 2. *de jure bell. & pac. cap.* 11. *Vinn. ad tit. Institut. de obligat. circa fin.* His adde *nostra in pr.* §. 1. & 2. *t. seqq.*

*§. 4. Hujus studii duæ sunt positiones, publicum & privatum. Publicum jus est, quod ad statum rei Romanæ spectat. Privatum, quod ad singu-*

*singulorum utilitatem. Dicendum est igitur de jure privato, quod tripertitum est: collectum est enim ex naturalibus præceptis, aut gentium aut civilibus.*

## SUMMARIA.

1. Divisio juris, ejusque ratio, confirmatio, explicatio & usus.
2. Trimembrem juris privati subdivisionē apud alios JCtos bimembrem reperiri, eamque à Neotericis alia ratione extendi in trimembrem.

HÆc excerpta sunt ex *l.* 1. §. *hujus* 2. *D. h. t.* ubi & ratio divisionis additur. Præterea dicta divisio juris in publicum & privatum confirmatur auctoritate Demosthenis in Timocratem, ut videre licet apud *Grot. in Flor. spars. ad h.* §. *Plinii lib.* 8. *epist.* 4. *& Gell.* 10. *c.* 20. Cæterum tunc sub jure publico haud dubie continetur divinum, quod circa sacra religionem & Magistratus versatur. *d.l.*1.§.2.*D. h.t. & dist.*1.*c.*11. Quare dicendum quoque est, trimembrem partitionem Ciceronis in sacrum, publicum & privatum 1.*de legib. Auson. in Idyl.*15.*Quintil.*2.*Inst.orat.c.*4. hic in διχοτομίαν seu bimembrem distributionem redactam esse, quod jure nostro minime infrequens, & apud Philosophos frequentius est. Vide *Tulden. ad h. t. c.* 5. Eodem sensu Hebræorum jus partim publicum (quod scilicet directe & principaliter utilitatem publicam concernit) partim privatum fuisse (quod scilicet directe & principaliter utilitatem singulorum spectat) passim ex sacro Codice apparet. Vide *Zepper. de legib. Mosaic.lib.*2. *P. Cunæ. de Repub.Hebr.* Singulas quoque Civitates hodie habere sua jura tum publica tum privata, notius est, quàm quod lippis & tonsoribus constat. Videatur tamen *Baro ad h.t. part.poster.Zyp.inNot.*

*jur. Belg. tit.de leg.Grot.d. Introd.lib.*1*. part.*2*.Treut. disp. & vol.* 1*. thes.*3 *.lit. b. Schultz. ad h. t.* Quod
2. attinet trimembrem ſubdiviſionem juris privati in *d.* §. 4*.d.l.*1. §.2. *h.t.* illa apud Alios occurrit bimembris. *l. omnes* 9*. D.h.t.Platon.lib.*6*. de legib.Ariſtot.* 5*. Eth.Gell.*7*.c.*3*. Cic.* 3*.offic.* qui omnes jus privatum ſive jus in genere diſtribuunt in commune, hoc eſt, naturale ſive gentium, & civile. Multi *DD.* Neoterici dictam bimembrem diviſionem in trimembrem extendunt, hoc eſt, dividunt jus, in jus naturale, gentium & civile; ſed aliter definiunt jus naturale, quàm *Ulpian.in d.l.*1*.*§.3*.& Imp.in pr. tit. ſeq.* ut videre licet apud *Canoniſt.in c.*6*.diſtinct.* 1*. Weſemb. in Paratit. ad h.t. n.* 15*. &* 16*. Hotom. ad tit. ſeq. Juſt. Bacchov.ibid.Vinn. ad h.* §*. & d.tit. ſeq.* quibus non invitus accedo, Videſis noſtra ad *tit. ſeq.* Quo modo jus publicum ſit ſubdividendum, dixi in *diſp. ad h. t.Inſt. & Pand.*

## *DE IVRE NATVRALI, GENTIVM, ET CIVILI.*

### TITULUS II.

*Ius naturale eſt, quod natura omnia animalia docuit, nam jus iſtud non humani generis proprium eſt, ſed omnuim animalium, (quæ in cœlo,) quæ in terra, quæ in mari naſcuntur. Hinc deſcendit maris atque fœminæ conjunctio, quam nos matrimonium appellamus: hinc liberorum procreatio, hinc educatio. Videmus etenim cætera quoque animalia iſtius juris petitia cenſeri.*

SUMMA-

SUMMARIUM.

1. Melior definit. jur. naturalis, ejusq; variæ significationes.

HÆc definitio, ut & latior ejus adnexa explicatio desumpta est ex *d. l.* 1. §. *pen. D. de justit. & jur.* Eandem definitionem seu explicationem Triphoninus adprobare videtur in *l. si quod* 64. *D. de condict. indeb.* Cæterum neminem præterea JCtorum vel Philosophorum ita jus naturale descripsisse existimo. Quin *DD.comm.* qui aliquo modo tuentur dictam definitionem, tradunt jus naturale ab Ulpiano definiri improprie, abusive & ἀναφορικῶς: Alii dicunt, Ulpianum loqui à parte principaliore, quia pleraque jura naturalia natura omnia animalia docuit. Sed neutra explicatio liberat definitionem à vitio. Primo, quia non omne jus quod natura docuit hominem, etiam omnia animalia docuit. Secundo, quia natura, quam habemus communem cum brutis, non docet jus, sed tantum natura rationalis. Multa quidem quæ juris sunt naturalis, bruta faciunt, sed cœco naturæ instinctu. Proprie ergo juris naturalis sunt, quæ natura rationali, seu ratione naturali dictitante talia esse judicantur. Unde rectius jus naturale definitur, quod sit jus, quod ratio naturalis seu natura rationalis dictitat jus esse, sine discursu mentis, hoc est, jus à natura nobis innatum, seu jus quod prima & simplex ratio dictitat. *Paul.* 2. *ad Rom. v.* 14. *& seq. Cic.* 1. *de legib. Salmas. de usur. c.* 9. *Grot. de jure bell. & pac. lib.* 1. *c.* 1. *Selden. lib.* 1. *de jur. nat. & gent. c.* 4. 5. *& seqq. Wesemb. d. loc. Govean.* 1. *var. lect. jur. c.* 19. Dicitur & hoc jus naturale sæpe jus gent. & vulgò jus gent. primævum, cujus multa vestigia videmus in brutis, & quorum actus sive exempla nos sæpe certiores reddunt de iis, quæ juris naturalis perhibentur. Paulò aliter describitur, sed obscure & confuse in *c.* 7. *dist.* 1. Vide *disp. nost. ad h. t.*

*§. 1. Ius autem civile à jure gentium distinguitur: quod omnes populi, qui legibus & moribus reguntur, partim suo proprio, partim communi omnium hominum jure utuntur, nam quod quisque populus ipse sibi jus constituit, id ipsius proprium civitatis est, vocaturque jus civile, quasi jus proprium ipsius civitatis, quod vero naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peræque custoditur: vocaturque jus gentium, quasi quo jure omnes gentes utantur. Et populus itaque Romanus partim suo proprio, partim communi omnium hominum jure utitur. Quæ singula qualia sint, suis locis proponemus.*

SUMMARIA.

1. Vera definitio juris gent. ejusque confirmatio & explicatio.
2. Vera definitio jur. civil.
3. An & quando à jure communi gent. recedere liceat?
4. Quomodo Belgæ utantur jure Romano, Canon. & Feud.

HIc §. originem trahit ex *l. omnes* 9. *D. h. t.* ubi bona definitio jurisgent. proponitur, quæ confirmatur *l.* 1. *pr. D. de adq. rer. dom.* & sic intellige *l.* 1. §.
1. *ult. D. h. t.* Hoc autem jus gent. *DD. vulgo* vocant jus gent. secundarium. Alii nuncupant jus naturale seu gentium, quod composita ratio, seu ratio naturalis ratiocinando & discurrendo justum dictitat, atque adeo apud omnes gentes recipiendum, nisi ob specialem rationem fortiorem huic vel illi genti sive Civitati applicari nequeat. *l.* 6. *D. h. t. c.* 9. *dist.* 1. & *DD. supra allegat.* Qui pressius philosophantur, illi putant hoc jus gent. non esse specifice sive formaliter distinctum à jure natutali sive gentium quod primævum

vum sive innatum dicitur. Interim docendi gratia non male triplex jus statuitur, maxime, quia vestigia juris gentium quod ratiocinando constituitur, in brutis vix animadvertimus. Definitio autem juris civilis, 2.
quod scilicet in specie hic & in *d.l. 9. definitur*, extat itidem in *c.8.dist.1. apud Cic.in Topic. Aristot. Eth. 5. c.2.& 10. Harmenop.lib. epit. tit. 1. Theoph. hic. Xenoph. 4. ἀπομνημ.* Ratio definitionis perspicua est, quia non idem omnibus licet, sed locorum ac nationum dissimilitudo, seu singularis ratio sæpe communi juri gent. derogat. Quare recte *Aristot.lib.4.polit.* Respublicæ, inquit, non legibus, sed leges Rebuspub. accommodari debent. Idem sentiunt. *Cic.2.de orat. Bodin.de Rep.lib.5. c. 1. n. 494. & Pontif.in c. 2. distinct.1.&.c.2.dist.4. Balduin.& cæteri DD.ad h. §. Zepper. de ll. Mosaic.* late & eleganter *lib. 1. c. 1. & seqq. usque ad fin. lib. 1.* Quod populus Romanus non pauca jura singularia, etiam male contra communes regulas juris gent. introduxerit, apparebit ex sequentibus. Itaque consulto & prudenter prius deliberandum & attendendum est, antequam quid temere contra tenorem rationis seu juris gent. inducatur. *arg l. jus singulare 16.D.de ll.& SCtis.* Sane ma- 3.
la non esse facienda, ut eveniant bona, omnibus bonis extra controversiam videtur. *Paul.ad Rom.3.v.8. c.1.dist.14.* Deinde nec utile videri debet, quod contra honestatem est, licet utilitatis intuitu excogitatum sit. *Cic.3.off.c.4. & 1. de nat.Deor.c 7.* Quando ergo aliqua Civitas vel Gens à jure communi gentium recedit, talis requiritur ratio, quæ tam evidens & fortior est, ut mens nostra sive ratio, habita collatione rationis singularis cum ratione communi, haud difficulter acquiescat. Sicuti sæpe fit in conflictu duarum rationum communium sive regularum juris gent. ubi una alteri propter circumstantias tempo-

rum, locorum & perſonarum vel cedit vel derogat, *Weſemb.ad h.t.d. n.*15. Sive igitur juri gent. aliquid additur, ſive detrahitur, non debet hoc fieri contra communem & naturalem rationem, niſi fiat ob rationem ſingularem quæ communi manifeſte fortior eſt. Ex quibus nunc hoc ſequitur, illud jus Civile bonum & ſervandum eſſe, quod non tantum loco & tempori conveniens eſt, ſed etiam rationi, aut ſaltem ei non manifeſte contrarium. Vide *noſt.in* §.8. Subdividitur autem hoc jus civile, in mixtum & merum ſive poſitivum. *Bacch. & Vinn.ad h.*§. quam diviſionē facilioris duntaxat doctrinæ gratia tolerari poſſe, dixi in *diſp. ad h.tit.Inſt.& Pand.* An & quomodo hodie quælibet Civitas leges Municipales ſeu ſtatuta condere
2. poſſit, dixi in *diſp. ad h. t. Inſt.& Pandect.* Moribus quoque quamlibet Gentem vel Civitatem partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum jure uti, conſtat. Quomodo in Belgio utamur jure Romano, Canon. & Feudali, videre integrum eſt, apud *Bronchorſt. in Method. Feudor.pr. & DD. ad c.* 1. *lib.*2. *tit.* 1. *Feud. Ritterſ. & Roſbach. de diff. & comparat.jur.Civil.& Canon.Diſſert.noſt.de jure canon.Gail.*1.*obſ.*121.*&* 2.*obſ.*33.*&*124.*Lamb.Gor.Adverſar.tract.*3.*c.*9.*n.*28.*& tract.*4. §. 1. *Tulden. hic. c.* 3.*Vinn.ad* §.2.*h.t.diſp. noſtr.ad h. t. Inſt. & Pand. & paſſim in notis noſtr.& diſputat.*

*§. 2. Sed jus quidem civile ex unaquaque civitate appellatur, veluti Athenienſium. nam ſi quis velit Solonis, vel Draconis leges appellare jus civile Athenienſium, non erraverit: ſic enim & jus, quo Romanus populus utitur, jus civile Romanorum appellamus, vel jus Quiritum, quo Quirites utuntur. Romani enim à ( Romulo, )*

*Qui-*

*Quirites à Quirino appellantur. Sed quoties non addimus nomen, cujus ſit civitatis, noſtrum jus ſignificamus, ſicuti cum Poëtam dicimus, nec addimus nomen, ſubauditur apud Græcos egregius Homerus, apud nos Virgilius. Ius autem gentium omni humano generi commune eſt, nam uſu exigente, & humanis neceſſitatibus, gentes humanæ (jura) quædam ſibi conſtituerunt. Bella etenim orta ſunt, & captivitates ſequutæ, & ſervitutes, quæ ſunt naturali juri contrariæ. Iure enim naturali omnes homines ab initio liberi naſcebantur. Et ex hoc jure gentium omnes pæne contractus introducti ſunt, ut emptio (&) venditio, locatio (&) conductio, ſocietas, depoſitum, mutuum, & alii innumerabiles.*

SUMMARIA.

1. Jus Civile Romanum cæteris præferendum eſſe.
2. Moribus Belgii contractus populi Romani proprios non ſervari.

ILla quæ hic ad Hiſtoriam, Grammaticam & Rhetoricam pertinent, habita ratione noſtri inſtituti, ſtudio à nobis præteriuntur. Tantum hoc animadvertamus, quod Tribonianus jure meritoque jus Civile Romanum haud obſcure putet, reliquis Juribus Civilibus præferendum eſſe, ut dixi in *præfat. & ad §. præcedent.* Adhoc & illud hic notandum, quod hodie etiam jus civile (quo nimirum Civitas utitur) ex unaquaque civitate nominetur, & plerumque redigatur in ſcripturam, ac publice in lucem edatur. Bella, ſervitutes & pleroſque contractus ex jure gent. deſcendere, reſpondit etiam *JCtus in l. 4. & 5.* 1.

2. *D.h.t.* Quinam contractus *hic & in d. l.* 5. excipiantur, dixi in *disp.* 1. *ad h. t. Inst. & Pand.* Mores Belgii, Aliarumque Gentium nullis uti videntur contractibus, qui speciali Jure Civili Romano introducti sunt. *Giphan. hic.* Rationes videre est in *nostr. ad tit. de verbor. obligat. & tit. de literar. obligat.*

*§. 3. Constat autem jus nostrum, quo utimur, aut scripto, aut sine scripto: ut apud Græcos* τῶν νόμων οἱ μὲν ἔγγραφοι, οἱ δὲ ἄγραφοι, i. legum aliæ (sunt) scriptę, alię non scriptę. *Scriptum autem jus est lex, plebiscitum, Senatusconsultum, principum placita, magistratuum edicta, responsa prudentium.*

## SUMMARIA.

1. Probatur jus Romanum recte dividi in scriptum & non scriptum.
2. Quando & quomodo Moribus recurratur ad jus Romanum, si casus ex legib. nec ex morib. loci decidi queat?
3. Cur tunc non confugiatur ad ll. Hebræorum?

HIc §. compilatus est ex *l. jus civile* 6. §. 1. & *seqq. D.h.t.* Continetque partes juris Romani scripti, quas repetiit Jus Can. sed mutilatas & minus perspicuas. *tot. dist.* 2. Romanos autem Græcosque partim jure scripto, partim non scripto usos fuisse, patet ex *Dionys. Halicarn. lib.* 1. *Demosth. advers. Aristocrat.* Jus Atheniensium, inquit, partitur εἰς γεγραμμένους νόμους καὶ ἄγραφα νόμιμα. *Pericl. apud Thucyd. lib.* 2. Imo, inquit *Tullius*, non sunt omnia scriptis sancienda, sed & mores serendi. Nos item in Belgio utimur aut legibus scriptis, aut non scriptis. *Christin. vol.* 2. *decis.* 51. & 65. *Grot.* 1. *Introd.* 2. *Merul. lib.* 1. *tit.* 4. *c.* 3. *Vinn. ad* §. 9. *h.t. Zyp. in Notit. jur. Belg. tit. de legib.*

gib.const.&c. Quod si casus vel quæstio nec ex moribus nec ex legibus decidi queat, recurrimus cum tota fere Europa ad Jus Romanum, tanquam ad ἀνομίαν & commune Asylum decisionum. Vide præter *DD. supra in §.1. allegat. Baron. ad h.t. part. post. Christ. vol. 1. dec.* 343. Sed Alii hoc superius hocmodo limitandũ putant, nisi Juri Civili Romano derogatum sit per generalem Consuetudinem, aut æquius Jus Canon. maxime quod generalioribus moribus receptum est. *Gudelin. de jur. noviss. lib. 1. c. 13. & lib. 3. c. 13. Grot. d. Introd. ad Jurisp. lib. 1. part. 2.* Quando autem Jure Civili, quando Jure Canonico utendum sit, vide apud *Zyp. in jur. Pont. nov. anal. tit. de constit & d. tract. de not. jur. Belg. tit. de legib. Rittersh. & Alios, qui de diff. Jur. Civil. & canon.* scripserunt, & *nos late in d. dissertat. de jur. Canon. & passim in hac censur. Belg.* Sed cur, dicat aliquis, non recurritur ad Leges Hebræorum sive Jus Mosaicum forense? Resp. quia Jus Civile & Canonicum plura decidendi argumenta Moribus nostris accommodatiora continet. Deinde, quia jus Civile & Can. Jura Judæorum quæ non fuerant illorum propria, sed moralia & fundata in ratione naturali, continent. Qua de re graviter *d. Selden. de jure nat. & gent. & Zepper. d. lib. 1. per. tot.* Interim tamen hoc proh dolor! fatendum est, plerosque Juris Interpretes hodie nimis sordide ipsum Fontem negligere, sed præfatos rivulos laxis quasi habenis adire, nullo sæpe prævio examine habito, an, necne responsa Veterum JCtorum & Pontificum juri divino Morali & Normæ Christi in *d. c. 7. Matth. v.* 12. conveniant. Vide quæ dixi in *præfat.*

2.

3.

*§. 4. Lex est, quod populus Romanus senatorio magistratu interrogante (veluti Consule)*

*constituebat. Plebiscitum est, quod plebs plebio magistratu interrogante (veluti Tribuno) constituebat. plebs autem à populo eo differt, quo species à genere: nam appellatione populi, universi cives significantur, connumeratis etiam patriciis & senatoribus. Plebis autem appellatione, sine patriciis & senatoribus cæteri cives significantur, sed & Plebiscita, lege Hortensia lata, non minus valere, quam leges cœperunt.*

SUMMARIA.

1. Definitio & explicatio legis proprie sic dictæ, & plebisciti.

2. Quomodo Belgæ leges & plebiscita condant & sequantur.

1. HÆc definitio legis convenit juri veteri, quo populus Romanus, rogante consule, jus constituebat. *Balduin. & Bacchov. hic. Gell. lib.* 10. *c.* 20. Eandem refert & explicat *l.* 1. *&* 2. *D. de ll. & SCtis. Cic.* 1. *de legib. &* 3. *de Repub. Gratian. in c.* 3. *dist.* 1. *junct. c.* 2. *distinct.* 4. cui congruit lex Christi in *d. c.* 7. *Matth.* Quod autem *Callides apud Platon. in Gorgia, & DD. ad h. §. & d. tit. D. de ll.* notant, illam legem proprie legem esse, quæ naturæ contraria est, sano sensu intelligi debet. Hoc volunt, videlicet raro legem fieri de illis, quæ ipsa natura seu ratio naturalis jubet; frequentius condi contra seu præter communem & simplicem rationem seu naturam, ob rationem singularem & compositam huic vel illi Genti sive Civitati propriam. Sic servitutem dicunt contra naturam vocari, quia libertas competit prima ratione sive jure naturali primo, sed servitus fortiori ratione, composita & secunda, seu jure naturali secundo, de quo nos *Inf. ad tit.* 3. Rectius tamen Ponti-

fex

fex in *d.c.* 2. ubi quidem conſtituit, ut lex ſit loco temporique conveniens, attamen & hoc, ut ſecundum naturam ſit. Utique quod ex fortiori ratione introductum eſt, quamvis contra rationem minus fortem, vix contra rationem inductum dici poteſt, Vide *Maran.in ſpec.de Ord.jud.part.*3.*tit.judic.unde origin.* ubi & jura hodierna allegat. Moribus Belgii, quibus ſimplex Jus gentium ſequimur, ut dixi *ſup.ad* §.3.*tit.*1. nequaquam imitamur leges Romanorum, quæ vel ſingulari ratione vel ſubtilitate quadã inventæ ſunt. Vide *c.*12.*diſt.*1.*& ibi Canon.* Quo- 2.
modo in Belgio & Germania hodie leges ferantur, vide apud *Zyp.d.tract.& d.tit.de legib.Vinn.ad* §.9.*h.t.Schultz.ad h.t.Treutl.d.vol.* 1.*diſp.* 1.*theſ.* 5.*lit.e.* Quæ & quando nova lex obliget, dixi in *diſp.ad h.t.Inſtit.& Pand.diſp.* 2. Quæ de plebiſcito hic traduntur, confirmationem & lucem accipiunt ex *l.* 2. §.*deinde* 8.*D.de orig.jur.Cic.cont.Rull.& lib.* 3.*de legib.* ubi plebiſcitum legem vocat Tribunitiam propter rogationem Tribunorum. *Gell.*15.*c.* 27.*Bodin. de Rep.lib.*2.*c.ult.Cujac.in d.l.*2.*Roſin.antiq.Roman. lib.*1.*c.*16.*Balduin.Hotom.Borchol.ad h.*§. Moribus Belgii mutata Reipub. Rom. forma, proprie plebiſcita non fiunt. Quomodo nos Romana plebiſcita obligent, dixi ad *pr.hujus* §. ubi quod de legibus Romanor. notatum eſt, haud dubie quoque de cæteris partibus juris ſcripti intelligendum eſt.

*§.5. Senatuſconſultum eſt, quod Senatus jubet, atque conſtituit. Nam cum auctus eſſet populus Romanus in eum modum, ut difficile eſſet in unum eum convocari legis ſanciendæ cauſa: æquum viſum eſt, Senatum vice populi conſuli.*

HIc §. consentit cum §. *deinde* 9.*d.l.*2.*de orig. jur.* & confirmatur ac illustratur ex *Lib.*1. *Dion.Halicarn.lib.*2.*&* 6.*Gell.lib.*14.*c.*7.*Bodin. de Rep.* 3.*c.* 1. *Balduin. Hotom. Vinn. ad h.* §. Qui in Belgio & Germania Senatoribus Populi Romani nonnihil respondeant, vide apud *Zyp. in d. notit. jur. Belg. tit. de jurisd.omn.jud.& d.tit.de legib. Gudelin. de jure noviss. lib.* 5. *c.* 5. *Treutl.d.disp.*1.*thes.*5. *lit.g. Christin.decis.* 10.*vol.*1.*&* 2.*decis.*65.*&* 66.

*§.6. Sed & quod Principi placuit, legis habet vigorem: quum lege Regia, quæ de ejus imperio lata est, populus ei, & in eum omne imperium suum & potestatem conferat. Quodcunque ergo Imperator per Epistolam constituit, vel cognoscens decrevit, vel edicto præcepit, legem esse constat, hæc sunt, quæ Constitutiones appellantur. Plane ex his quædam sunt personales, quæ nec ad exemplum trahuntur, (quoniam non hoc princeps vult.) nam quod alicui ob meritum indulsit, vel si quam pœnam irrogavit, vel si cui sine exemplo subvenit: personam non transgreditur. Aliæ autem, quum generales sint, omnes proculdubio tenent.*

SUMMARIA.

1. De quo Principe hic agatur, & quando ejus constitutionibus obtemperamendũ sit?

2. Ordines cujuscunque Provinciæ in Belgio placita condere posse?

TOtus hic §. descriptus est ex *l.* 1. *D. de Constit. Princip.* sed vix tamen plene & accurate, nisi dicamus, Tribonianum sub epistola subscriptionem, & sub decreto sententiam interlocutoriam comprehendere; vel in nost. §. potissimum agi de iis placitis

tis, quæ certius & regulariter vim legis habent. Vide *DD.conciliantes d.l.* 1. *cum l.*3.*C.de ll.* Junct. *Zyp.d. tit. de legib.* Justinianum autem hic, & Ulpian.in *d. l.* 1. loqui de bono & justo Principe, apud *DD.* in confesso est, quibus adde *l.*4. *digna vox. C.de ll.l.pen. C.de precib.Imp.off.l.ult. C.si cont. jus vel util.Nov.* 73. *Antigon. Regem Macedon. apud Plutarch. lib.* 4. *apopht. Opil. apud Capitolin. Alexand. Sever. apud Dion.lib.*52. & denique *Antioch. tertium illum*, qui, rejecta sententia Caracallæ aliorumque tyrannorum, datis ad singulas Civitates literis, jussit, ne sibi parerent, si quid forte præter jus & fas ediceret. Sane Constitutionibus impiis, vel quæ divinam lædunt Majestatem, minime obtemperandum esse, docet *Apostol.Petr.Actor.*5. Contrà, illa jussa, quæ manifeste non contrariantur juri divino aut sanæ rationi, à supremo Magistratu præscribi posse observanda, docet *Paul.ad Rom.* 13. *& ibi Theologi, & Politici in suis Politicis hac de re latius.* Vide etiam *Scneid.ad h.t. n.*23. An recte Populus Romanus suam potestatem transtulerit in Principem, hoc est, an Monarchia præferenda sit Aristocratiæ vel Democratiæ, supervacuum puto hoc loco dicere, maxime dum proprie hæc seges ad falcem Politicorum pertineat. An juste Princeps sine exemplo subvenire possit ei, qui homicidium commisit, vide in *disp. ad h.t. Inst. & disp. Pand.* 2. Moribus Belgii Ordines cujuscunque Provinciæ placita vulgo **Placcaten**/ condere posse, nemini dubium est. *Zyp. d. tit. de legib. Vinn. ad* §.9. *h.t.*

*§.7. Prætorum quoque edicta non modicam obtinent juris auctoritatem. Hoc etiam jus honorarium solemus appellare, quod qui honores gerunt,*

id

*id est, magistratus, auctoritatem huic juri dederunt. Proponebant & Ædiles Curules edictum de quibusdam causis, quod & ipsum juris honorarii portio est.*

SUMMARIUM.

1. Quæ potestas Prætorum olim, & quę hodie.

1. QUalem auctoritatem olim habuerint edicta Prætorum, ostendunt *l.2.§. eod. temp.10.& §. ergo 34.D.de orig.jur.l.jus autem 7.§.1.D.de ll.& ibi DD. Cic.in 3.& 7.Verrin.Liv.7.Gell.9.c.9. Borell.de Magistr.edict.* Eadem *hic* & in *tit.C. de jure vet.enucl.* inter partes juris scripti referri, cuilibet attendenti in propatulo est. Similes Prætores seu Magistratus sibi adjunxisse Mosem, legimus *Exod.* 18. Moribus Belgii in plerisque locis Prætor cum Consulibus & Scabinis, vel Prætor & Scabini edicta proponunt. An & qui hodie ex nostris Magistratibus æquiparentur prætoribus Romanis, vide apud *Fachin.13.c.30.Zyp. in Notit. jur.Belg.tit.de dignit.Gudelin. d.tract lib.5. c.7. circ. fin. Schneid. ad h.t.n.* 18.*& ibi Wesemb. in not.*

*§.8. Responsa prudentium sunt sententiæ & opiniones eorum, quibus permissum erat de jure respondere, nam antiquitus constitutum erat, ut essent, qui jura publice interpretarentur, quibus à Cæsare jus respondendi datum est, qui Iurisconsulti appellabantur, quorum omnium sententiæ & opiniones eam auctoritatem tenebant, ut judici recedere à responso eorum non liceret, ut est constitutum.*

SUMMA-

S U M M A R I A.

1. Quę ſit & fuerit auctoritas reſponſorum? | 2. Quibus in Belgio de jure reſpondere liceat?

OLim reſponſa Prudentum inter jus non ſcriptum relata fuiſſe, indicat *d.l.2.§.5. his legib. &* 1.
*§.ita in civit.* 12. *D. de orig. jur.* ſed magnam tamen habuiſſe auctoritatem in judicando, teſtatur & *Cic. pro Cæcin.* Poſtea graſſantibus bellis civilibus tota dignitas Juriſprudentiæ collapſa fuit, teſte eod. *Cic.* 2. *offic.* Sed reſtituit eam Auguſtus. *d.l.2.§.poſt hunc* 47.*de orig.jur.* Tandem reſponſis veterum JCtorum ſumma auctoritas & vis legis attributa eſt à Theodoſ. Jun. *l.* 1. *C. Theod. lib.* 1. *tit.* 4. *de reſp. prudent.* eamque adprobavit Juſtinianus, referens dicta reſponſa inter partes juris ſcripti. *d. §. noſt. & tit. C. de* 2.
*vet. jur. enucl.* ſeu *tit. de confirmat. digeſt.* Moribus Belgii in literis ſeu bullis promotionis mentio fit Principis vel Ordinum Provinciæ, quorum auctoritate legum Doctoribus de jure reſpondere permittitur. *Buſ. ad d. l.* 2. Adde & *Treutl. diſp.* 1. *vol.* 1. *theſ.* 7. *lit. a. &* Zyp. *d. tit. de legib.* An & quomodo reſponſis JCtorum comparentur communes DD. Opiniones, & res judicatæ Cameræ, Parlement. Curiarumque, dixi in *diſp. ad h. t. Inſt. & diſp.* 2. *Pand.* quibus adde *Buſ. ad d. l.*2. Zyp. *d tit. de legib. Treutl.d.diſp.*1.*theſ.*7.*&* 8.

*§. 9. Sine ſcripto jus venit, quod uſus approbavit. nam diuturni mores conſenſu utentium comprobati, legem imitantur.*

SUMMARIA.

1. Definitio & explicatio consuetudinis?

2. Quomodo consuetudines in Belgio fiant & obligent?

HÆc de Consuetudine confirmantur & illustrantur ex *l. de quib.* 32. *D. de legib. & SCtis.* ubi & ratio additur, cur diuturni mores consensu populi
1. recepti vim legis habeant. §. 1. *d. l.* 32. *& seqq.* Eodem modo definit *Cic. ad Herenn.* consuetudo, inquit, jus est, quod sine lege æque ac legitimum esset, usitatum est: vel ut loquitur 2. *de invent. & lib.* 2. *de legib.* jus est, quod voluntate omnium sine lege vetustas comprobavit. Hæc autem intelligenda de consuetudine, quæ ratione nititur, nemo dubitet, ob *l. quod non rat.* 39. *D. de ll. & l.* 1. *&* 2. *C. quæ sit. long. consf. & ibi DD.* ubi rationem, ut legis animam, sic & consuetudinis, asserunt. Adde *c.* 3. *& seqq. distinct.* 8. *Nov.* 134. ubi graviter Justinian. τὰ κακῶς inquit, ἐπινοούμενα, οὐδὲ μακρᾷ συνηθείᾳ βεβαιοῦσθαι βουλόμεθα. Idem inculcat *Demosth. in orat. cont. Androtion, & in orat. cont. Aristogiton. Bald. & Schneid. ad h. §. nost.* An autem Romanorum consuetudines tales fuerint, videbimus in sequentibus, & vidimus ex parte in antecedentibus tum hic, tum alibi in *tract. de injust. quarund. ll. Rom. & Dissertat. de jur. canon.* Sane *DD.* non solum hanc partem juris Romani de consuetudine, sed etiam reliquas partes jam confirmatas & illustratas, à principaliori parte facta denominatione, recte magnificis verbis (ob æquitatem & gravitatem illarum) commendare, nemo in jure Civili versatus sana mente inficiari potest. Vide *præfat. nostr.* Num hæc etiam procedant, postquam populus potestatem suam transtulit in Principem, vide in *disp. ad h. t. Inst. & Pand.* 2. ubi plures disputantur quæstiones, quæ
2. huic loco & robur & intellectum conferunt. Moribus

bus Belgii consuetudines cujusque Civitatis legem imitantur, si juxta formam factæ sunt, quâ statuta fieri diximus, ad §. 1. *Inst. h. t.* Vide etiam *Vinn. ad h. §. & Zyp. in Notit. jur. Belg. tit. de leg.* ubi & hoc animadvertunt, quod hodie passim consuetudines scriptæ sunt, ut certior sit earum cognitio, paratior probatio & sumptuum deminutio. Latiorem usum vide apud *Rebuff. tract. de consuetud.*

§. 10. *Et non ineleganter in duas species jus civile distributum esse videtur, nam origo ejus ab institutis duarum civitatum, Athenarum scilicet, & Lacedæmoniorum, fluxisse videtur. In his enim civitatibus ita agi solitum erat, ut Lacedæmonii quidem magis ea, quæ pro legibus observabant, memoriæ mandarent: Athenienses vero ea quæ pro legibus, scripto custodirent.*

### SUMMARIUM.

1 Romanos à Græcis, & Græcos ab Hebræis multa ad Rempub. mutuatos esse, hocque commendare leges Romanas.

HAnc Triboniani probationem divisionis minus elegantem esse, scribit *Bacchov. ad h. §.* quem sequitur *Vinn. ibid.* quos videre licet. Nobis sufficit, dictam divisionem juris civilis in scriptum & non scriptum probasse & illustrasse, *supr. ad §. 3. h. t.* Hoc duntaxat hic notandum putamus, quod Romani in constituenda & regenda Repub. imitati sint Athenienses, Lacedæmonios aliosque Græcos, ut constat *ex l. 2. §. 4. D. de orig. jur. Dionys. 10. Liv. 3. Plutarch. in vita Numæ & Solon. Athenæ. 6. Stob. tit. 41. de Rep.* Rationem imitationis reddit *Tull. pro Flacc.*

*Thucyd.lib.2.Isocrat. in suo panegyr. & panathenaïc. Plutarch. in Lycurg. DD. ad. h.§.* Sane Græcos plerasque leges suas ab Hebræis quasi de manu in manus accepisse, testatur *Zepper.de ll.Mosaic.lib.1.c.13. & Selden.lib. 1. de jure nat. & gent.* quod non leviter commendat Leges Romanorum.

*§. 11. Sed naturalia quidem jura, quæ apud omnes gentes peræque observantur divina quadam providentia constituta, semper firma atque immutabilia permanent. Ea vero, quæ ipsa sibi quæque civitas constituit, sæpe mutari solent, vel tacito consensu populi, vel alia postea lege lata.*

SUMMARIA.

1. Quo sensu jus naturale dicatur immutabile, & quàm varie de eo DD. sententiæ sint?

2. Sententia & explanatio Auctoris.

3. An & quando jus civile mutare liceat?

2 QUomodo hæc verba de immutabilitate juris naturalis seu gentium intelligenda sint, mirum in modum variant Interpretes. Quidam ajunt, Tribonianum hic tantum loqui de jure naturali seu gentium primario, non secundario, obligativo non permissivo, positivo non negativo. Alii animadvertentes, jus naturale seu jus gentium hic in genere opponi juri civili, interpretantur dicta verba, jus naturale seu jus commune per se & in genere quidem immutabile esse, sed non ratione singularium & circumstantiarum, hoc est, (ut Alii loquuntur) potest tamen modificari, declarari & provisionibus alterari. Alii, quod effectus ejus quidem impediri possit ob rationem fortiorem sive compositam, sed proprie non tolli, aut mutari. Alii deniq;, quod quidem in se & sua natura mutari non possit, sed tamen superari à nova suborta causa

caùſa vel æquitate. Hæc gloſſemata ſeu tempera-
menta, ut non ſunt plane diſſona menti Triboniani,
ita nec plene ei conſona ſunt. Nos ex aliis verbis
Triboniani in §. *ult. de legit. agnat. tut.* ſenſum 2.
hujus loci ſic explicamus, ut jus civile omnibus
modis, jus verò naturale non omnibus modis mutari
poſſit, hoc eſt (ut loquitur *Ulpian.in l.jus civile 6.D.
de Juſtit. & jur.*) juri communi ſeu naturali quidem
aliquid addi vel detrahi poteſt, ſed minime in totum
commutari. Ut ut ſit, hoc in ipſa rei veritate vero
verius eſt, jus quod divina mens ſeu ratio à natura
inſita dictitat, immutabile & inviolabile eſſe, atque a-
deò leges contra dictum jus nec ferri, nec valere poſ-
ſe. Item dixit ipſe Tyrannus Dionyſ. τοῖς μὲν πόλεως
βιάσασθαι νόμοις δύνασθαι, τοῖς δὲ τῆς φύσεως μὴ δύνασθαι.
mo ut ipſe Deus non poteſt mutari, ſic nec hoc jus
ationale. Vide *Eſai.c.14.v.24. & c.46. v. 10. & c.1.
liſtinct.9. Theolog. ubi de imag. Dei in hom. Origen.5.
ont Celſ.Tull.3.de Rep.Ariſt.1.Rhetor. Selden.1.c.8.
le jur.nat.& gent.Grot.in proleg.de jur.bell.& pac.&
ib.1.c.1.DD.ad h.§.* Huic ſententiæ nihil adverſatur,
quod (ut ſupra diximus) unum jus naturale ſeu gen-
ium ſæpe vincatur ab altero, ob mutationes caſu-
um & cauſarum; quia tunc tamen non mutatur vel
orrumpitur alia lege lata, vel tacito conſenſu populi;
ed tantũ in quæſtionibus decidendis una ratio ſæpe
lteri cædit. Notetur ergo hic filum ſeu regula, quâ
qui ſe ex hoc difficultatis labyrintho facile expedire
queat, quæque perfectum & abſolutum Judicem &
Ctum conſtituat, hæc videlicet: quod in omnibus
ontroverſiis decidendis recurrendum ſit ad ſcrinium
uris naturalis, ſeu notitiam juſti & injuſti nobis in-
atam. Hæc enim eſt ille judex, qui ſuppeditat quid
robandum, quidve rejiciendum ſit. *Paul.2.ad Rom.*
*v.* 15. Hoc, inquam, præcepto univerſali inſtructus

legiſlator vel judex ſemper juxta dictamen rationis pronunciet, ſed habita ratione fortioris in conflictu, ſive naturalis ratio confligat cum naturali, ſive civilis cum civili, ſive civilis cum naturali ſeu potius communi, & ſive agatur ad addendum vel detrahendũ, tollendum vel impediendum. Quæ ratio fortior ita etiam fortior & prægnantior videri debet, aut ipſa mens noſtra vel ratio adquieſcat. Vide *diſt.* 13. *per tot.* Quod
3. attinet mutabilitatem juris Civilis, illam alia poſtea lege lata, vel contraria conſuetudine (ſcilicet rationabili) fieri poſſe, confirmat. *d. l.* 32. §. 1. *& l. ſed & ea* 35. *D. de ll. & SCtis. Ariſtot.* 3. *Polit. Liv.* 3. *Gell.* 20. *c.* 1. *Quintilian.* 11. Ratio in bono Reipubl. ſita eſt, cui modo rigidiores, modo mitiores leges conveniunt. Quoties ergo evidens & manifeſta ratio ſeu utilitas poſtulat, mutationem fieri oportere innuit JCtus in *l.* 2. *de conſtit. princip. & l.* 7. *de reſtit. in integ. Plat.* 7. *de legib. Ariſt.* 2. *Polit.* 6. *in fin. Bodin.* 4. *de Rep. c.* 3. *Lipſ.* 4. *Pol.* 9. *Balduin. ad h.* §. *Connan.* 1. *comm.* 9. An & quomodo jus civile etiam tacito conſenſu iſtius populi vel Civitatis quæ agnoſcit ſuperiorem, mutari poſſit, dixi *ſupra ad* §. 9. *h. t.* Jus Civile Romanorum, præſertim illud quod Illorum fuit proprium, vel in ſolennitatibus & ſubtilitatibus fundatum apud Belgas mutatum eſſe, & illud duntaxat obſervari, quod rationi communi ſeu juri gent. & loco & tempori conveniens eſt, dixi *ſup. ad* §. 1. *h. t.*

§. 12. *Omne autem jus quo utimur, vel ad perſonas pertinet, vel ad res, vel ad actiones. Et prius de perſonis videamus, nam parum eſt jus noſſe, ſi perſonæ, quarum cauſa conſtitutum eſt, ignorentur.*

HÆc deſumpta ſunt ex *l.* 1. *&* 2. *D. de ſtat. hom.* continentque diviſionem juris ab objecto ſeu

mate-

materia sumptam, quam probant. *Giphan. Vinn. Harpr. ad h.* §. Alii aliam probant, ut videre est apud *DD. ad d.* §. Alii hic constituunt initium *tit. seqq.* Vide *Balduin. & Hotom. ad d. tit.* Quomodo jus Belgarum versetur vel circa personas, vel res, vel actiones, videre licet in sequentibus.

## DE IVRE PERSONARVM.

### TITULUS III.

*Summa itaque divisio de jure personarum hæc est: quod omnes homines, aut liberi sunt, aut servi.*

### SUMMARIUM.

Summam divisionem personarum apud plerasque Gentes receptam fuisse, sed hodie apud paucas usum habere, & non nisi umbram servitutis superesse.

HAnc divisionem ex *l. 3. D. de stat. hom.* Sumptam apud Hebræos & plerasque gentes olim receptam fuisse, testantur affatim cum profanæ tum sacræ Historiæ. Cæterum hodie apud paucos usus servorum observatur, ut in Lusitania, Hispania & quibusdam aliis ditionibus, quæ Turcis vicinæ sunt. Ratio redditur in §. 1. *h. t.* Moribus Belgii aliorumq; populorum umbra quædam servitutis cernitur in colonis, qui adscriptitii dicuntur, vulgo **lijffs-eyghen.** *Gudelin. d. tract. lib. 1. c. 5. Nic. Burgund. ad consuet. Fland. tract. 15. Chass. ad consuet. Burg. rub. 9. §. 17. Vigl. ad §. 7. Inst. de testam. ord. Christin. vol. 4. decis. 80. & decis. 86. vol. 5. Grot. de jur. bell. 3. tit. 7. Zyp. tit. de serv. Vinn. Bar. Gyphan. ad h. t. Besold. in Synops. polit. c. 14. Lambert. Gor. Adversar. tractat. 3. c. 13.* quem omnino inspice.

§. 1.

*§. 1. Et libertas quidem (ex qua etiam liberi vocantur) est naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet, nisi quid vi aut jure prohibetur.*

SUMMARIUM.

Probatur & explicatur definitio libertatis.

HÆc definitio totidem verbis extat in *l. 4. pr. D. de stat. hom.* cum qua convenit *Tullii* 1. *de offic. Arist.* 1. *Polit. Pers. Satyr.* 5. Quidam tamen verba ejus posteriora: *nisi quid vi &c.* expungunt. *Giphan. Harp. ad h. §.* Quidam eadem exceptive accipiunt, quasi ille qui vi aut jure prohibetur, non videatur liber. *Balduin. ad d. §.* 1. *Grot. in Flor. Spars. ad h. t.* Quidam rectius referunt ad verba proxime præcedentia, non ad genus definitionis; hoc est, negant ideo infringi libertatem, quod quis vi aut jure quandoque vetatur facere, quod libet. *Wesemb. Tulden. Vinn. Borcholt. ad h. §. Tim. Fab. disp. anniv.* 4. *thes.* 3. Næ qui vi vinctus aut in carcerem conjectus est, impeditur quidem actiones liberas exercere, sed tamen non desinit habere naturalem facultatem ejus quod facere lubet; sicut nec ille qui lege prohibetur. *Theoph. ad h. §. Arist.* 5. *polit.* 9. *Cic. pro Cluent. Legum*, inquit, *omnes servi sumus, ut liberi esse possimus.* Plura de libero arbitrio vide apud *Ursin. ad quæst. catechet.* 8. *& Alios Theolog. ad loc. de lib. arbit. Philosoph. ad loc. de spontan. & invit.*

*§. 2. Servitus autem est constitutio juris gentium, qua quis domino alieno contra naturam subjicitur.*

SUMMA-

SUMMARIA.

1. Probatur & explanatur definitio servitutis.

2. Recte servitutem constitutam fuisse, sed hodie inter Christianos rectius abrogatam esse, & non nisi in Turcas & similes exerceri posse.

REpetita & hæc definitio est ex *d. l.* 4. §. 1. *D. de stat. homin.* cui similis est *Theophil. hic. Harmenop.c.*1.*t.*18.§.3. 4. 6. *Eclog.* 1. *c.* 2. eamque probant *DD. ad h.* §. sed sub illo intellectu, de quo in §.4. *tit. anteced.* Definiverunt quoq; servitutem *Cic.in paradox.Zeno apud Laert.Plat.in Lysid.*sed magis in genere & philosophice. *Hotom.ad h.*§. Porro dictam constitutionem justam & æquam fuisse, patet *Genes.* 16. *Exod.*21. *Ephes.*6. *Pet.*2.*c.*2.*v.*19. Hodie tamen inter Christianos nec in usu est, nec licita videtur; quia bella nostra fratrum & civilia bella sunt *Pac. hic. Bacchov.ad* §.1. *Inst.de his qui sui vel alien.Alciat.in l.host.*118. *de V.S.* Tantum Christiani Turcas, Sarracenos & Tartaros in servitutem redigunt, quia belluæ quodammodo sunt, quæ horrenda crudelitate in amabile nomen Christianum sævire solent. *Gudelin. d. lib.* 1. *c.* 4. *Bus. ad l.* 5. *D. h. t. Bodin.* 1. *de Rep. c.* 5. *Vinn. Schneid. Schultz. ad h. t.* Plura hac de re vide *in disp. ad h. t. Inst. & Pand. & inf. ad d.* §. 1. *Inst. de his qui sui.* 1. 2.

*§. 3. Servi autem ex eo appellati sunt, quod Imperatores captivos vendere, ac per hoc servare, nec occidere solent, qui etiam mancipia dicti sunt, (eo) quod ab hostibus manu capiuntur.*

SUMMARIUM.

Captos in bello recte in servitutem redactos, non verò occisos fuisse.

HÆc ad verbum descripta sunt ex *d. l.* 4. §. *ult. D. de stat. hom.* & confirmantur per *l. pupillus* 239. §. 1. *de V. S. Isidor.* 5. *etym. c.* 27. *Donat. in Adelph. act.* 2. *scen.* 1. *Cic. in orat. pro Flacc.* 2. Quibus autem ritibus aut solennitatibus servi venditi sint, vide apud *Gell.* 7. *c.* 4. *Fest. lib.* 18. *Balduin.* & *Borch. ad h.* §. Sed dictam clementiam non solum à Romanis, sed etiam ab aliis Ducibus belli adhibitam fuisse, manifestum est ex *Deut.* 15. & 20. *Exod.* 21. *Levit.* 25. *Xenoph. lib.* 7. *Cæs.* 7. *comm. Curt.* 4. *Senec. in Troad. Arist.* 1. *Polit. c.* 4. *Plat.* 1. *de legib. Grot. de jur. Bell.* 3. *c.* 4. 11. & 14. Rationem reddit *c. nolit.* 3. *q.* 1. Seneca 1. de clement. *jubet*, inquit, *æqui bonique natura, ut captivis parcatur*. Liv. 7. dec. 5. *Clara fit victoria vincendo oppugnantes, non sæviendo in afflictos.* Flacc. 1. epist. 16. *Vendere cum possis captivum, occidere noli.* Virgil. Æneid. 6.

*Tu regere imperio populos Romane memento,*
*Hæ tibi erunt artes pacique imponere morem,*
*Parcere subjectis & debellare superbos.*

Plures rationes vide apud *Grot. d. tract.* & *lib.* 3. *c.* 14. *Tulden. ad h. t.* & *disp. nost. ad h. t.*

*§. 4. Servi autem aut nascuntur, aut fiunt, nascuntur ex ancillis nostris, fiunt, aut jure gentium, id est, ex captivitate; aut jure civili, cum liber homo major viginti annis ad pretium participandum sese venundari passus est.*

SUMMA-

SUMMARIA.

1. Cur nati ex ancillis servi quoque sint, curque majori 20. ann. permissum, ut se in spontaneam serviturem dedere posset, sed hoc postea abrogatum esse.

2. Quid de illis, qui operas suas perpetuo locarunt, quid de adscriptitiis, quid de servis qui ex Hispania in Belgium fugierunt?

HIc locus collectus est *ex l. servor.* 5. §. 1. *D. de stat. hom.* & confirmatur ac illustratur. *l.* 7. *C. de R. V. l.* 36. *de legat.* 1. *l.* 16. *C. de lib. caus. l.* 7. *l.* 23. §. 1. *& l.* 30. *D. eod. Harmenop. d. tit.* 18. §. 5. *Dionys. lib.* 4. *Fest. lib.* 19. *Hotom. & Balduin. ad h.* §. Ratio, cur nati ex ancillis servi quoque sint, tradi- 1.
tur in *d. l.* 7. *& l.* 24. *de stat. hom.* quæ Jure Divino comprobatur. *Exod.* 21. *Genes.* 21. *Galat.* 4. *v.* 24. *à* 25. Ratio, cur homini libero tanquam in pœnam licitum hic sit, spontaneam amplecti servitutem, adstruitur *arg. l. quisquis* 6. §. *ult. C. de post.* Quomodo & quando apud Judæos homo liber se vendere potuerit, vide *Deut.* 15. *Exod.* 25. *& apud Selden. de jur. nat. & gent. lib.* 6. *c.* 7. Sed jam dudum dictam civilem servitutem exolevisse, notant Græci Interp. *lib.* 29. βασιλικ. Imo Imperator Leo expresse eam abrogavit. *Nov.* 59. quam sequitur jus Saxon. *Schultz. ad h. t. lit. b.* Quo facit *Epist. Paul. ad Galat.* 5. *v.* 13. *& ad Ephes.* 5. *v.* 29. In eandem sen- 2.
tentiam descendere videntur *DD.* dum statuunt, eum qui operas suas locavit perpetuo, minime obligari perpetuo, sed liberari solvendo id quod interest. *Bus. ad l.* 3. *de stat. hom. Grot.* 2. *de jure Bell. c.* 5. Atqui adscriptitii, dicat aliquis, venditi videntur, aut saltem locasse operas suas perpetuas pro perpetua vitæ sustentatione? Responderi potest, quod istorum venditio vel locatio species misericordiæ contineat, quia sunt plerumque homines rustici, pauperes &

ad ſervitutem quaſi nati, quique alimenta aliter ſibi quærere non poſſent. *arg. d. c.* 15. *Deut.* Deinde facile ſe redimere poſſunt, ceſſante ſcil. cauſa, id eſt, paupertate. *arg. d. c.* 15. *Exod.* 25. *Zyp. in Notit. jur. Belg. de ſerv. Schultz. ad tit.* 5. *de libert. Burgund. d. tract.* 15. Quin, ſi ſervus ex Hiſpania fugiit in Galliam vel Belgium, ad libertatem proclamare poteſt, teſte *Gudelin. d. lib.* 1. *c.* 4. *Chriſtin. vol.* 4. *dec.* 80. quod tamen miror, quia juſte in ſervitutem redactus fuit. Ex his apparet, juris ſervorum noſtris ruſticis aut famulis nequaquam applicari poſſe.

*§. 5. In ſervorum conditione nulla eſt differentia: in liberis autem multæ; aut enim ſunt ingenui, aut libertini.*

HÆc ex *pr. d. l.* 5. *de ſtat. hom. deſcripta* ſtatum ſervorum, non vero officium ſpectare, indicant. *l. ſed etſi* 15. §. 1. *de uſuf. l. ult.* §. *fin. de edilit. edict. l.* 5. §. 44. *de injur. l.* 1. § 5. *D. naut. caup. ſtab. Cic. in parad.* 1. *Athen. lib.* 6. & *DD. ad h.* §. Differentiam ingenuorum & libertinorum jure novell. ſublatam eſſe, vide in §. *ult. tit. ſeq.*

## DE INGENVIS.

### TITULUS IV.

*Ingenuus eſt is, qui ſtatim, ut natus eſt, liber eſt, ſive ex duobus ingenuis matrimonio editus eſt, ſive ex libertinis duobus, ſive ex altero libertino, & altero ingenuo. Sed & ſi quis ex matre naſcitur libera, patre vero ſervo, ingenuus nihilominus naſcitur, quemadmodum qui ex matre libera*

*& in-*

*& incerto patre natus est, quoniam vulgo conceptus est. Sufficit autem liberam fuisse matrem eo tempore, quo nascitur, licet ancilla conceperit. Et è contrario, si libera conceperit, deinde ancilla facta pariat, placuit eum, qui nascitur, liberum nasci, quia non debet calamitas matris ei nocere, qui in ventre est. Ex his illud quæsitum est, Si ancilla prægnans manumissa sit, deinde ancilla postea pepererit: liberum, an servum pariat? Et Martianus probat liberum nasci. sufficit enim ei, qui in utero est, liberam matrem vel medio tempore habuisse, (ut liber nascatur,) quod & verum est.*

SUMMARIA.

1. Natum ex adscriptitia, adscriptitium esse, sed hoc nec scrupulo carere, nec contraria consuetudine.

2. Quomodo in Belgio partus sequatur ventrem, & quomodo ingenui dividantur?

HIc locus desumptus est ex *d. l. 5. §. 2. & 3. D. de stat. hom.* & confirmatur ac illustratur ex *Gaj. tit. 1. Ulpian. tit. 6. Paul. tit. 25. lib. 2. sent. Halicarnass. lib. 11. Cic. 3. de nat. deor.* Quis antiquitus proprie ingenuus dictus, & quot quibusque modis jure Civili factus sit, vide apud *Gudelin. lib. 1. c. 6. Hotom. Balduin. Baron. Borcholt. ad h. §.*
Quid ergo de eo, qui ex adscriptitia matre, sed ex 1.
patre libero natus est? placuit haberi pro adscriptio *l. ne diutius 21. C. de argricol. & cens.* Quod juri civili Ebræorum conveniens videtur, teste *Selden. de jur. nat. lib. 5. c. 12.* ubi tamen ipse injicit scrupulum propter auctoritat. *Mos. Cotzens.* Secus etiam servatur in comitatu Burgund. *Christin. vol. 5. decis.*

*cis.* 88. Ratio videtur, quod præcipua causa generandi à patre sit. Moribus Belgii omnes nascuntur ingenui. *Gudelin. d. lib.* 1. *c.* 6. & dividuntur in nobi-
2. les & ignobiles seu plebeios. Porro natus ex nobili patre & matre ignobili, patrem tamen sequitur. *Christin. vol.* 5. *decis.* 88. *n.* 12. *Bar. ad h. t. part. poster.* Adde *Bodin. de Rep. lib.* 1. *c.* 3. *in fin.* Quin & Comitum & Baronum liberi ex concubinis suscepti pro nobilibus habentur. *Grot.* 1. *introd. ad Jurisp. Holl. part.* 4. In Gallia natus ante patrem nobilitatum, nobilis non efficitur. *Bar. ad h. t. part. poster.* cui adversari videtur *l.* 5. *de senator. & ibi Bus. Hotom. illust. quæst.* 2.

*§. 1. Cum autem ingenuus aliquis natus sit, non officit ei in servitute fuisse, & postea manumißum esse: sæpissime enim constitutum est, natalibus non officere manumissionem.*

Hic §. confirmantur *l. si quis* 21. *pr. D. de captiv. & postl. rev. tot. tit. C. de ingen. manumiss. l. ult. C. ubi caus. stat. ag. deb. Cic.* 1. *orat. Fab. lib.* 7. *c.* 3. Moribus hæc observantur in locis, ubi servos vel adscriptitios habent. *Gudelin. d. lib.* 1. *c.* 4. 5. & 6. *Gothof. ad Schneid. in §. fin. tit. præced.*

## *DE LIBERTINIS.*

### TITULUS V.

*Libertini sunt, qui ex justa servitute manumissi sunt. manumissio autem est de manu datio. nam quandiu aliquis in servitute est, manui & potestati suppositus est, & manumissus liberatur potestate.*

*Quæ*

*Quæ res à jure gentium originem sumpsit, utpote cum jure naturali omnes liberi nascerentur nec esset nota manumissio, cum servitus esset incognita. Sed postquam jure gentium servitus invasit, sequutum est beneficium manumissionis, & cum uno communi nomine omnes* homines *appellarentur, jure gentium tria (hominum) genera esse cœperunt, liberi, & his contrarium servi, & tertium genus libertini, qui desierant esse servi.*

SUMMARIUM.

Quinam sint libertini, & quomodo hic textus emendandus sit, quisque ejus usus?

DEfinitio libertinorum sumpta est ex *l. libert.* 6. *D. de stat. hom.* quam adprobavit *Harmenop. lib.* 5. *c.* 3. §. 1. 4. *&* 6. *Eclog.* 1. *c.* 1. Quinam olim libertini dicti sint, quæque inter libertinos accurata fuerit differentia, vide apud *Sueton. in Claud. c.* 24. *Vall.* 4. *c.* 1. *Rosin. antiq. Rom. lib.* 1. *c.* 20. *& ibi paralipom. Dempst. Hotom. & Borcholt. ac h. pr.* Reliqua hujus *pr.* descripta videntur ex *l.* 4. *de Justit. & jur.* ex qua textus noster emendandus & supplendus est, ita ut hic legendum sit, *manumissio est de manu missio, id est, datio libertatis. Hotom. Ant. Matth. Vinn. ad h. pr.* Aliam tamen etymologiam reddit *Fest. in verb. manumiss.* Manumissionis jus hodie apud eas Gentes in usu esse potest, quibus bella cum Turcis sunt, quibusque adscriptitii supersunt. *Gothofred. ad Schneid. in h. pr. & §. fin. tit. præced.*

*§. 1. Multis autem modis manumissio procedit: aut enim ex sacris constitutionibus in Sacro-*

*san-*

*ſanctis eccleſiis, aut vindicta, aut inter amicos, aut per epiſtolam, aut per teſtamentum, aut per aliam quamlibet ultimam voluntatem. Sed & aliis multis modis libertas ſervo competere poteſt, qui tam ex veteribus, quam ex noſtris conſtitutionibus introducti ſunt.*

SUMMARIUM.

Qui & quot fuerint modi | manumittendi?

TEmpore Ciceronis tres duntaxat modos manumittendi in uſu fuiſſe, ſignificat *Tull. in Topic. Si neque ſenſu*, inquit *neque vindicta, neque teſtamento liber factus eſt, non eſt liber.* Antiquiſſimus tamen eſt vindicta. *Tacit. lib.* 1. *Perſ. Satyr.* 5. *Plutarch. de iis qui tard. à Deo pun. Liv. lib.* 2. Cenſus deſiit, teſte *Ulpiano tit.* 2. §. 3. & in locum ejus ſucceſſiſſe videtur modus manumittendi in Eccleſia. *tot. tit. C. de his qui in Eccl. man. Sigon. lib.* 1. *de antiq. jur. civil. Rom. c.* 14. De manumiſſione quæ fiebat inter amicos, aut per epiſtolam, vide *l. un.* §. 1. & 2. *C. de latin. lib. toll.* Plerique reliqui modi recenſentur in *d. l. un.* §. 3. & *ſeqq. titt. Cod. pro quib. cauſ. ſerv. pro præm. D. qui ſine man. ad libert. C. ſi mancip. ita ven. ne proſtit.* & *ſi mancip. ita fuer. alienat.* quibus adde *Balduin. Hotom.* & *Borcholt. ad h.* §.

*§. 2. Servi (vero) à dominis ſemper manumitti ſolent, adeo, ut vel in tranſitu manumittantur: veluti cum prætor, aut præſes, aut proconſul in balneum, vel in theatrum eunt.*

SUMMA-

SUMMARIA.

1. Cur manumissio in transitu fieri possit?
2. Moribus Quorundam jurisdictionem etiam contentiosam extra territorium exerceri posse.

HIc §. confirmatur ex *l. non est 7. D. de manum. vind.* & *Ammian. lib. 2.* Ratio vero cur hic Prætor non adeò curiosus fuerit observator locorum temporumve, hæc redditur; quia manumissio jurisdictionis voluntariæ, non contentiosæ est. *l. 2. de offic. procons.* Unde etiam extra territorium exerceri potest, sed contentiosa nequaquam. *d. l. 2. & c. novit. ext. de offic. legat. c. post. election. de concess. præbend.* Moribus Quorundam Belgarum receptum est, ut ex consensu utriusque litigantis vel etiam unius suis sumptibus postulantis, jurisdictio etiam contentiosa exerceri queat. *Bus. ad d. l. 2. Zyp. in Notit. jur. Belg. tit. de jurisd. omn. jud.* 1. 2.

*§. 3. Libertinorum autem status tripertitus antea fuerat. Nam qui manumittebantur, modo majorem & justam libertatem consequebantur, & fiebant cives Romani: modo minorem, & Latini ex lege Iunia Norbana fiebant: modo inferiorem, & fiebant ex lege Ælia Sentia dedititii. Sed quoniam dedititiorum quidem pessima conditio jam ex multis temporibus in desuetudinem abierat, Latinorum vero nomen non frequentabatur: ideoque nostra pietas omnia augere, & in meliorem statum reducere desiderans, duabus constitutionibus hoc emendavit, & in pristinum statum reduxit: quia & à primis urbis Romæ cunabulis una atque simplex libertas competebat: id est, eadem*

dem

*dem, quam habebat manumiſſor: niſi quod ſcilicet libertinus ſit, qui manumittitur, licet manumiſſor ingenuus ſit. Et dedititios quidem per conſtitutionem noſtram expulimus, quam promulgavimus inter noſtras deciſiones: per quas, ſuggerente nobis Triboniano viro excelſo quæſtore (noſtro.) antiqui juris altercationes placavimus. Latinos autem Iunianos, & omnem quæ circa eos fuerat obſervantiam, alia conſtitutione per ejuſdem quæſtoris ſuggeſtionem correximus, quæ inter Imperiales radiat ſanctiones. Et omnes libertos, nullo nec ætatis manumiſſi, nec domini manumittentis, nec in manumiſſionis modo diſcrimine habito (ſicut jam antea obſervabatur) civitate Romana decoravimus: multis modis additis, per quos poſſit libertas ſervis cum civitate Romana, quæ ſola eſt in præſenti, præſtari.*

## SUMMARIUM.

Qui & quales olim libertini, qualeſque hodie?

VEritas hujus textus, evidens eſt ex *tit. C. de dedit. lib. toll. & tit. C. de lat. lib. toll. Ulpian. d. tit.* 2. *Gaj. tit.* 1. *Liv. Appian. Cic. pro Cæc. pro Balb. Gracch. lib.* 2. *de comit. Sigon.* 3. *de antiq. jur. Ital.* Hæc autem tria genera libertorum auctore Auguſto in uſu eſſe cæperunt, dedititiis *l. Æl. ſent.* latinis *l. Jul. Norban.* conſtitutis. Rationem vide apud *Dionyſ. lib.* 25. *Sueton. in Auguſt. Giphan. ad h.* §. Olim libertinos unius generis fuiſſe, hoc eſt, cives Romanos ex inſtituto Regis Servii, teſtatur *Dionyſ. lib.* 4. ſed *Tacit. lib.* 13. *Annal.* duas tantum manumiſſionis ſpecies commemorat, quod forſan eo tem-

pore

ore manumiſſio ex *l. Æl. Sent.* abierat in deſuetuinem. Jure noviſſimo omnes ſervi manumiſſi fiunt ngenui, ſed ſalvo jure patronatus. *Nov.* 78. Quo fait *c.8.Joan.v.*36. Moribus Belgii omnes homines inenui ſunt, exceptis adſcriptitiis, quibus manumiſſis *. Nov.* adplicari poſſe, putat *Gudelin. d. lib.* 1. *c.* 6. *othof. ad Schneid. in* §. *ult. tit. anteced.* Jure Saxoico antiquis libertinis dedititiis comparantur quiam ruſtici, teſte *Schultz. ad h. t.* De jure patronas Eccleſiaſtico vide *tit. in decretal. & in* 6. *de jur. atron. & ibi Canoniſt. Voet. de jur. patron. Roch. de urte. de jur. patron. Chriſtin. deciſ.* 352. *vol.* 1. *eoſtad. deciſ.* 22. *ſup. Senat.*

## *QVIBVS EX CAVSIS MANVMITTERE NON LICET.*

### TITULUS VI.

*Non tamen cuicunque volenti manumittere lit. nam is, qui in fraudem creditorum manumitt, nihil agit: quia lex Ælia Sentia impedit lirtatem.*

Ententia hujus *pr.* eruitur & illuſtratur ex *Ulp. d. tit.* 2. *de libert.* §. 10. *Gaj. d. tit.* 1. §. 5. *in fin. l. in aud.* 37. *D. qui. & à quib. man. l.* 1. *C. qui man. n poſſ.* Lex autem Ælia Sentia quam *Juſtin.* vetem vocat in *Nov,* 162. lata eſt Sexto Ælio & G. Sen-o Saturnino Coſſ. teſte *Sueton. in Auguſt.*

§. 1. *Licet autem domino, qui ſolvendo non t, (in teſtamento) ſervum ſuum cum libertate eredem inſtituere, ut liber fiat, hereſque ei ſolus*

*& necessarius: si modo ei nemo alius ex eo testa- mento heres extiterit: aut quia nemo heres scri- ptus sit, aut quia is, qui scriptus est, qualibet ex cau- sa heres ei non extiterit. Idque eadem lege Æli Sentia provisum est, & recte. Valde enim pro- spiciendum erat, ut egentes homines, quibus alii heres extiturus non esset, vel servum suum necessa- rium heredem haberent, qui satisfacturus esset cre- ditoribus: aut hoc eo non faciente, creditores re- hereditarias servi nomine vendant, ne injuria de- functus afficiatur.*

SUMMARIUM.

1. Cur servus institutus neces- | sario debeat esse heres.

EXplicatur & confirmatur hic §. ex *d. Ulp. d. t.* 2. §. 9. *l. qui solv.* 42. *l. si is* 57. *l. ei qui* 88. *D. de hered. instit. l.* 2. *C. de necess. hered. inst.* §. 1. *Inst. de hered. qual. & diff.* Ratio decisionis, cur scilicet servus institutus necessario debeat esse heres, atque adeo ipsa institutio valeat, sumitur primò ex *l.* 6. *p. de interrog. in jur. fac. & d.* §. 1. *Inst.* Secundò ex *paterfam.* 23. *D. quæ in fraud. cred.* Tertiò ex eo quod plerumque leges opitulentur pauperibus. *Ra- duin. hic.* sed temperanda tamen hæc sunt ex *l.* 1. *ult. de separat.* Quis in praxi inops dicatur, & à qui- bus propter inopiam excusetur, vide apud *Myn. cent.* 5. *obs.* 97. *Gail.* 1. *obs.* 142. *Schneid. ad h. t.* Ad- de (ad hunc scilicet locum ulterius confirmandum & illustrandum) nostra in §. *ult. Inst. de act.*

*§. 2. Idemque juris est, & si sine libertate ser- vus heres institutus est. Quod nostra constitutio*

*non solum in domino, qui solvendo non est, sed generaliter constituit, nova humanitatis ratione: ut ex ipsa scriptura institutionis etiam libertas ei competere videatur: quum non sit verisimile, eum, quem heredem sibi elegit, si prætermiserit libertatis dationem, servum remanere voluisse, & neminem sibi heredem fore.*

SUMMARIUM.

Dictam Justiniani Constitutionem justam esse, eamque adscriptitiis accommodari posse.

OLim secundum plurium sententias, dominum non potuisse servos proprios aliter heredes instituere, quàm cum datione libertatis, apparet ex *pr. Inst. de hered. instit. l. pen. C. de necess. hered. instit. Ulp. d. tit.* 2. §. 9. *Gaj. lib.* 2. *tit.* 3. §. *ult. Plin.* 4. *Epist.* 10. Cæterum Justinianus contrariam Quorundam opinionem sequutus est in §. *h. nost.* Ratio ibidem subjecta confirmatur. *arg. l.* 24. *de reb. dub. l.* 5. *C. testam. quem. aper.* Moribus Belgii hic §. ad adscriptitios seu proprios homines produci potest, teste *Vinn. ad h.* §. Quinimo feudo illis dato, ipsa libertas data censetur. *Tulden. in Comm. ad h. t. c.* 3.

§. 3. *In fraudem autem creditorum manumittere videtur, qui vel jam eo tempore quo manumittit, solvendo non est: vel qui datis libertatibus, desiturus est solvendo esse. Prævaluisse tamen videtur (nisi animum quoque fraudandi manumissor habuerit) non impediri libertatem, quamvis bona (ejus) creditoribus non sufficiant. sæpe enim de facultatibus suis amplius, quam in his est,*

*sperant homines. Itaque tunc intelligimus imped ri libertatem, cum utroque modo fraudantur cr ditores, id est, & consilio manumittentis, & ipsa r eo quod ejus bona non sunt suffectura creditorib*

SUMMARIAUM.

Probabilem & generalem esse ¦ rationem hic allegatam.

HÆc explicatio *L. Æl. Sent. in pr. hujus* §. c sumpta videtur ex *l. in fraud.* 10. *D. qui &* *quib. man.* & confirmatur. *l. fraudis* 79. *de R. I. l.* §. 1. *de stat hom. l.* 10. §. 1. *& l.* 15. *D. quæ in frau credit. l.* 1. *C. qui man. non poss.* Ratio vero (cur f licet prævaluerit, servum non videri manumissum i fraudem creditorum nisi fraudati sint creditores troq; modo, id est, & consilio & eventu) ita probabi & generalis est, ut toties habeat locum, quoties bitor quid in fraudem creditorum alienasse dicitu *Vinn. hic.* An & quando quis vires patrimonii ignorare præsumatur, vide apud *DD. ad h.* §. *Cyn. Salyc. & Alios ad l.* 15. *C. de rescind. vend* *Bart. & Bald. in Auth. sed cum test. C. ad l. Falc* Porro quibus & quot modis arguatur alienatio fraudem creditorum facta, vide etiam apud *DD.* *h.* §. *&* §. 7. *Inst. de act.* ubi nostra omninò vide.

*§. 4. Eadem lege Ælia Sentia domi minori viginti annis non aliter manumittere p mittitur, quam si vindicta apud consilium, sta causa manumissionis adprobata, fuerint m numissi.*

HÆc ita cauta fuisse, comprobat & explicat *pian. in d. tit.* 2. §. 8. *l.* 1. *de manumiss. l.* 4. *seqq. D. de manum. vind. l.* 1. *C. eod. l. un.* §. *ult. D*

*of*

*ffic. conf.* Rationem cur minor 20. ann. præscripto modo manumittere debebat, dedit *Bacch.* & *Borch. ad h.* §. Multi emendant hunc locum, sed sine necessitate, quum aliquid dandum sit seculo Triboniani. Vide *Hotom. Bacchov. Vinn. Borch. ad h.* §.

*§. 5. Iustæ autem manumissionis causæ hæ sunt: veluti, Si quis patrem aut matrem, filium filiamve, aut fratres sororesve naturales, aut pædagogum, aut nutricem, aut educatorem, aut alumnum alumnamve, aut collectaneum manumittat: aut servum, procuratoris habendi gratia: aut ancillam matrimonii (habendi) causa: dum tamen intra sex menses in uxorem ducatur, nisi justa causa impediat: & (servus,) qui manumittitur procuratoris habendi gratia, non minor decem & septem annis manumittatur.*

SUMMARIUM.

Agi in hoc §. de procuratore ad lites, sed rectius hodie procuratorem non astringi certis annis.

HÆc excerpta sunt ex *l.* 11. 12. & 13. *D. de manum. vind.* Eadem fere habet *Gaj.* 1. *tit.* 1. §. 7. Rationem singulorum adderem, nisi juribus abrogatis frustra & cum dispendio temporis adjici viderentur. Æqui itaque bonique consulat Lector, si eum quandoque ad *DD.* remisero, ut hic ad *Hotom.* & *Balduin. in* §. *nost.* Sed ne *d. l.* 13. contrariari videtur §. *nostro*, sciendum est, in utroque textu intelligi procuratorem ad lites, qui annum 17. implevit. *l.* 1. §. 3. *D. de postul.* quanquam *DD. comm.* hunc §. accipiant de procuratore ad negotia, ut probavi *disp. inst. ad h. t.* Jure Canonico procurator ad lites

 ma-

major 25. ann. esse debet. *cap. 5. §. ul. ext. de pr curat.* Moribus Belgii in plerisque locis receptu est, ut hæc res committatur examini Commissari rum (ut loquuntur) quibus in mandatis datum est, futurum procuratorem examinent. Ratio est, qu scientia alicujus artis nec potest, nec debet certis a nis astricta esse. Quidam enim citius, quidam ta dius discunt. Interim non parum ad Majestate Curiæ vel Tribunalis facit, si procuratores provecti ris ætatis & experientiæ præferantur illis, qui juni ris sunt. Vide *nostra ad tit. 10. Lib. 4. Inst.*

*§. 6. Semel autem causa adprobata, sive v ra sit, sive falsa, non retractetur.*

HUjus §. confirmationem petere licet ex *l. 9. §. D. de manumiss. vind.* Ratio ejus consistit in f vore libertatis *l. si dolo 24. D. de dol. mal. l. uxor. 2 in fin. de manum. testam. & tot. tit. C. si adv. liber.* Aliàs enim sententia ex falsa causa lata regularite retractari solet. *l. Divus 33. & tot. tit. C. si ex fa instrum.* Usum vide in *nostr. ad §. 5. Inst. de here qual. & diff.*

*§. 7. Cum ergo certus modus manumittenc minoribus viginti annis dominis per legem Æli am Sentiam constitutus esset: eveniebat, ut qu quatuordecim annos expleverat, licet testamentu facere, & in eo sibi heredem instituere, legataqu relinquere posset: tamen si adhuc minor esset vigin ti annis, libertatem servo dare non posset. Quo non erat ferendum: nam cui totorum suorum bono rum in testamento dispositio data erat: quare no similiter ei, quemadmodum alias res, ita de servi*

*sui*

*suis in ultima voluntate disponere, quemadmodum voluerit, permittimus, ut & libertatem eis possit præstare? Sed quum libertas inæstimabilis res sit, & propter hoc ante* XX. *ætatis annum antiquitas libertatem servo dare prohibebat: ideo nos mediam quodammodo viam eligentes, non aliter minori viginti annis libertatem in testamento dare servo suo concedimus, nisi decimumseptimum annum impleverit, & decimumoctavum attigerit. Quum enim antiquitas hujusmodi ætati, & pro aliis postulare concesserit, cur non etiam sui judicii stabilitas ita eos adjuvare credatur, ut ad libertatem dandam servis possint pervenire?*

SUMMARIA.

1. In casu dubio recte eligi mediam viam, sed male hic, ideoque rectius Justinianum suam sententiam mutasse.
2. Male Imp. hic argutari ab ætate postulandi, & scientiæ certos annos præscribere.
3. Jus novissim. in d. Nov. 119. accommodari posse adscriptitiis.

Recte Imperator Justinianus correxit *L. Æl. Sent.* 1.
propter rationes hic allegatas, quæ etiam adjuvantur *l.* 1. *C. de SS. Eccles.* & *l. in re mand.* 21. *C. mand.* sed male in casu minus dubio, mediam viam elegit. Quare & hanc sententiam ita mutavit, ut dominus 14. annor. æque de servis, quàm de cæteris rebus testari possit. *Nov.* 119. *c.* 2. Ratio fortior veteri *l. Æl. Sent.* (de qua tamen varie *DD.*) dicta est in *h.* §. & *d. l.* 1. & 21. Porro Imperator non tan- 2.
tum minus prudenter argumentatus est ab ætate postulandi, sed etiam nimis incogitanter ipsam ætatem postulandi 18. ann. definitam adprobavit, quia (ut dixi *ad.* §. 5. *h. t.*) non oportet Deo leges præscribere, aut scientiam alicujus artis alligare certis annis.

annis. Vide *disp. nost. ad h. t.* Jus novissimum Justiniani in *d. Nov.* 119. posse accommodari adscriptitiis, extra aleam controversiæ est. Quinimo apud ipsos Turcas dominum interdum servos suos in testamento manumittere posse, testis est *Balduin ad h.* §. Quando judici liceat mediam viam ingredi, latius vide in *nostr. not. ad* §. 25. *Inst. de rer. divis.*

## *DE LEGE FUSIA CANINIA TOLLENDA.*

### TITULUS VII.

*Lege Fusia Caninia certus modus constitutus erat in servis testamento manumittendis: quam, quasi libertates impedientem, & quodammodo invidam, tollendam esse censuimus: quum satis fuerat inhumanum: vivos quidem licentiam habere totam suam familiam libertate donare, nisi alia causa impediat libertatem: morientibus autem hujusmodi licentiam adimere.*

SUMMARIUM.

Recte Imp. hic arguere ab actu inter vivos ad ultimam voluntatem, ideoque hunc juris articulum servari in adscriptitiis.

HÆc lex varie significatur, ut videre est apud *Giphan. Hotom. Balduin. ad h. t.* Ipsum modum seu certum numerum in servis testamento manumittendis præscriptum vide apud *Ulpian. d. tit.* 2. §. 19. *Gaj. lib.* 2. *tit.* 2. *pr. Paul.* 4. *sent.* 14. *Flav. Vopisc. in vita Tacit.* Rationem tradit *Sueton. in Aug. c.* 40. Sed quæ ratio, cur tamen licuerit omnes servos inter vi-

vivos manumittere? Hanc varie reddunt *Borch. Vinn. Bacchov. ad h. t.* Verum illa ſuper habita, recte Imperatorem hic arguiſſe ab actu inter vivos ad ultimam voluntatem, probant *DD. vulgo.* Quin regulariter ita procedere licitum eſſe, docet *Everhard. à Midelb. in Topic. in loc. à contract. ad ult. vol. Joh. Fab. Mynſ. Bacchov. ad h.* §. Moribus Gallorum hunc §. ſervari, teſtatur *Baro ad h. t. part. poſter.* Moribus Belgii in adſcriptitiis, certo evincunt ſuperiora noſtra ad *titt. de ſerv.*

## *DE HIS, QUI SUI, VEL ALIENI JURIS SUNT.*

### TITULUS VIII.

*Sequitur de jure perſonarum alia diviſio. Nam quædam perſonæ ſui juris ſunt, quædam alieno juri ſubjectæ. Rurſus earum, quæ alieno juri ſubjectæ ſunt, aliæ ſunt in poteſtate parentum, aliæ in poteſtate dominorum. Videamus itaque de his, quæ alieno juri ſubjectæ ſunt. nam ſi cognoverimus, quæ iſtæ perſonæ ſunt, ſimul intelligemus quæ ſui juris ſunt. ac prius inſpiciamus de his, quæ in poteſtate dominorum ſunt.*

HAnc perſonarum diviſionem, ut & *tot. tit.* deſcripſit Tribonianus ex *l. 1. & 2. D. h. t.* Ratio verò methodi hic tradita confirmatur. *arg. l. qui accuſ. 8. D. de accuſat. Ariſt. 1. top. 14 & 2. c. 2. Tull. 2. de orat. & DD. ad h. pr.* Sed cur primo de his qui in poteſtate dominorum ſunt? quia illa pars diviſionis juris gentium eſt, eòque ab ea incipien-

dum. *arg. l.* 1. *D. de adq. rer. dom.* Usum hujus *pr.* indicavi in *tit.* 3. *hujus Lib.* 1.

*§. 1. In potestate itaque dominorum sunt servi. quæ quidem potestas, juris gentium est. nam apud omnes peræque gentes animadvertere possumus, dominis in servos vitæ necisque potestatem fuisse. & quodcunque per servum adquiritur, id domino adquiri.*

SUMMARIUM.

Primam partem potestatis dominorum in servos justam esse, alteram injustam.

HUjus §. fons est in *l.* 1. §. 1. *D. h. t.* cujus illa pars de potestate dominica, quâ servus adquisivit domino, recte ex jure gentium deducitur. *Exod.* 21. *Deut.* 15. *Ephes.* 6. *Coloss.* 4. Vide etiam *nostra ad* §. 3. *Inst. per quas pers. cuique.* Altera vero pars quæ in potestate vitæ ac necis consistit, potius contra jus gentium, id est, contra rationem naturalem est. *Bacchov. ad h.* §. cui adde *nostra in* §. 3. *Inst. de jure pers.* Imò apud multos populos aliter servatum, legimus apud *Justin. lib.* 4. *Tacit. de morib. German. Athen. lib.* 6. *Bodin* 1. *de Rep.* 5. Laudanda itaque est constitutio Antonini in §. *seq.* ut & Constantini in *l. un. C de emendat. serv.* ubi modica tantum castigatio dominis conceditur. Quæ constitutiones etiam Legi Divinæ consentaneæ sunt. *Exod.* 21. *Deut.* 15. *Ephes.* 6. Plura huc pertinentia vide apud *Zepper. de ll. Mosaic. lib.* 1. *c.* 11 & *lib.* 4. *c.* 14. *Grot. lib.* 3. *de jure bell. c.* 14. *Selden. lib.* 6. *c.* 7. 8. & *ult.*

§. 2.

*§. 2. Sed hoc tempore nullis hominibus, qui sub imperio nostro sunt, licet sine causa legibus cognita, in servos suos (supra modum) sævire. Nam ex constitutione divi Antonini, qui sine causa servum suum occiderit, non minus puniri jubetur, quam si alienum servum occiderit. Sed & major asperitas dominorum, ejusdem principis constitutione coërcetur: nam (Antoninus) consultus à quibusdam præsidibus provinciarum de his servis, qui ad ædem sacram, vel ad statuam principum confugiunt, præcepit, ut si intolerabilis videatur sævitia dominorum, cogantur servos suos bonis conditionibus vendere, ut pretium dominis daretur. & recte. expedit enim Reipublicæ, ne sua re quis male utatur. Cujus rescripti ad Ælium Martianum emissi verba sunt hæc: Dominorum quidem potestatem in servos suos illibatam esse oportet, nec cuiquam hominum jus suum detrahi: sed dominorum interest, ne auxilium contra sævitiam, vel famem, vel intolerabilem injuriam denegetur iis, qui juste deprecantur. Ideoque cognosce de querelis eorum, qui ex familia Iulii Sapini ad statuam confugerunt; & si vel durius habitos, quam æquum est, vel infami injuria adfectos esse cognoveris, venire jube, ita ut in potestatem domini non revertantur. Quod si meæ constitutioni fraudem fecerit, sciat me hoc admissum severius executurum.*

## SUMMARIA.

1. An & quænam Asyla licita sint?
2. An & quando domini dominio rerum suarum privari possint.

HIc locus desumptus est ex *d. l.* 1. §. *ult. & l. seq. D. h. t.* & illustratur ac confirmatur *Deut. c.*23. *v.*15. *& seqq.* An Jure Divino dominus ex causa servum occidere possit, significavi in §. 1. *h. t. &* §.
1. 4. *Inst. de publ. judic.* Asyla autem cum apud Ethnicos, tum apud Judæos & Christianos diu in usu fuisse, liquet ex *c.* 21. *Exod. Num.* 35. *Jos.* 20. *c. inter ea.c. fin. de immunit. Eccles. tot. tit. C. de his qui ad Eccles. Remig. de immunit. Eccles. Zepper. de ll. Mos. lib.* 11. *c.* 7. *Zyp. tit. de SS. Eccles. Plaut. Mostell. act.* 5. *scen.* 1. *Senec.* 1. *de clem. Tacit.* 4. *Annal. Liv.* 3. *decad.* 2. *Virg.* 2. *Æneid.* Sed illa Asyla non lædentibus sed læsis, non malitia, sed casu lapsis patrocinabantur. *d. c.* 21. 35. *& Nov.* 17. *c.* 7. *Zepper. d. loc.* cui adde *Grot. de jure bell. & pac. lib.* 2. *c.* 21.
2. *Brisson.* 4. *antiq.* 11. *Selden. d. tract. lib.* 4. *c.* 2. Ipsorum vero dominorum commodo dicta asyla indulta fuisse, probat illud tritum, quod læsa patientia sæpe furor fiat, cujus insigne exemplum est apud *Flor.lib.*3.*c.*19. Unde etiam *DD.* concludunt, quod Vasallus qui in subditos sæviit, feudum amittat. Vide *Zas. in tractat feud. n.* 10. *part. de omiss. feud. Matth. de afflict. in c. licet. n.* 15. *si de feud. def. controv.* Apud Belgas quoque propter utilitatem publicam dominos interdum cogi, ut res suas vendant, sed juxta *l.* 13. §. 1. *D. comm. prædior*, refert *Zyp. in Not. jur. Belg. tit. de viis publ. Gail.* 2. *obs.* 56. An Asyla apud Christianos sint licita, collige ex dictis hic, & *disp. nost. ad h. t.* Quid juris hodie dominus

habeat

habeat in adſcriptitios ſeu proprios homines, vide omnino apud *Schultz. ad h. t.*

## *DE PATRIA POTESTATE.*

### TITULUS IX.

*In poteſtate noſtra ſunt liberi noſtri quos ex juſtis nuptiis procreavimus.*

HOc principium deſcriptum ex *l. 3. D. de his qui ſui.* confirmatur *Exod.* 22. *Num.* 30. *Deut.* 21. 1. *Corinth.* 7. *c. aliter. cauſ.* 30. *q.* 5. *c. honorantur.* 32. *q.* 5. Imo apud omnes bonos in confeſſo eſt, liberos eſſe in poteſtate parentum, ſed quali & quanta, non omnium eadem ſententia eſt, ut videre licet in §. 2. *h. t.* An liberi ex injuſtis nuptiis procreati ſint in poteſtate, vide in §. *pen. tit. ſeq.*

*§. 1. Nuptiæ autem, ſive matrimonium eſt viri & mulieris conjunctio, individuam vitæ conſuetudinem continens.*

SUMMARIUM.

Antiqua & nova nuptiarum 1 definitio & explicatio.

HÆc autem definitio nuptiarum coincidit cum illa, quæ extat in *l. 1. D. de rit. nupt.* nec refragantur verba finalia *d. l.* 1. quia contineri poſſunt ſub individua vitæ conſuetudine; aut ſaltem detrahi, ſalva definitione, & habita ratione temporis quo vixit Juſtinianus, quo dicta jura divina vel ſacra paganorum in uſu non fuerunt. Comprobatur & illuſtratur. *Geneſ.* 1. *Matth.* 19. 1. *Corinth.* 7. *Tertull. in apologet. cauſ.* 27. *q.* 2. *pr.* 29. *q.* 1. *pr. Clement. lib.*

*lib.*2 *Dionyſ. lib.*11.*& DD. ad h.*§. Aliam tamen definitionem nuptiarum ab *Aliis* traditam refert & probat *Balduin.ad h.*§. quæ mihi etiam dictis ſacris Literis convenientior videtur. *Matrimonium*, inquiunt, *eſt unius maris uniuſque fœminæ qui legitime jungi poſſunt, conjunctio indiſſolubilis, inſtituta à Deo propter generationem & ad vitandas vagas libidines.* Propter quas tamen cauſas divortium facere liceat, vide in *diſp. noſt. ad h.* §. An & quando Moribus Belgii inter maritum & uxorem ſit communio bonorum, vide *ibid.* Pœnam polygamiæ ex Conſt. Carol. V. vide apud *Schultz. ad h. t.* Vide omnino *Tholoſan. Syntagm. lib.* 9. *c.* 2. *&* 5.

*§. 2. Ius autem poteſtatis, quod in liberos habemus, proprium eſt civium Romanorum, nulli enim alii ſunt homines, qui talem in liberos habeant poteſtatem, qualem nos habemus.*

SUMMARIUM.

Patriæ poteſtatis origo & effecta vetera & nova Sacris Literis & Moribus Belgii convenientia.

HIc textus confirmatur & illuſtratur ex *d. l.*3.*&*4. *D. de his qui ſui vel alien.* Qualis & quanta fuerit olim hæc patria poteſtas, vide apud *Bodin.de Rep.lib.* 1.*c.* 4. *Grot. de jur. bell. lib.*2.*c.* 5.*Borcholt.ad pr. h.t. Schneid. & Hot. ad h.* §. ubi etiam omnia effecta per univerſum jus noſtrum ſparſa in unum locum collegerunt. Jure novo patria poteſtas in modica coercitione conſtitit.*l.*3. *C. de pat.poteſt.l. un. C. de emend. propinq.* Quod Juri Divino conveniens eſt. *d.c.*21. *Deut.Epheſ.*6.*Col.*3.*Hebr.*12. Moribuſq; Belgii, quia Belgæ ſimplex jus gentium ſequuntur. Itaque ſingularia patriæ poteſtatis effecta, aut alia propria populi Roma-

Romani, apud Nos nec servantur, nec servari debent, ob rationes cum hic tum alibi, præsertim ad *ad tit.* 11. *Lib.* 1. *& tit.* 9. *Lib.* 2. *Inst.* Adde *Gudelin. de jure noviss. lib.* 1. *c.* 13. *Grot.* 1. *d. Introd. part.* 6. *Vinn. ad h.* §. *Zyp. in Notit. jur. Belg. tit. de sponsal.*

§. 3. *Qui igitur ex te & uxore tua nascitur, in tua potestate est. Item qui ex filio tuo & uxore ejus nascitur, id est, nepos tuus & neptis, æque in tua sunt potestate, & pronepos, & proneptis, & deinceps cæteri. Qui autem ex filia tua nascuntur, in potestate tua non sunt, sed in patris eorum.*

SUMMARIUM.

Moribus Belgii nepotem | non esse in potestate avi.

HÆc comprobantur & limitantur ex *d. l.* 4. *in fin. & l.* 6: *D. de his qui sui vel alien. & l. famil.* 196. §. 1. *D. de V. S.* Moribus Belgii nepotes in potestate avi non sunt, sed tantum in potestate patris. *Gudelin. d. lib.* 1. *c.* 13. *Christin. vol.* 4. *decis.* 185. *n.* 7. *Grot. d. Introd. lib.* 1. *part.* 6. Ratio in promptu est, quia cum filius contractis nuptiis fiat quasi dominus, princeps & caput tum uxoris tum familiæ *Ephes.* 5. in potestate patris sui amplius remanere nequit. 1. *Corinth.* 7. *&* 14. *Exod.* 22. *Num.* 30. *Deut.* 7. *Jud. c. ult. Pet. Greg. lib.* 1. *Syntag. c.* 10. *& Tulden. ad tit.* 12. *Inst. h. lib.* 1. *c.* 2. Quin tamen nepotes debeant reverentiam avo & proavo, extra dubium est; sed duntaxat ab avo non possunt castigari, nec ejus consensus in illorum negotiis contrahendis vivo patre requiritur. Vide *Tholosan. syntagm. lib.* 11. *c.* 5. *& Lamb. Goris Adversar. tract.* 4. §. 8. ubi ex *Plin. panegyr. ad Trajan.* sententiam nostram confirmat.

# DE NUPTIIS.

## TITULUS X.

*Iustas autem nuptias inter se cives Romani contrahunt, qui secundum præcepta legum coëunt. masculi quidem puberes, fœminæ autem viri potentes, sive patresfamiliarum sint, sive filii familiarum: dum tamen, si filiifamiliarum sint, consensum habeant parentum, quorum in potestate sunt. Nam hoc fieri debere, & civilis & naturalis ratio suadet: in tantũ, ut jussus parentis præcedere debeat. Unde quæsitum est, an furiosi filia nubere, an furiosi filius uxorem ducere possit? cumque super filio variabatur, nostra processit decisio, qua permissum est ad exemplum filiæ furiosi, filium quoque (furiosi) posse & sine patris interventu matrionium sibi copulare, secundum datum ex nostra constitutione modum.*

SUMMARIA.

1. Jure Romano tria requisita fuisse, ut justæ nuptiæ contraherentur.
2. Duo illorum hodie abrogata esse.
3. Qui & quomodo consensus parentum in nuptiis liberorum requiratur.

1. TRia hæc requisita quæ Imp. hic in contrahendis nuptiis requirit, requisivit & olim Ulpian. in *fragm. tit. 6. de his qui in potest.* cui adde *l. 3. C. de incest. nup. l. 4. de rit. nupt. l. 2. & 18. D. eod.* quibus *ll.* dicta requisita comprobantur. Primum requisitum (quod requirit, ut contrahentes sint Cives Romani) olim quoque apud Judæos ex expresso mandato Dei observatum fuit, ne Judæi peregrino-

rum

ūn forte consortio aut Moribus inquinarentur. *)eut.* 7. Vide omnino *Zepper. de ll. Mosaic. lib.* 4. 18. *Balduin. ad h. pr. Aristot.* 5. *Pol. c.* 7. Cæte- ım hodie inter Christianos nullum discrimen Re- ionum servatur, ut & olim inter Judæos, sed una tri- us cum alia conjungi potuit. *Bald. d. loc.* & *Zepper.* ed quid de Christianis, qui religionis disparis sunt? ide *Zepper. d. c.* 18. *Balduin. d. loc.* Secundum re- uisitum quod attinet, quodque pubertatem requi- t 14. annis circumscriptam in maribus, 12. in fœ- iinis. *d. l.* 4. *de rit. nupt.* & *pr. Inst. quib. mod. tut.* *ı.* illud probat *Macrob. lib.* 7. *Saturnal.* & *lib.* 1. *in* *mn. Scipion. c.* 6. *Plutarch. in Num. Bodin. lib.* 4. *e Rep. c.* 2. *pag.* 647. ubi & rationem addunt, cur emina citius pubescat quàm masculus: item cur iasculus 14, fœmina anno 12. nuptias contrahere ossit. Antiquitus veteres Romanos pubertatem ju- icasse ex inspectione pubis, id est, pudendæ, conji- itur ex *l. fin. C. quand. tut. vel cur. esse desin.* & *d.* . 1. *tit.* 22. & *ibi DD. plerique,* & *nos latius.* quod : probat *Plato lib.* 11. *de legib.* Sed & idem *Plat.* *b.* 4. & 6. *de legib.* masculis 30. annos præscribit, *Aristot.* maribus 37. puellis 18. *lib.* 7. *polit. c.* 16. Alii alios. *Stob. serm.* 69 *Cæl. Rhodigin. lib.* 15. *lect.* *ntiq. c.* 20. Jure Canonico pubertas certis annis ad- rīcta non est, sed ex externo corporis habitu disu- icatur. *c. puberes. ext. de desponsat. impub.* Quod Mores recte sequuntur, quoniam quidam natura ci- ius, quidam tardius pubescunt. Licet itaque leges ieri soleant de casibus frequenter ita evenientibus. 3. 4. 5. & 6. *D. de ll.* & *SCtis.* tamen hic adversa- ur rei natura, & ratio fortior; ne scilicet juventus licto legitimo remedio destituta turpius polluatur, & in libidines ruat nefarias. Totum ergo hoc ne- gotium propter sui naturam relinquendum arbitrio

2.

judicis eſt, quod etiam tutius dicit *Schultz. ad h.* : *lit. c. Menoch. lib. 2. arbitr. jud. quæſt. caſ.* 68. *Ha non. diſp.* 6. *Pand. theſ.* 15. Tertium requiſitum d conſenſu parentum comprobatur ex *l. ſponſal.* 11 *de ſponſal. d. l.* 2. & *l. nupt.* 18. *D. de rit. nupt.* *nec fil.* 12. *l. in conjunct.* 20. *C. de nupt. Nov.* 18. & 22 *Plutarch. in Caton. Xenoph. lib.* 8. *Euripid. in Andr Plaut. in Stich.* An & quomodo conſenſus paren tum requiratur in jure Canonico, variant Interpretes ut videre eſt apud *Harpr. Vultej. Borcholt. Ant Matth. hic.* Jure Divino conſenſum parentum (ma xime patris) requiri, docetur *Geneſ.* 24. *Deut.* 7. *Exod.* 22. *Num.* 30. 1. *Corinth.* 7. ex quibus textibus etiam haud obſcure patet, quod filia ſtrictius in poteſtate patris fuerit, quam filius; imo quod ſtupra tam pater potuerit denegare ſtupratori. *d. c.* 22. *Exod.*
3. *verſ.* 16. & 17. Cæterum matrimonium ſine conſenſu parentum contractum nullum fuiſſe, præſertim ſi pater ratum habuit; vel liberos ex tali connubio natos ſpurios fuiſſe, nuſquam in ſacris Paginis legimus. Quinimo contrarium innuunt *c.* 27. 29. 30. & 36. *Geneſ.* Vide *Grot. d. l.* 2. *c.* 5. *n.* 10. Moribus Belgii, quibus filiifam. intelliguntur emancipati, primo requirendus eſt conſenſus parentum juxta *c.* 20. *Exod. v.* 12. ſed ſi contradicant abſque ratione, Eccleſia vel magiſtratus nihilominus nuptias permittere poteſt. Recte profecto, quia Magiſtratus non fruſtra gerit gladium. *Rom.* 13. Si itaque pater iniquus eſt in filium, præſertim in cauſa matrimonii (quod liberum & fovendum eſt) auctoritate Magiſtratus omnino admonendus & coercendus eſt. Quò facit *l. capit.* 19. & *l. filius* 25. *D. de rit. nupt.* An interdum etiam poſt ſponſalia vel poſt nuptias abſque conſenſu parentum contractas Magiſtratus perſuadere & permittere poſſit, vide in *diſp. noſt.*

*nost. ad h. tit.* Adde quoque nostra in §. *pen. h. t.* Quod porrò hic traditur de patre furioso, confirmatur ex *l. tum dement.* 28. *C. de Episcop. aud. &* *l. si furios.* 25. *C. h. t.* De sponsalibus & ritibus nuptiarum, vide omnino *Zepper. lib.* 4. *c.* 20. *&* 21. *de l. Mosaic. Schultz. ad h. t. lit. a.*

*§. 1. Ergo non omnes nobis uxores ducere licet. nam à quarundam nuptiis abstinendum est. Inter eas enim personas, quæ parentum liberorumve locum inter se obtinent, contrahi nuptiæ non possunt: veluti inter patrem & filiam, vel avum & neptem. vel matrem & filiam, vel aviam & nepotem, & usque in infinitum. Et si tales personæ inter se coïerint: nefarias atque incestas nuptias contraxisse dicuntur. Et hæc adeo vera sunt, ut quamvis per adoptionem parentum liberorumve loco sibi esse cœperint, non possint inter se matrimonio jungi: in tantum ut etiam dissoluta adoptione, idem juris maneat. Itaque eam, quæ tibi per adoptionem filia vel neptis esse cœperit, non poteris uxorem ducere, quamvis eam emancipaveris.*

SUMMARIA.

1. Incestas nuptias contrahi inter ascendentes & descendentes.

2. An hodie quis filiam adoptivam in uxorem ducere queat?

NUptias vel potius coïtus inter patrem & filiam, 1.
cæterosque ascendentes & descendentes nefarios, incestos atque ipsa natura prohibitos esse, testantur non solum sacræ literæ 1. *Corinth.* 5. Sed etiam, præter JCtos in *l. ult. D. de rit. nupt. & l.* 38. §. 2. *D. de adulter.* Historiæ profanæ. *Homer.* 11. *odyss. Senec.*

*Hyppol.Thebaid.act.*1. *Thyest.in Agamemn. act.*1.*Xe* *noph.lib.*3. ἀπομνημονευμάτ. *Plin.*7.*c.*42.*Ælian.*4.*&*5 *histor.animal. Aristot. lib.* 9. *animal. c.* 47. *Ovid.lib* 10.*Metamorph.&DD. ad h.* §. ubi ajunt, ne quiden Adamum, si resurgeret, posse ex jam natis absqu incestu uxorem ducere. Vide etiam *Grot. de jur. be. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 12.

Quod Jure Romano pater filiam vel neptem adop tivam, licet emancipatam, in uxorem ducere non po tuerit, demonstratur quoq; ex *l.quin etiam* 55. *D.d rit.nupt.* Sed quod Moribus Belgii (quibus simplex jus gentium sequimur) ducere possit, inde concluden dum videtur, quod nec vinculum sanguinis, nec affi nitatis impediat, & scrupulosa hic videatur honesta Romanorum; atque adeo vulgo habeatur pro alum na. Vide tamen nostra *ad tit.seq. &* §. *pen. h. t.*

*§. 2. Inter eas quoque personas quæ ex transverso gradu cognationis junguntur, est quædam similis observatio, sed non tanta. Sane enim inter fratrem sororemque nuptiæ prohibitæ sunt, sive ab eodem patre eademque matre nati fuerint, sive ex altero eorum. Sed si qua per adoptionem soror tibi esse cœperit: quandiu quidem constat adoptio, sane inter te & eam nuptiæ consistere non possunt: cum vero per emancipationem adoptio sit dissoluta, poteris eam uxorem ducere. Sed & si tu emancipatus fueris, nihil est impedimento nuptiis. Et ideo constat, si quis generum adoptare velit, debere eum antea filiam suam emancipare: & si quis velit nurum adoptare, debere eum antea filium suum emancipare.*

SUMMA-

SUMMARIA.

1. Quæ & qualis ratio vetandi nuptias inter fratrem & sororem & apud quas Gentes?

2. Quæ pœna in secus facientes?

QUod non tanta ratio prohibendi nuptias in linea transversa sit, quanta est in linea directa, ipsa confirmat natura, quæ non ita abhorret à congressu collateralium, uti à congressu descendentium. Porro fratris sororisque nuptias prohibitas, ac pœnâ dignas esse, inferunt quoque *l.8.l.54.l.ult.D.de rit.nupt. & l. 17.nemin. C.de nupt.Plat.8.de leg.* sibi tamen contrarius in *lib.5.de Repub.Plutarch. in problemat.Cic.lib. 1.de divin.Alexand.ab Alexand.1.genial.dier.24.* ubi notat, apud Græcos, multosque Alios populos vetitas fuisse. Sed easdem nuptias apud multas quoque Gentes in usu fuisse, docent *Tiraquell. in lib. de legib. connub. Giphan. Harpr. & Balduin. ad h. §. Selden. de jure nat. & gent. lib. 5. c. 11.* Sane sub initium mundi fratrem cum propria sorore matrimonium contraxisse, liquido ex Bibliis constat. Cæterum easdem nuptias postea sub gravissima pœna interdictas fuisse, docet *c. 18. Levit. v. 9. & 11. & c. 20. v. 17. Deut. 27. v.22.* An autem illa pœna & prohibitio specialem habuerit rationem apud Judæos, ad nodum controversum puto. Vide *disp. nost. ad h.t.* Posterior pars hujus §. desumpta est ex *l. per adoption. 17. de rit. nupt.* Moribus inter fratrem & sororem adoptivam matrimonium cousistere posse, sequitur ex iis, quæ diximus *ad §.1.h.t.* Verum cum germana, vel consanguineâ, vel uterina prohibetur, & graviter punitur. Sed pœnane capitali? Nusquam, quod sciam, sed varia in variis locis. *Schultz. ad h. tit.lit. g.*

*§. 3. Fratris vero, vel sororis filiam, uxorem duce-*

*ducere non licet: sed nec neptem fratris vel sorori quis ducere potest, quamvis quarto gradu sint. Cujus enim filiam uxorem ducere non licet, neque eju neptem permittitur. Ejus vero mulieris, quam pater tuus adoptavit filiam non videris impediri uxorem ducere: quia neque naturali, neque civil jure tibi conjungitur.*

## SUMMARIA.

1. Varie constitutum fuisse circa fratris vel sororis filiam neptemque.

2. Quæ ratio propria cur inter dictas personas nuptiæ vetitæ sint?

1. JUre veteri poterat quis cum fratris, non vero sororis filia vel nepte matrimonium inire. *Ulpian. tit.* 6. §. 5. *l. soror.* 39. *D. h. t. l.* 11. §. 1. *& l.* 38. §. 1. *D. ad l. Jul. de adulter. Cujac. lib.* 16. *obs.* 37. Rex Servius filias duas avunculis Lucio & Arunti in matrimonium collocavit, teste *Dionys. lib.* 4. Sed postea incestum judicatum est, ut constat ex *Catull. in Asylen. & Tacit. lib.* 12. *annal.* Claudius Imp. fratres sui Germanici filiam Agrippinam in uxorem duxit, extorto SCto, ut aliis idem liceret. *Tacit. d. loc. & Sueton. in Claud.* Sed paulo post dictum SCtum abrogatum est, teste *Dion. in Nerv.* quod tamen rursus in usu esse cœpit, attestantibus *Capitolin. & dd. JCtis dd. loc.* Imperator Diocletianus constituit, ut matrimonium non tantum cum fratris & sororis filia, sed etiam nepte prohibitum intelligatur. *d. l. nemini* 17. *C. h. t.* Sed iterum permisit Basiliscus, quod correxit Anastasius. *l. ult. C. de incest. nupt.* Hunc sequutus est Imperator noster hic, & Imperatorem nostrum deinde sequuti sunt Imperatores reliqui fere omnes, ut videre est in *Basilic.* 28. *Harmenop. lib.* 4.

*junct.*

*unct. Zonar. tom.* 3. *annal.* Apud veteres Græcos præfatas nuptias permiſſas fuiſſe, indicat *Homer. Odyſſ.* 7. *Dionyſ. in vita Lyſ. Tacit. d. lib.* 12. *Tiraquell. de ll. connub.* Cæterum apud Hebræos vetitas fuiſſe, probabile eſt propter ſimiles prohibitas *Levit.* 18. & *Deut.* 27. Jure Canonico & Moribus Belgii dictas nuptias vetari certum eſt; quâ pœna puniantur jure Saxonico, vide apud *Schultz. ad. h. t. lit. g.* Ratio vero quam Tribonianus hic aſſignat, 2. minus adæquata eſt, quia non niſi in linea collaterali inæquali locum habet. Propria eſt, quia dicti collaterales ſibi invicem loco parentum liberorumque ſunt. *l. nupt.* 53. *D. h. t.* Vide omnino *Zepper. de ll. Moſaic. lib.* 4. *c.* 19. ubi etiam docet à paritate rationis procedi oportere ad ſimiles caſus in *d. c.* 18. *Levit.* expreſſos. Quod hic dicitur de filia ſororis adoptivæ, Confimatur ex *l. ſi qua* 12. §. 4. *D. de rit. nupt.* Uſum collige ex *tit. ſeq.*

*§. 4. Duorum autem fratrum vel ſororum liberi, vel fratris & ſororis, conjungi poßunt.*

SUMMARIA.

1. Varius uſus circa conſobrinos.

2. Quid jure Divino & Moribus Belgii hic cautum ſit.

HÆc confirmantur *l.* 3. *D. h. t. l. Luc. Tit.* 38. §. 7. *D. ad SCt. Trebell. l. qui ex fratrib.* 24. *D. de condit. inſtit. l.* 19. *in celebrand. C. h. t.* Antiqui- 1. tus matrimonia conſobrinorum incognita fuiſſe, ſcribit *Tacit. d. lib.* 12. Plutarchus refert, Brutum primo duxiſſe uxorem conſobrinam ſuam Porciam: Cic. *pro Cluent.* Cluentiam nupſiſſe Melino conſobrino ſuo; atque ita deinceps diu obſervatum fuiſſe, uſque ſcilicet ad tempora Theodoſii Majoris, teſtis eſt *Aurel. Victor* & *Paul. Monach. in Theodoſ.* & *Ambroſ. lib.*

*Lib.* 8. *epist.* 66. *l. un. C. Theodos. si nupt. ex rescrip. pet.* Constitutionem autem Theodosii apud Gotho receptam fuisse, testatur *Cassiodor. lib.* 7. *variar.* Unde mirum videri non debet, quod hic §. negative legatur apud *Cajum in fragm. lib.* 1. *tit.* 4. §. 6. *Theoph. ad h. §. Constantin. Harmenop. lib.* 6. *epit. tit.* 4. Sed rursus *Arcad. & Honor.* dictum Patris rescriptum (quam quam primo confirmaverant. *l. manente. C. Theod. de incest. nupt.*) abrogasse, ac jus vetus in pristinum statum restituisse, diximus supra per *d. l.* 19. *C. de nupt.* Hos imitatus est Justinianus in *h.* §. *n.* Sed postea denuo Constitutio Theodosii in usum revocata est in Oriente ab Imp. Leone in *Basil.* teste *Harmenop.* 4. *tit.* 6. & *lib.* 6. *tit.* 4. & 6. in Occidente à Pontifice Gregor. Atque hoc jus omnes tam in Oriente quam Occidente ad hæc usque secula usurpasse, asserit *Giphan. ad h.* §. Cæterum apud Judæos nuptias Consobrinorum licitas fuisse, ob id verisimile est, quod nusquam prohibitæ sint; imo inquit *Balduinus hic*, lex Mosaica aperte probavit, dum sæpius in ea tales nuptias contractas legimus. *Genes. c.* 29. *junct. c.* 24. *v.* 29. *Num. c.* 36. *v.* 11. Adde *Augustin. lib. de Civit. Dei.* 15. *c.* 16. *Zepper. de ll. Mosaic. lib.* 4. *c.* 19. *Carpzov. decis. illustr. Saxon.* 15. Atque hanc sententiam Mores in plerisque locis Belgii sequuntur.

§. 5. *Item amitam, licet adoptivam, ducere uxorem non licet, item nec materteram: quia parentum loco habentur. Qua ratione verum est, magnam quoque amitam, & materteram magnam prohiberi uxorem ducere.*

HIc §. desumptus est ex *l. per adoption.* 17. §. *ult. D. de rit. nupt.* Jurique Divino (quo paria etiam pro expressis habentur) conveniens videtur. *arg.*

*v.* 12.

. 12. & 13. *d. c.* 18. *Levit.* De adoptivis amitis vel materteris vix sumus solliciti, propter rationes allegatas supra in §. 1. & 2. *h. t.*

*§. 6. Adfinitatis quoque veneratione, à quarundam nuptiis abstinere necesse est: ut ecce privignum aut nurum uxorem ducere non licet: quia utræque filiæ loco sunt. Quod ita scilicet accipi debet, si fuit nurus aut privigna tua: Nam si adhuc nurus tua est, id est, si adhuc nupta est filio tuo, alia ratione uxorem eam ducere non poteris, quia eadem duobus nupta esse non potest. Item si adhuc privigna tua est, id est, si mater ejus tibi nupta est, ideo eam uxorem ducere non poteris, quia duas uxores eodem tempore habere non licet.*

*§. 7. Socrum quoque & novercam prohibitum est uxorem ducere, quia matris loco sunt. Quod & ipsum dissoluta demum adfinitate procedit. alioquin si adhuc noverca est, id est, si adhuc patri tuo nupta est: communi jure impeditur tibi nubere, quia eadem duobus nupta esse non potest. Item si adhuc socrus est, id est, si adhuc filia ejus tibi nupta est: ideo impediuntur tibi nuptiæ, quia duas uxores habere non potes.*

SUMMARIA.

1. Quid jure Divino, Canon. Rom. & Morib. introductum sit circa gradus affinitatis & quam varie.
2. Pœna bigamię.

HI duo §§. confirmantur & illustrantur ex *l. si qua* 12. §. 1. & *seq. l.* 14. *l.* 15. *D. h. t.* & *d. l.* 17. *C. eod.*

*C. eod. l. 5. pen. & ult. C. de incest. nupt.* Jure Canonico prohibitio affinitatis tam late quàm cognationis extensa est. *c. non debet. ext. de consang. & aff.*
4. *caus. 35. q. 3. c. quædam lex.* Quod jus tam in Oriente quàm Occidente servari, testis est *Giphan. hic* cui adde *Schneid. Balduin. Vinn. ad dd. §§.* Jure Divino in linea recta affinitatis eadem est prohibitio quæ jure Romano. *Levit. 18. v. 8. 13. & 17. 1. Corinth. 5.* Idem dicendum de transversa affinitatis præterquam quod jure Divino cum uxore patrui vel avunculi, sorore soceri, filia leviri glorisve matrimonium illicitum sit. *Levit. d. c. 18. v. 6. 14. & 16.* sed jure civili licitum videtur, quia nusquam prohibitum apparet. Adjuvat hanc opinionem *M. Tull. lib. 1. de divin. Val. Max. 1. c. 5. Plutarch. de Marc. Crasso*, ubi scribit, veteres Romanos frequenter filias ex sorore uxoris in matrimonio habuisse; Item fratrem fratris viduam uxorem duxisse, nisi extarent liberi. *Bacchov. & Vinn. hic.* Cæterum hoc jure Romano novo ex *l. 8. licet. C. de incest. nupt.* & jure Divino vetitum, constat ex *d. c. 18. Levit. v. 16. Marc. c. 6. v. 18.* Vide omnino *Zepper. de ll. Mosaic. lib. 4. c. 19. Grot. d. lib. 2 c. 5. Balduin. hic. Schultz. ibid. lit. e. & f.* Porro ut una non potest esse nupta duobus, sic nec unus duabus copulatus esse debet. *l. 1. D. h. t. l. 3. C. de incest. nupt. junct. l. 1.*
2. *in fin. D. his qui not. infam.* Quinimo ex Constit. Carol. V. ultimo supplicio afficiuntur. Peinlich Halßgerecht. *ord. c. 21.* Quid ex jure divino circa bigamiam tenendum sit, collige ex *Pet. Fab. 2. semest. 1. Vinn. Balduin. Borcholt. hic & disp. nost. ad h. t.*

*§. 8. Mariti tamen filius ex alia uxore, & uxoris filia ex alio marito, vel contra, matrimonium recte contrahunt: licet habeant fratrem sororemve*

*e matrimonio postea contracto natos.*

SUMMARIUM.

1. Dubia Auctoris sententia de comprivignis.

2. Moribus Belgii comprivignorum nuptias licitas esse.

HIc §. scaturire videtur ex *l. generali* 34. §. 2. *h. t.* cujus exemplum exstat in *l. Titia* 134. *pr. D. de* *V.S.* Rationem reddunt *DD.* quia comprivigni nec vinculo sanguinis, nec affinitatis inter se conjuncti sunt. Cæterũ regerere quis haud improbabiliter pos- 1.
set, hoc quidem ita de stricto jure procedere, sed ex honestate seu æquo & bono contrarium dicendũ videri. *l. semper* 42. *D. h. t.* Sicuti & in jure Divino variæ nuptiæ, quæ stricta ratione licitæ videntur, prohibitæ sunt. Quin & hæ nuptiæ de quibus hic §. loquitur, expresso textu vetitæ videntur inter *d. c.* 18. *v.* 11. nec apparet (quod tamen vulgo *Theol. & DD.* notant) quomodo ibi agatur de fratre consanguineo & sorore consanguinea ex noverca. Etenim de illis in *vers.* 9. in casu simili verso actum videtur. Quam explicationem seu conjecturam confirmat *v.* 10. *d. c.* 18. qui alioqui minus concinne aut recte ob distinctam ejus materiam interjici videtur inter *d. v.* 9. *& vers.* 11. qui ejusdem argumenti & materiæ sunt. Accedit his, quod contracto matrimonio viduus & vidua fiant una caro, atque adeo ipsi comprivigni loco fratris & sororis, præsertim utriusque parente superstite. Præterea etiam turpis inter illos confusio nominum fieri videtur: Nam qui se mutuo fratrem & sororem appellarunt, jam se maritum & uxorem nominant. Hujus sententiæ Auctor primus fuit olim Præceptor meus *Ant. Matth. in disp.* 1. *ad Inst. thes.* 11. *colleg. prim.* Ad eundem inclinare videtur *Beza tract. de repud. & divort.* Moribus Belgii comprivignorum 2.
matri-

matrimonia extra ſcrupulum licita ſunt, quæ etiam non tam improbo, quam diſputo. *diſp. ad h.* §. Et forſan hic illud Pauli locum habet: multa licent, ſed non ſemper expediunt. 1. *Corinth.* 10. *Phil.* 4. *v.* 8.

*§. 9. Si uxor tua poſt divortium ex alio filiam procreaverit, hæc non eſt quidem privigna tua: ſed Iulianus ab hujuſmodi nuptiis abſtinere debere ait. nam conſtat, nec ſponſam filii nurum eſſe, nec patris ſponſam novercam eſſe: rectius tamen, & jure facturos eos, qui ab hujuſmodi nuptiis abſtinuerint.*

HIc rivulus refert originem ex *l. ſi qua* 12. §. 1. 2. & 3. *D. h. t.* Sed quod hic innuitur, novas nuptias poſt divortia licitas eſſe, jure Canonico correctum eſt. 32. *q.* 7. *c.* 1. & 2. Sane jure Divino ipſum vinculum matrimonii, facto divortio propter adulterium, ſolvi, extra controverſiam puto. *Matth.* 5. & 19. Sed an facta malitioſa deſertione, magis controverſum exiſtimo. 1. *Corinth.* 7. *junct. d. c.* 5. & 19. *Matth.* Vide *Bez. in d. tract. de divort. Weſemb. ad tit. de divort.* & *diſp. noſt. ad h.* §.

*§. 10. Illud certum eſt, ſerviles quoque cognationes impedimento nuptiis eſſe: ſi forte pater & filia, aut frater & ſoror manumiſſi fuerint.*

HIc §. deſumptus videtur ex *l. adoptiv.* 14. §. 2. *D. de rit. nupt.* ſed *d.* §. 2. rurſus ex Hebræis, aut ſaltem apud Hebræos moris fuit, teſte *Selden. de jure nat. lib.* 5. *c.* 17. & 18. Jure Canon. inter ſervos verum matrimonium eſſe poteſt. *tot. tit. ext. de conjug. ſerv.* Quod juri Divino conſonans eſt. 1. *Corinth.* 7. *Epheſ. c.* 6. & Moribus ſervatur, præ-

ſertim

...rtim in adscriptitiis. *Bar. ad h. t. part. post. Gude-n. de jure nov. c. 5. lib. 1. Tholosan. syntagm. lib. 9. 1. n. 3.*

§. II. *Sunt & aliæ personæ, quæ propter di-ersas rationes nuptias contrahere prohibentur, ...as in libris Digestorum, seu Pandectarum, ex ...etere jure collectarum, enumerari permisimus.*

SUMMARIA.

1. Quænam sint illę perso-...,quę hic denotantur & quid ...odie circa illas usu servetur?

2. Consilium Auctoris circa prohibitas nuptias inter transversales & affines.

...IT sunt tutor vel curator, liberiq; illorum, quibus cum pupilla vel adulta matrimonio interdicitur. 1.
*...tutor. 36. & seq. l. 59. & seq. D. h. t. l. 1. C. de interd. ...atr. int. pup. & tut.* Præsidi cum provinciali. *l. 38. & l. 57. D. h. t.* Senatori cum libertina, vel ea quæ, ...ujusve pater artem ludicram fecit. *l. 44. D. eod. ...unct.* tamen *Nov.* 78. Verum hæc Jure Canonico ...& Moribus Belgii non servantur. *Vinn. ad h. §. Angel. ...bid. Panorm. in c. fin. n. 2. de secund. nupt. Zyp. in ...Notit. jur. Belg. tit. de sponsal.* Ratio est, ne temere ...& sine causa libertas matrimonii coerceatur. Porro ra-...ptor raptam, & adulter adulteram in uxorem ducere ...prohibetur. *l. un. C. de rapt. virg. l. Claud. 13. D. de ...his quæ ut indign.* sed secus est jure canon. *c. ult. ...ext. de raptor. c. significasti 6. ext. de eo qui dux. in ...matr. quam poll.* ubi tamen limitatio additur, quam ...repetit & ampliat *Concil. Tridentin. sess. 24. c. 6. de ...reformat. matr.* Vide *Fachin. lib. 3. c. 46.* Sane cum ...hodie raptus minus frequentes sint, nulla fieret pro-...portio inter delictum & pœnam, si *d. l. un.* servare-...tur. Plures rationes vide in *tract. nost. de injustit. ...quar. U. Rom. lib. 2. c. 9.* ubi & usum allegavi ex *Jo-ann.*

*ann. à Sande lib. 5. def.* 10. Vidua quoque inter a num luctus nubere non poteſt, quin fiat infamis. *l.* *&* 10. *D. de his qui not. infam.* quod mutavit ju Canonicum. *c. pen. & ult. ext. de ſecund. nupt.* ſe male, quia turbatio ſanguinis metuitur *l.* 11. *§.* 1. *D. de his qui not.* quam fieri poſſe, ſtatuunt Medici præ ſtantiſſimi. Nuptiæ inter ſuſceptorem & ſuſceptam vetitæ *l. ſi quis* 26. *C. h. t. tot. tit. ext. de cognat. ſpi rit. & Concil. Trident. ſeſſ.* 16. *de reform. matrimon* Moribus harum Provinciarum permiſſæ ſunt, n torqueantur conſcientiæ hominum, cum ſubtili tas, non ſimplex honeſtas ſubſit. Plures perſonas prohibitas vide apud *Harpr. Accurſ. Schneid. & Alios ad h. §. & Selden. de jure nat. & gent. l.* 5. *per tot. Zepp. d. c.* 19. Harum autem & ſuperiorum nuptias apud varias gentes etiam Chriſtianas variis & incertis legibus ac rationibus agitatas fuiſſe, tradunt *Grot. d. lib.* 2. *c.* 5. *n.* 12. *Balduin. ad d. §.* 3. *h. t.* Unde complures quoque *DD.* haud infimæ notæ concludunt, nuptias prohibitas inter tranſverſales & affines in *d. l. c.* 18. *Levit.* vix jure naturæ aut ratione naturali vetitas videri, ſed potius ratione ſingulari & civili, hoc eſt, ratione iſti Populo Judaico & tempori
2. propria. Ut ut ſit, nemini facile (ne quidem in adiaphoris) in ſuſpicionem intemperantiæ venire, aut aliter offendiculo eſſe debemus, nec nobis temere ſcrupulum injicere in ipſa hominum copia, ex qua quis ſibi extra torturam conſcientiæ proſpicere poteſt. Quare optimo interdum conſilio Magiſtratus vel Eccleſia eos qui contrahere nuptias volunt, quæ contrariis opinionibus & Moribus involutæ ſunt, graviter admonere ſolet, ut abſtineant; licet aliàs re non integra ſine dehortatione permittant. *Schultz. ad h. t. lit. f.*

*§. 12. Si adversus ea, quæ diximus, aliqui ierint, nec vir, nec uxor, nec nuptiæ, nec matrimonium, nec dos intelligitur. Itaque ii, qui ex eo ïitu nascuntur, in potestate patris non sunt, sed les sunt (quantum ad patriam potestatem pertit) quales sunt ii, quos mater vulgo concepit. Iam nec hi patrem habere intelliguntur, cum & s pater incertus sit. unde solent spurii appellari,* ... σπορὰν, *id est,* à satione, & ἀπάτορες, *quasi ne patre filii. Sequitur ergo, ut dissoluto tali ïitu, nec dotis, nec donationis exactioni locus sit. Qui autem prohibitas nuptias contrahunt, & alias enas patiuntur, quæ sacris constitutionibus continentur.*

SUMMARIA.

1. Textus confirmatio.
2. Temperamentum textus : dissolvendo matrimonio uod sine consensu parentum contractum est.
3. Moribus Belgii dotem filiæ quæ illegitime nupsit, minime applicari fisco.

PRincipium hujus §. confirmatur ex eo, quod ipso 1.
jure nullum sit, quod contra leges factum est *l. non ub. 5. C. de ll.* Unde non immeritò nomina viri, xoris, nuptiarum, dotis, tantum justi conjugii propria perhibentur. *l. 6. C. de interd. matrim. l. 6. C. e incest. nupt. l. 3. de jure dot. l. 4. §. 6. de grad. & ff. l. 1. D. unde vir & ux.* Natos autem ex tali coïu non esse in potestate patris, tradit *d. l. 5. C. de interd. matr. l. 3. D. de his qui sunt sui vel alien. l. 11. de stat. hom.* Item spurios esse, ac similes illis qui vulgo quæsiti sunt, docet *l. vulgo 23. de stat. hom. l. 2. §. 1. D. ad SCt. Tertyll. l. 25. in fin. D. de capt. & postl. rev.* Quid hic jure Divino constitutum sit, collige ex nostris ad *pr. h. t.*

De

De emendatione hujus loci circa voces græcas, v
riant Interpretes, ut videre est apud *Hotom. Gipha*
*Vinn. junct. Balduin. & Bacchov. ad h.* §.

2. Quod hic dicitur aut colligitur, talem concub
tum, qui sine consensu parentum factus est, dissol
posse, cum temperamento accipi debet, quod exsta
in *l.* 1. §. *ult. D de lib. exhib.* Itaque sponsalia qu
dem, etiam copula confirmata, pater dissolvere po
set .*d. c.* 22. *Exod.v.* 17. sed si pater tam diu in mor
fuit, donec liberi extiterint, vix ei dissolvendi pote
statem concedendam, puto. Vide *nostr. ad pr. h.t.* &
3. *disp. nost. ad h.* §. Porro quod vulgo *DD.* hic no
tant, dotem & donationem propter istiusmodi nu
ptias datam caducam fieri, & applicari fisco. *l. necess*
52. *l. dote* 61. *D. h.t. l.* 32. §. *ult. de donat. int. vir*
*l.* 4. & *Auth. incestas. C. de incest. nupt.* Moribus
Belgii non servatur. Adde *Zyp. tit. de jure fisc. in fin*
*Joann. à Sande lib.* 4. *rer. jud. tit.* 4. *def.* 5. & *Christin. vol.* 3. *decis.* 129. De aliis autem pœnis quibus
prohibitæ nuptiæ puniantur, vide *Pac. in disp.* 2. *de*
*nupt. thes.* 23. & *alios DD. ad h.* §. Moribus dictæ
pœna arbitrio judicis commissæ videntur. *Zyp. in Notit. jur. Belg. tit de pœn. Bugnion. leg. abrog. l.6. coll.*
73. *Schultz. ad h. t. lit.g.* ubi tamen simul pœnas ordinarias apud Saxones receptas, indicat. An & quid
hodie dos & donatio propter nuptias sit, vide apud
*Gudelin. lib.* 1. *c.* 8. *de jure noviss.*

§. 13. *Aliquando autem evenit, ut liberi, qui statim ut nati sunt, in potestate parentum non sunt, postea redigantur in potestatem patris: qualis est is, qui dum naturalis fuerat, postea curiæ datus, potestati patris subjicitur: nec non is, qui à muliere libera procreatus, cujus matrimonium mi-*

*nime*

*ime legibus interdictum fuerat, sed ad quam pa-er consuetudinem habuerat, postea ex nostra con-titutione dotalibus instrumentis compositis, in po-estate patris efficitur. Quod & aliis liberis, qui x eodem matrimonio postea fuerint procreati, simi-iter nostra constitutio præbuit.*

SUMMARIA.

1. Olim triplicem fuisse le-itimationem, sed hodie ali-er servari, & quomodo?

2. Quinam hodie dicantur liberi naturales?

Liberos ex concubina natos per oblationem Curiæ legitimos & in potestate patris constitutos fuisse, 1.
onstat itidem ex *l.* 3. 4. *&* 9. *C. de nat. lib. Nov.* 9. *c.* 2. *& seqq.* Sed Moribus Belgii ille modus le-itimandi in desuetudinem abiit. *Mich. Graß. §. ucceß. quæst.* 19. *n.* 19. *Gudelin. lib.* 1. *c.* 16. *Christin. vol.* 3. *decis.* 145. *n.* 18. *Vinn. & Giphan. hic.* Alter nodus legitimandi (ut vocant) quo pater liberos na-urales facit legitimos per contractum matrimonium um matre concubina, muliere libera & cujus ma-rimonium non erat interdictum, probatur quoque ex *l. cum quis* 10. *C. de nat. lib. & d. Nov.* 89. *cap.* 8. Quanquam autem *DD.* illos duntaxat naturales pro- 2.
nuncient, qui ex concubina nati sunt, tamen Moribus nostris idẽ dicendum de liberis, qui nati sunt ex qua-ibet alia, quæ innupta alicui potestatem corporis fe-cit. Adde *Grot. in Introd. ad Jurisp. Holl.* 1. *part.* 12. *Schultz. hic. lit. h. Zyp. tit. de natur. liber.* Quod attinet dotalia instrumenta, quæ *hic* Imp. & in *d. l.* 10. *C. de nat. lib.* desiderare videtur, jure Canonico & Moribus Belgii non sunt necessaria; quoniam ma-trimonium coram facie Ecclesiæ vel Magistratus ce-lebratur, unde de mutatione animi satis superque

conſtare poteſt *c. tanta. ext. qui fil. ſunt legit. Ti-
den. hic Chriſtin. vol.* 1. *deciſ.* 310. Hodie pacta a
tenuptialia fere vim teſtamenti habent. Vide *Bu*
*ad l.* 1. *de pact. dotal. Zyp. tit. de jure dot. Core*
*obſ.* 20. De emendatione hujus loci circa verba
nalia ne ſim magnopere ſollicitus, me ratio inſtitu
admonet. Videſis tamen *Hotom. Bacchov. & Vinn. a*
*h.* §. Tertium modum legitimandi (qui fit per r
ſcriptum Principis, quique à Juſtiniano primum in
troductus eſt, per *Nov.* 74. *c.* 2. *& d. Nov.* 89. *c.* 9. &
10.) ejuſque effectum & uſum in Belgio aliiſque N
tionibus vide apud *Grot. d. lib.* 1. *part.* 12. *Neoſtad*
*deciſ. Holl.* 10. *Mynſ.* 5. *obſ.* 42. *Chriſtin. vol.* 1. *de-
ciſ.* 199. *Argentr. ad conſ. Britan. pag.* 1658. *& ſeqq*
*Gudelin.* 1. *c.* 15. *Gail* 2. *obſ.* 140. *& ſeq. Papon.*
*tit.* 5. De quarto modo legitimandi diſputo ad *h.* §
*diſp.* 3. *Inſtitution.*

## DE ADOPTIONIBUS

### TITULUS XI.

*Non ſolum autem naturales liberi ſecundum ea, quæ diximus, in poteſtate noſtra ſunt, verum etiam ii, quos adoptamus.*

SUMMARIUM.

Adoptionis jus hodie non eſſe in uſu, ſed tamen ſimile quid in quibuſdam locis ſervari.

CONfirmatur hic §. ex *l.* 1. *pr. D. h. t.* & *Ulpian. in fragm. d. tit.* & paſſim ex hiſtoriis Romanis, teſte *Hotom. & Balduin. ad h. pr. Bodin. de Repub. lib.* 1. *cap.* 4. *in fin.* Cæterum Moribus Belgii totum jus adoptionis (quod tamen frequens & antiquiſſimum

num fuisse constat ex *c. 2. Exod. Joseph. 1. antiq. Eginet. Isocrat. & Plut. in Thes. Tholos. syntagm. lib.* o. *c. 6. de person.*) abrogatum & in desuetudinem edactum videtur. Quare adoptati tantum instar lumnorum sunt, cum quibus nec jus liberorum, nec gnationis, nec cognationis parentibus adoptivis inercedere intelligitur. *Gudelin. de jure noviss. lib. 1. c. 3. Grot. d. lib. 1. part. 6. Vinn. ad h. pr. Christin. volum. decis. 185. Imb. Enchirid. lit. f.* Posse tamen (saltem in bstracto loquendo) statui probabiliter, quod filius adptivus heres instituendus sit, vide in *disp. ad h. t. & §. 4. & 5. Inst. de exhered. lib.* In Germania & onnullis aliis Provinciis usurpatur imago quædam doptionis, quæ unio prolium dicitur, de qua vide pud *Gail. 2. obs. 125. Giphan. ad h. pr. Schultz. ad . t. lit. a. Tulden. ad h. t. c. 5.*

*§. 1. Adoptio autem duobus modis fit, aut rincipali rescripto, aut imperio magistratus. Impeatoris auctoritate adoptare quis potest eos easve, qui quæve sui juris sunt: quæ species adoptionis diitur adrogatio. Imperio magistratus adoptamus os easve, qui quæve in potestate parentum sunt, sive primum gradum liberorum obtineant, qualis est filius, filia: sive inferiorem, qualis est nepos, neptis, pronepos, proneptis.*

Hic §. asseritur ex *d. l. 1. & 2. pr. D. h. t. & Ulpian. h. t.* Plura huc ad antiquitatem spectantia, vide apud *Gell. 5. c. 19. Grach. 3. de comit. Roman. Brisson. 1. antiq. c. 7. Balduin. Hotom. Giphan. Vinn. ad h. §.* Moribus, si qua adoptio fiat, coram Magistratu competente celebrari solet. *Gail. d. obs. 125. & Schultz. hic d. lit. a.*

*§. 2. Sed hodie ex nostra constitutione, cu[m] filiusfamilias à patre naturali extraneæ personæ [in] adoptionem datur, jura patris naturalis minim[e] dissolvuntur, nec quicquam ad patrem adoptivu[m] transit, nec in potestate ejus est, licet ab intesta[to] jura successionis ei à nobis tributa sint. Si vero pa[ter] naturalis non extraneo sed avo filii sui matern[o], vel si ipse pater naturalis fuerit emancipatus, e[tiam] avo vel proavo simili modo paterno vel ma[terno] filium suum dederit in adoptionem: in ho[c] casu, quia concurrunt in unam personam, & naturalia, & adoptionis jura, manet stabile jus patris adoptivi, & naturali vinculo copulatum, & legitimo adoptionis modo constitutum: ut & in familia, & in potestate hujusmodi patris adoptiv[i] sit.*

CONstitutio de qua hic mentio, extat in *l. cum i[n] adopt.* 10. *C. h. t.* ex qua totus hic §. confirmatur & illustratur. Moribus Belgii (quibus omnes filii intelliguntur emancipati & sui juirs) tantum quis in adrogationem dari potest, sed salvo tamen jure patris naturalis, quod & juri Novellar. congruum videtur. *Nov.* 115. *c.* 3. Deinde nec usufructus in bonis adrogati patri adrogatori adquiritur, quippe hodie nec ipse pater naturalis eum habet. Vide *nostr. ad tit. Inst. per quas pers. cuique adq.*

*§. 3. Cum autem impubes per principale rescriptum adrogatur, causa cognita adrogatio fieri permittitur, & exquiritur causa adrogationis an honesta sit, expediatque pupillo. Et cum quibus-*

*um conditionibus adrogatio fit, id est, ut caveat ldrogator personæ publicæ, si intra pubertatem upillus decesserit, restituturum se bona illis, qui, adoptio facta non esset, ad successionem ejus venuri essent. Item non aliter emancipare eum potest ldrogator, nisi causa cognita dignus emancipatione nerit, & tunc sua bona ei reddat. Sed & si deceens pater eum exheredaverit, vel vivus sine justa ausa emancipaverit, jubetur quartam partem ei onorum suorum relinquere, videlicet præter bona, uæ ad patrem adoptivum transtulit, & quorum ommodum ei postea acquisivit.*

HIc §. compositus est ex *l. nec ei* 17. §. 1. & 3 *& ll. seqq. D. h. t.* Quid vero jure veteri circa mpuberem & fœminam adrogandam constitutum uerit, vide apud *Gell. lib.* 5. *c.* 19. *& dd. DD. ad h.* . Moribus dicta adrogatio fieret coram judice competente, causa cognita, ut unio prolium. *Gail. d. loc. Schultz. d. lit. a.* Cautio vero & legitima portio præstanda foret, ut hic. Vide *nost. ad* §. 4. & 5. *de exhered. lib.*

§. 4. *Minorem natu, majorem non posse adoptare placet: adoptio enim naturam imitatur, & pro monstro est, ut major sit filius, quam pater. Debet itaque is, qui sibi filium per adoptionem vel adrogationem facit, plena pubertate, id est, decem & octo annis præcedere.*

HIc §. adstruitur ex *d. l. si paterfam.* 15. §. *ult. D. h. t. l.* 16 *& l. adrogat.* 40. §. 1. *D. eod. Cic. pro dom.* ubi Clodii adoptionem exagitat. *Herodian. lib.* 5.

ubi

5. ubi ridiculam vocat adoptionem Alexandri, qui annos natus 12. ab Imp. Heliogabulo 14. annorum adoptatus est. Moribus magis voluntas adoptantis (modo cum judicio declarata sit) attendenda videtur, quam illa rei natura & subtilitas Romana in *h.* §. Licet itaque minor natu à majore adoptatus proprie filius dici nequeat, tamen jus & effecta filii consequi videtur. *arg.* §. *ult. h. t.* Adde nostra in *d.* §. 5. *de exheredat. lib.*

§. 5. *Licet autem & in locum nepotis vel neptis, pronepotis vel proneptis, vel deinceps adoptare, quamvis filium quis non habeat.*

§. 6. *Et tam filium alienum quis in locum nepotis adoptare potest, quam nepotem in locum filii.*

HÆc loca desumpta videntur ex *l. adoptare* 37. & *l. adoptiones* 43 *D. h. t.*

§. 7. *Sed si quis nepotis loco adoptet, vel quasi ex filio, quem habet jam adoptatum, vel quasi ex illo, quem naturalem in sua potestate habet: eo casu & filius consentire debet, ne ei invito suus heres adnascatur: sed ex contrario, si avus ex filio nepotem det in adoptionem, non est necesse filium consentire.*

HIc §. colligi potest ex *l. cum nepos* 6. *l. si quis* 10. & *seq. D. h. t.* Ratio *d.* §. *nostr.* extat quoque in *l. in bello* 12. §. 3. *medio. D. de captiv. & postl. rev.* junct. *arg. l.* 15. & *l. ult. C. de pact.*

*§. 8. In plurimis autem causis adsimilatur is, qui adoptatus vel adrogatus est, ei, qui ex legitimo matrimonio natus est, & ideo si quis per imperatorem, vel apud prætorem, vel præsidem provinciæ non extraneum adoptaverit, potest eundem in adoptionem alii dare.*

HIc §. compilatus videtur ex *l. quæsit.* 34. *& d. l. adopt.* 37. §. 1. *D. h. t.* junct. *l. pen. C. eod.* Quid Moribus hic & in §§. proxime antecedentibus servandum sit, abunde demonstrant præmissa ad *pr. &* §. *seqq. h. t.*

*§. 9. Sed & illud utrisque adoptionis commune est, quod & ii, qui generare non possunt (quales sunt spadones) adoptare possunt (castrati autem non possunt.)*

QUod spadones adoptare queant, apparet ex *l.* 2. §. 1. *D. h. t.* Ratio est, quia in illis spes generandi superest. *Galen. lib.* 15. *de usu part.* Sed quod castrati non possint, addidit hic Tribonianus, teste *Ant. August. lib.* 3. *emend. c.* 5. Quid sint spadones proprie & improprie, vide in *l. spadon.* 128. *de V. S. & ibi Goedd. Balduin. & Borcholt. hic.* Porro Imperator Leo etiam castratis adoptare permisit, tanquam in solatium injuriæ aut calamitatis, quam per castrationem passi sunt. *Nov.* 26. *& seq. Leon.* Quæ constitutio & hodie usum habet apud eos, apud quos adoptio fieri solet, ut colligi potest ex iis quæ diximus ad *h. t.* Adde *Schultz. hic lit. b.*

*§. 10. Fœminæ quoque adoptare non possunt, quia nec naturales liberos in sua potestate habent:*

*sed ex indulgentia principis ad solatium liberoru[m] amißorum adoptare poßunt.*

HUic §. respondet *l. si suspecta* 29. §. *postquam* D. *de inoff. testam.* & *l.* 5. *C. h. t.* Sed ex *No[v.] Leon.* 27. non tantum mulier quæ liberos amisit, sed [et] virgo adoptare potest, quod etiam in illis locis ad[-] mittendum est, ubi adoptio viget. Rationem accip[e] ex iis, quæ diximus supra, quæ etiam confirmantu[r] *c.* 2. *Exod. c.* 7. *Actor. c.* 11. *Hebræor.*

*§.* 11. *Illud proprium est adoptionis illiu[s] quæ per sacrum oraculum fit, quod is, qui libero[s] in potestate habet, si se adrogandum dederit, no[n] solum ipse potestati adrogatoris subjicitur, sed e[-] tiam liberi ejus in ejusdem fiunt potestate tanquam nepotes. sic etenim divus Augustus non ante Ti[-] berium adoptavit, quam is Germanicum adoptas[-] set: ut protinus adoptione facta inciperet Germa[-] nicus Augusti nepos esse.*

HIc §. convenit cum *l.* 2. §. *fin. l.* 15. *pr. l.* 40. *D. h. t.* & *l. pen.* §. 2. *de bonor. poss. sec. tab.* ubi & ra[-] tio hujus propriæ observantiæ circa adrogationem redditur, junct. *l. liber. arbit.* 28. *D. h. t.* Exemplum hujus §. memoriæ quoque prodidit *Annal. Scriptor* 4. *annal.* & *Sueton. in Tiber. c.* 15. Usum applica ex præcedentibus.

*§.* 12. *Apud Catonem bene scriptum refert antiquitas, Servos, si à domino adoptati sint, ex hoc ipso posse liberari. Vnde & nos eruditi, in nostra constitutione etiam eum servum, quem do-minus actis intervenientibus filium suum nomina-verat,*

*erat, liberum esse constituimus: licet hoc ad jus lii accipiendum non sufficiat.*

HUjus loci sensus eruitur ex *l. un.* §. 10. *de latin. libert. toll. Theoph. hic. Harmenop. lib.* 1. *tit.* 18. Olim tamen servum ab alio adoptari potuisse, vide pud *Gell. lib.* 5. *c.* 19. *in fin.* Jure Canonico & Moibus nostris adscriptitium, vel etiam servum in fiium adoptari posse, dicendum videtur ex nostris ad . 10. *de nupt. & ad tot. h. t.*

## *QVIBVS MODIS IVS PATRIÆ POTESTATIS SOLVITVR.*

### TITULUS XII.

*Videamus nunc, quibus modis ii, qui alieno juri sunt subjecti, eo jure liberentur. Et quidem quemadmodum liberentur servi à potestate dominorum, ex iis intelligere possumus, quæ de servis manumittendis superius exposuimus. Hi vero, qui in potestate parentis sunt, mortuo eo, sui juris fiunt. Sed hoc distinctionem recipit. nam mortuo patre, sane omni modo filii filiæve sui juris efficiuntur. Mortuo vero avo, non omnino nepotes neptesque sui juris fiunt, sed ita, si post mortem avi in potestatem patris sui recasuri non sunt. Itaque si moriente avo pater eorum vivit, & in potestate patris sui est, tunc post obitum avi in potestate patris sui fiunt. Si vero is, quo tempore avus moritur, aut jam mortuus est, aut (per eman-*

*cipationem) exiit de potestate patris: tunc ii, qu in potestatem ejus cadere non possunt, sui juri fiunt.*

EVincitur hoc *pr.* ex variis legibus. *l.* 5. *de his qu sui vel l. si ita esset* 15. *D. quand. dies leg. ced. l* 195. *pronunciat. de V. S. l.* 10. *l.* 11. *& l.* 41. *si pater. D. de adopt. & emancip.* Cæterum quod hic dici tur, nepotes esse in potestate avi, & quandoque non recidere in potestatem patris, avo mortuo, diximus juri Divino & Moribus Belgii contrarium esse, ut videre licet in §. *ult. de pat. potest.*

*§. 1. Cum autem is, qui ob aliquod maleficium in insulam deportatur, civitatem amittit, sequitur, ut qui eo modo ex numero civium Romanorum tollitur, perinde quasi eo mortuo, desinant liberi in potestate ejus esse. Pari ratione & si is qui in potestate parentis sit, in insulam deportatus fuerit, desinit esse in potestate parentis: sed si ex indulgentia principis restituti fuerint: per omnia pristinum statum recipiunt.*

DEportatione tam patris quam filii tolli patriam potestatem, declarat itidem *l.* 1. *C. de hered. instit. l.* 17. §. 1. *de pæn. junct.* §. 2. *Inst. de pat. potest. l.* 63. §. *ult. D. pro soc. l.* 7. *de stat. hom. l.* 1. §. 8. *de bonor. poss. cont. tab.* Quod autem hic dicitur de restitutione ex indulgentia Principis, intellige de ea quæ plenissimo modo facta est. *l.* 3. *D. de sent. pass. l.* 1. 2. 3. *&* 9. *C. eod.* aut saltem de ea quæ in dubio talis præsumitur. *arg. l.* 2. *de. Const. Princip.* Moribus harum Regionum deportatis similes sunt illi, quorum bona publicata sunt, quibusque Provincia per-

[pe]rpetuo interdicta est. *Vinn. & Giphan. ad* §. 2. *h. t. [Sc]hultz. lit. a. Gail.* 2. *c.* 1. *de pac. pub. n.* 24.

*§. 2. Relegati autem patres in insulam in po[te]state liberos retinent. Et ex contrario liberi rele[ga]ti, in potestate parentum remanent.*

HUic §. convenientes leges sunt *l.* 4. *l.* 7. §. 3. *D. de interd. & relegat. Plin.* 8. *epist.* Moribus relega[ti] sunt, quibus Provincia vel Civitas interdicta est, & [vu]lgò banniti dicuntur. *Giphan. & Vinn. hic.* Præ[te]rea relegatis assimulantur damnati ad triremes, nisi [pe]rpetuo condemnati sint; quo casu magis similes [su]nt deportatis. *Christin. vol.* 5. *decis.* 52. *in fin. & [vo]l.* 4. *decis.* 186. *n.* 11. *Gudelin. lib.* 1. *c.* 13. *Grot. d. [in]trod.* 1. *part.* 6. *quibus omninò adde Baron. ad h. [t.] part. poster. & Christin. ad ll. Mechlin. tit.* 2. *art.* 3. & 9. & *tit.* 1. *art.* 1. *n.* 9. *Argentr. consult.* 1.

*§. 3. Pœnæ servus effectus, filios in potestate [h]abere desinit. Servi autem pœnæ efficiuntur, [q]ui in metallum damnantur, & qui bestiis subji[c]iuntur.*

HIc §. elucescit ex *l.* 8. §. 3. & 8. *l.* 12. *l.* 17. & 36. *D. de pœn. l.* 6. *de injust. rupt. l.* 59. *intercidit. de condit. & [d]emonst. Lucret.* 6. *Plutarch. in Crass. sub fin. Strab. [d]e metall. Hispan. Dio. lib.* 58. *Diod. Sic.* 6. Jure Novell. servitus pœnæ in ingenuis sublata videtur. *Nov.* 22. *c.* 8. Moribus nec pœna metalli nec bestia[r]um subjectio in usu est. *Bar. ad h. t. part. alt. Gi[p]han. hic.* An tamen damnati ad ultimum suppli[ci]um amittant patriam potestatem, vel testamenti factionem, vide apud *Wesemb. in parat. D. qui te[s]tam. fac. poss. n.* 13. *Schultz. ad tit. Inst. quibus non est permiss. fac. testam. & disp. nost. ad d. tit. thes. ult.*

§. 4

*§. 4. Filiusfamilias si militaverit, vel si senator, vel consul factus fuerit; remanet in potestate patris, militia enim, vel consularis dignitas de patris potestate filium non liberat. Sed ex constitutione nostra summæ Patriciatus dignitas illico, imperialibus codicillis præstitis, filium à patria potestate liberat. Quis enim patiatur patrem quidem posse per emancipationis modum potestatis suæ nexibus filium liberare: Imperatoriam autem celsitudinem non valere eum, quem sibi patrem elegit, ab aliena eximere potestate?*

SUMMARIUM.

Quid olim fuerint patricii, quibusque hodie comparentur, & quę dignitas liberet à patria potestate.

NEc militia, nec alia dignitate patriam potestatem tolli, excepta Patriciatus dignitate, apparet quoq; ex *l. filiusf.* 35. *D. de rit. nupt. l.* 3. *C. de cast. pecul. l.* 7. *C. de pat. potest.* junct. *l. ult C. de consul. Dionys. lib.* 11. Plura de patriciis videsis apud *Caßiodor. Suid. Claudian. de Eutrop.* De codicillis seu literis Principis quibus honores mandantur, consule *l. administ.* 41. *pr. de excusat. tut. l.* 12. *C. de dignit. Sueton. in Claud. c.* 29. Hodie Patriciis comparantur supremi Cõsiliarii Principis, seu principes Imperii, ut sunt de *Los grandos* in Hispania, *Paire de Françe* in Gallia & *Equites aurei velleris & S. Michaelis. Giphan. hic. Gudelin. de jure noviß. lib.* 5. *c.* 5. Jure novo omnis dignitas quæ liberat à Curia, etiam à patria potestate liberat, quoad commodum scilicet. *Nov.* 81. Quid circa hunc §. Moribus Belgii servandum sit, facile colligere est ex illis, quæ diximus ad *tit. de pat. potest.* Adde *Baron. ad h. t. part. alt. Schultz. ibid. lit. c.*

§. 5.

*§. 5. Si ab hostibus captus fuerit parens, uamvis servus hostium fiat, tamen pendet jus li- rorum propter jus postliminii: quia hi, qui ab ostibus capti sunt, si reversi fuerint, omnia pristi- a jura recipiunt. idcirco reversus etiam liberos abebit in potestate: quia postliminium fingit eum, ui captus est, in civitate semper fuisse. Si vero i decesserit, exinde, ex quo captus est pater, filius ui juris fuisse videtur. Ipse quoque filius, nepos- e, si ab hostibus captus fuerit: similiter dicimus ropter jus postliminii, jus quoque potestatis pa- entis in suspenso esse. Dictum est autem postli- ninium à limine, & post. Vnde eum, qui ab ho- tibus (captus est, &) in fines nostros postea per- venit, postliminio reversum recte dicimus. Nam imina sicut in domo finem quendam faciunt: sic & imperii finem esse limen veteres voluerunt. Hinc & limen dictum est, quasi finis quidam & erminus. ab eo postliminium dictum est, quia ad dem limen revertebatur, quod amiserat. Sed & qui captus victis hostibus recuperatur, postliminio rediisse existimatur.*

## SUMMARIA.

1. Textus confirmatio.
2. In quibus rebus hodie jus postliminii servetur?

1. QUod patre vel filio capto ab hostibus jus patriæ potestatis in suspenso fuerit, confirmatur ex *l. 5. l. 12. l. 22. §. 1. de captiv. & postlim. rev. l. 32. §. 1. de hered. inst. & l. pen. de suis & legit. hered.* Quod et- iam reversi ex captivitate omnia pristina jura rece- perint,

perint, probat *d. l. pen. d. l.* 5. 9. 10. 12. 14. 22. *de capt. & postl. l.* 9. 10. & 12. *C. eod.* Quod mutui in vinculis habiti sint pro defunctis in ipso momento captivitatis, traditum quoque est in *l.* 18. *omnib. D. de capt. & postl. & d. l. pen. de suis & legit.* Plura de postliminio vide apud *Hotom. ad h. Grot. de jur. bell. & pac. lib.* 3. *c.* 9. *Scalig. annot. Fest.* Illum etiam jure postliminii redire, qui victus hostibus recuperatur, docet itidem *l. nihil interest*

2. 26. *D. de capt. & post.* Moribus Belgii nullum jus postliminii est, quia capti in bello minime servi hostium fiunt. Vide nostra ad *tit.* 3. *de jure persona*. Adde *Antumn. in Cens. Gall. ad l.* 19. *D. ex qui caus. major. Baron. ad h. t. part. poster.* Quinimo animadvertunt Quidam, nullas res mobiles postliminio redire. *Grot. d. lib.* 3. *c.* 9. *n.* 13. *Tulden. ad tit. lib.* 2. *Inst. c.* 30. *Vinn. hic. Schultz. ibid. lit. e.* junct tamen *Christin. decis.* 186. *n.* 13. *vol.* 4.

§. 6. *Præterea emancipatione quoque desinunt liberi in potestate parentum esse, sed emancipatio antea quidem vel per antiquam legis observationem procedebat, quæ per imaginarias venditiones, & intercedentes manumissiones celebrabatur, vel ex imperiali rescripto. Nostra autem providentia etiam hoc in melius per constitutionem reformavit: ut fictione pristina explosa, recta via ad competentes judices vel magistratus, parentes intrent, & filios suos vel filias, vel nepotes, vel neptes, ac deinceps, à sua manu dimittant. Et tunc ex edicto prætoris in bonis hujusmodi filii, vel filiæ vel nepotis, vel neptis, qui quæve à parente manumissus, vel manumissa fuerit, eadē jura præstantur*

*paren*

*arenti, quæ tribuuntur patrono in bonis liberti. Et prætereà si impubes sit filius, vel filia, vel cæteri, ipse parens ex manumissione tutelam ejus ancifcitur.*

SUMMARIUM.

Qualis & quotuplex emancipatio olim, & quæ Moribus servetur.

ANtiquam legis observationem circa emancipationem filii & filiæ, scrutare ex *l. 3. de cap. minut. l. 1. de injust. rupt. & l. ult. C. de emancip. lib. Gajo lib. 1. c. 6. §. 3. Ulpian. tit. 11. Dionys. Hal. lib. 2. Brisson. lib. 1. antiq. jur. c. 11. Grot. in Flor. Spars. ad h. t.* Anastasianum, Leonianam & Justinianeam emancipationem vide *in l. pen. & ult. C. de emancipat. lib. Nov. Leon. 25. & Harmenop. 1. tit. 15.* Moribus duæ duntaxat species emancipationis in usu sunt, una quæ fit per Principem, altera per Magistratum. *Giphan. hic.* Quæ vero illa jura sint, quæ patri tribuuntur propter emancipationem filii, patrono propter manumissionem liberti, videre licet in *l. 1. & tot. tit. de bon. lib. & tot. tit. si à parent. quis manumiss. & DD. ad h. §.* De tutela patris latius ad *tit. 18. de legit. parent. tut.* Quomodo jure novo pater filio ex testamento, vel ab intestato succedat, ostendunt *Nov. 115. c. 4. & Nov. 118. c. 2.* de quibus nos latius in *lib. 2. & 3 Inst.*

*§. 7. Admonendi autem sumus, liberum arbitrium esse ei, qui filium, & ex eo nepotem vel neptem in potestate habebit: filium quidem dimittere, nepotem vero vel neptem retinere: & è converso filium quidem in potestate retinere, nepotem vel ne-*

*neptem manumittere, vel omnes sui juris effice. Eadem & de pronepote & pronepte dicta esse in telligantur.*

HÆc descripta sunt ex *l. liberum* 28. *D. de adop.* *l.* 40. *arrogat.* & *l.*41. *D. eod.* Usum hujus §. in Belgio nullum esse, indicavi *ad pr. h. t.*

*§. 8. Sed & si pater filium, quem in potestate habet, avo vel proavo naturali secundum nostras constitutiones super his habitas, in adoptionem dederit, id est, si hoc ipsum actis intervenientibus apud competentem judicem manifestaverit: præsente eo, qui adoptatur, & non contradicente, nec non eo (præsente,) qui adoptat: solvitur quidem jus potestatis patris naturalis, transit autem in hujusmodi parentem adoptivum, in cujus persona & adoptionem esse plenissimam antea diximus.*

HIc §. magna ex parte excussus & confirmatus est infra in §. 2. *Inst. de adopt.* Quod adoptans præsens esse debeat, ut & ille qui adoptatur, & non contradicens coram Magistratu, patet ex *l.* 3. & 4. *de adopt. l.* 24. *neque abs. D. eod. l.* 123. *de R. J.* Usum allegavi supra ad *d. tit. Inst. de adopt.*

*§. 9. Illud autem scire oportet, quod si nurus tua ex filio tuo conceperit, & filium postea emancipaveris, vel in adoptionem dederis, prægnante nuru tua, nihilominus quod ex ea nascitur, in potestate tua nascitur. Quod si post emancipationem vel adoptionem conceptus fuerit, patris sui emancipati, vel avi adoptivi potestati subjicitur.*

Hic

HIc §. confirmatur & illustratur ex *l.* 13. *de capt. & postl. rev. l.* 14. *de adopt.* Ratio est in *l.* 7. *& l.* ... *l.* 19. *&* 24. *D. de stat. hom.* Quis sit usus hu... §. vel me tacente colligi potest, tum ex nostris ...ecedentibus ad *h. t.* tum ad *tit. de adopt. & pat. ...est.*

§. 10. *Et quidem neque naturales liberi, ne... e adoptivi ullo pœne modo possunt cogere paren..., de potestate sua eos dimittere.*

S U M M A R I U M.

...uinam modi tollendę pa...: potestatis in Belgio usur- | pentur, & quænam singulorum ratio?

...Egulariter neminem cogi liberos suos emancipare, comprobat *l. non potest* 31. *D. de adopt. & l.* ... *C. de emancipat. lib.* Exceptiones sunt in *l. ult.* ... *si à parent. quis man. l. si lenon.* 12. *C. de Episc.* ...*d. l. si cui legat.* 92. *de condit. & demonst. l.* 32. ...*nunquam. de adopt. l.* 3. §. 6. *D. de minor.* Usus ...jus §. facilis quoque collectu est, cum ex antece...ntibus, tum mox sequuturis. Moribus Belgii tres ...odi tollendæ patriæ potestatis in usu sunt, qui in ...e Romano incogniti sunt. Primus fit per matri...onium filii, de quo dixi ad §. *ult. de pat. potest.* Se...ndus fit, si filius separatim habitet & mercaturam ...t opificium exerceat. Quo casu tacite emancipatus ...se bona sua administrare, contrahere & in judicio cō...tere potest. *Christin. vol.* 4. *decis.* 186. *Grot. d. Introd. part.* 6. *Treutl. disput.* 2. *vol.* 1. *thes.* 12. *lit. e.* Quod ...mē secus apud Frisios judicatū, refert *Joan. à Sande l. tit.* 7. *def.* 6. Tertius modus ætate contigit, quan...o filius ad annum 25. pervenit. *Gudelin. de jure no...ss. lib.* 1. *c.* 13. *in fin. Christin. d. decis.* 186. *Bus. ad*

*l.* 3. *D. de his qui ſui. Tulden. hic. c.* 2. *Vinn. ad h. Schultz. ad h. t. lit. d. Argentr. ad Conſ. Britan. a.* 500. Ratio poſterioris modi perſpicua eſt, quia re- lariter quis poſt ann. 25. idoneus eſt, ut ipſe ſua n- gotia gerere poſſit. Jam autem abſurdum eſſet, ille, cui Deus judicium dedit adminiſtrandi ſua p- pria, dependeret tamen à gubernatione & poteſt- alterius. Secundi modi ratio eſt, quia dum pa- permittit filio ſeparatim habitare & negotiari; (ma- me ſi jam per annum & diem permiſit. *Buſ. ad a* 3.) eo ipſo ſatis apparet, filium dimiſſum ex poteſ- te patris. Nec magnum hic periculum filio metue- dum eſt, quia ſi in ſuis negotiis deceptus eſt, fac- impetrabit reſtitutionem in integr. *Zyp. tit. de in- tegr. reſt. & tit. ſeq. in Notit. jur. Belg.*

## DE TUTELIS.

### TITULUS XIII.

*Tranſeamus nunc ad aliam diviſionem perſ- narum. Nam ex his perſonis : quæ in poteſta- non ſunt, quædam vel in tutela ſunt, vel in c- ratione; quædam neutro jure tenentur. Videam- ergo de his, quæ in tutela vel in curatione ſun- Ita enim intelligemus cæteras perſonas, quæ neut- jure tenentur. Ac prius deſpiciamus de his quæ in tutela ſunt.*

EAdem tranſitione utitur *Ulpian. tit.* 12. *Gaj. ti.* 7. *lib.* 1. Rationem vide apud *Giphan hic. &. in n- ſtr. ad pr. tit.* 8. *de his qui ſui vel alien.*

*§.* 1 *Eſt autem tutela (ut Servius definivit*

*vi*

*ac potestas in capite libero ad tuendum eum, propter ætatem se defendere nequit, jure civi-lata ac permissa.*

HÆc definitio totidem verbis refertur in *pr.l.1.D. de tutel.* cujus lectionem probant omnes libri ve-es,teste *Giphan.hic.* Triplex autem divisio Tutelæ æ hic in verbis finalibus definitionis significatur,& .*q.*1.*c.generaliter.* bimembris proponitur ab *Ulp.d.* .12. *Gaj. d. tit.* 7.quod non est infrequens in jure omano, ut demonstravi ad *tit.*2.*hujus lib.* 1. Aliter *phan.ad h.*§.

*§. 2. Tutores autem sunt qui eam vim ac po-statem habent, exque ipsa re nomen acceperunt. aque appellantur tutores, quasi tuitores atque de-nsores: sicut æditui dicuntur, qui ædes tuentur.*

Hic quoque §. desumptus est ex *d. l.* 1. §. 1. *h. t.* cujus sensum expressit *Cic. de offic.* 1. De ædi-uis vide *Gell.* 12. *c.* 10. Sed notandum, infirmum dmodum esse argumentum, quod à notatione seu tymologia nominis sumitur.Quare & per ἀντίφρασιν roh dolor! sæpe dicere licet, ideo vocari tutores, uia minime tuitores sunt; quod etiam conquestus st *Balduin. hic.* Facit huc *c.* 22. *Exod. c.* 23. *Prov.* . 14. & 24. *Deut. Jacob.* 1.27. *Joan.* 14.

*§. 3. Permissum est itaque parentibus, libe-is impuberibus, quos in potestate habent, testa-mento tutores dare. Et hoc in filios, filiasque procedit omnimodo. nepotibus vero neptibusque ita demum parentes possunt testamento tutores da-re, si post mortem eorum in potestatem patris sui*

*non ſunt recaſuri. Itaque ſi filius tuus mortis t*
*tempore in poteſtate tua ſit, nepotes ex eo non p*
*terunt (ex) teſtamento tuo tutores habere, quam*
*vis in poteſtate tua fuerint: ſcilicet quia mortuo*
*in poteſtatem patris ſui recaſuri ſunt.*

SUMMARIUM.

Qui & quomodo parentes, & | extranei tutores dari poſſint

Hic textus confirmationem & lumen accipit ex l. 1. *de teſtam. tut. l.* 1. *de confirm. tut. l.* 12 *verb. leg. D. de V S. & l.* 73. §. 1. *de R. I.* Moribu Belgii Parentes libris ſuis impuberibus poſſe tutore ſeu curatores dare, non ſolum in teſtamento, ſed etiar codicillis & ab inteſtato, quoties ſcilicet aliquid e bonis parentum liberis relictum eſt, manifeſte con ſtat. Quinimo cuilibet extraneo idem in poſito ca ſu concedendum videtur, quod domino libera de beat eſſe poteſtas diſponendi ſuper bonis ſuis. *Matth.* 20. *v.* 15. *Luc.* 12. *v.* 42. *Galat.* 4. & *l. in re mand.* 21. *C. mandat.* Sed quid, ſi pater filio nulla bona reliquit? dixerim, tutorem tamen datum à Magiſtratu confirmandum eſſe, quia ex affectu & ductu pietatis datum præſumitur. *arg. l. Aurel.* 28. §. 3. *verſ. præſumpt. D. de lib. legat. & l. cum furios.* 7. *C. de curat. furios. junct. l.* 1. *C. de SS. Eccleſ. Baron. ad. h. t. part. poſter. ad pr. tit. præced.*

§. 4. *Cum autem in compluribus aliis cauſis poſthumi pro jam natis habeantur, & in hac cauſa placuit non minus poſthumis, quam jam natis teſtamento tutores dari poſſe: ſi modo in ea cauſa ſint, ut ſi vivis parentibus naſcerentur, ſui (heredes,) & in poteſtate eorum fierent.*

Pro-

Probatio & ratio hujus §. elicitur ex *l.* 1. §. 1. *l.* 19. §. 2. *D. de testam. tut. l.* 73. §. 1. *de R.* . junct. *l.* . *de stat. hom.* & *l. quod dicimus* 231. *de V I.* Mo-bus hic §. procedit omnimodo, quia sequimur sim-ex jus gentium, quod jubet, voluntatem testatoris, ui super bonis suis administratorem, vel propria rne & sanguine, id est liberis tutorem dedit, ser-ndam esse. Quare fictio juris Romani qua fingitur osthumus jam natus (si de tutore ei dando agitur) inus necessaria est; imo non multum distat ab ab-rditate & mendacio.

*§. 5. Sed & si emancipato filio tutor à patre atus fuerit testamento: confirmandus est ex sen-ntia præsidis omni modo, id est, sine inquisitione.*

SUMMARIUM.

Hodie tutores filiis eman-ipatis dari, sed cum inquisi-tione.

Hujus §. confirmatio resultat ex *l.* 1. & 6. *D. de confirm. tut.* & *l.* 1. *C. eod.* Ratio est in *d. l.* 7. *um furios. C. de curat. furios.* Moribus Belgii o-nnes tutores sive curatores filiis emancipatis dati enſentur, sed confirmatur cum inquisitione. Quan-quam enim Camera pupillaris in testamento exclusa st, tamen magistratus ejus ex officio in testamen-arios tutores inquirit. Quod sane pie fit, aut sal-em fieri debet, & graviter à Deo præceptum est, ut passim cum in Veteri, tum in novo Testamento le-gimus. Adde *Baron. ad tit.* 20. *de Attil. tut. part. poster Christin. decis.* 146. *vol.* 3. ubi & mores Gal-liæ allegat.

## *QVI TESTAMENTO TVTORES DARI POSSUNT.*

### TITULUS XIV.

*Dari autem tutor potest testamento non soli paterfamilias, sed etiam filiusfamilias.*

Hæc confirmantur & illustrantur ex *l. si filiussfam. D. de tutel. & l. Luc. Tit.* 21. *D. de adm. tu* Ratio est, quia tutela munus publicum est. *pr. In de excus. tut.* in quo filiusf. loco patrisfam. habet *l. filiusf.* 9. *D. de his qui sui vel. alien.* Moribus B gii hæc extra aleam dubitandi observantur; quia v apud nos reperiuntur filiifam. aut si reperiuntur, t men nulla hic ratio dubitandi, vel fictio locum hab ret. Vide nostra *ad §. 4. tit. anteced.*

*§. 1. Sed & servus proprius testameto cum libe tate recte tutor dari potest. Sed sciendum est eum sine libertate tutorem datum, tacite libertatem di ctam accepisse videri, & per hoc recte tutorem ess Plane si per errorem, quasi liber, tutor datus sit, al ud dicendum est. Servus autem alienus pure inut liter testameto datur tutor, sed ita,* cum liber eri *utiliter datur : proprius autem servus inutiliter modo tutor datur.*

Servum proprium testamento tutorem datum co sequi libertatem directam, evincitur quoque ex *qui tutel.* 28. §. 1. & *l. quæro* 32. §. *ult. de testam tut.* Quod hic dicitur de servo, quem testator libe rum putavit, id responsum est in *l.* 22. *si quis D. eod* Quod vero de servo extraneo hic ponitur, confirma tur & illustratur ex *l. si hæreditas* 10. §. *ult. D. ibid*

junct

[...]nct. *disp. nost. ad h. t.* Quod denique de servo pro[...]io in facie hujus §. dicitur, innuitur itidem in *l.* 22. [...]*ia ratio D. de condit. inst. junct. l.* 3. *de R. J.* U[...]m hujus §. collige ex nostris ad *tit.* 3. *& seqq. hoc* [...]. I.

*§. 2. Furiosus, vel minor vigintiquinq; annis* [...]*tor testamento datus, tutor tunc erit, cum com*[...]*s mentis, aut major vigintiquinque annis fuerit* [...]*ctus.*

Hic locus confirmatur ex *l. furios.* 11. *de tut. & d. l.* 10. §. 2. *D. de testam. tut. & l. quæro* 32. §. [...]*t. D. eod.* Cur Moribus nostris hic §. servandus sit, [...]paret ex iis quæ diximus ad §. 3. & 4. *Tit. præced.*

*§. 3. Ad certum tempus, vel ex certo tem*[...]*re, vel sub conditione, vel ante hæredis insti*[...]*tionem posse dari tutorem, non dubitatur.*

HIc §. concordat cum *l. tutor* 8. §. 2 *l.* 11. *pr. D. de testam. tut. &* §. 34. *Inst. de legat.* Moribus [...]æc absque scrupulo quoque servari, certum est. [...]atio allegata in §. præcedenti est. Facit huc *c.* 4. [...]*alat. v.* 2.

*§. 4. Certæ autem rei vel causæ tutor dari non* [...]*otest: quia personæ, non causæ vel rei (tutor) da*[...]*ur.*

Hic §. consutus videtur ex *l. certar.* 12. *& trib. seqq. D. de testam. tut.* Exceptio quæ etiam [...]egulam confirmat, traditur in *l. si tamen* 15. *D* [...]*l. tit.* Rationem vide in confirmatione §. 17. *Inst.* [...]*le excusat.* Apud Belgas hæc scrupulosa differen-

ta inter tutorem & curatorem non ſervatur, ſed p[o]teſt tutor vel curator ad certam rem vel cauſam dar[i] vel à magiſtratu, vel teſtamento. *Grot. d. Intro lib.* 1. *part.* 7. *Vinn. hic Lamb. Gor. tract.* 4. §. 1. Quo facit *d. c.* 4. *v.* 2. *Galat.*

*§. 5. Si quis filiabus ſuis vel filiis tutores deder[it] etiam poſthumæ (vel poſthumo) dediſſe videtur: qu[ia] filii vel filiæ appellatione & poſthumus & poſthu[ma] continentur. Quod ſi nepotes ſint, an appella[tione] filiorum & ipſis tutores dati ſint? Dicendu[m] eſt, ut & ipſis quoque dari videantur, ſi modo libe[ros] dixerit. Cæterum ſi filios, non continebuntur, a[liter] enim filii, aliter nepotes appellantur. Pla[ne] ſi poſteris dederit: tam filii poſthumi, quam cæ[teri] liberi continebuntur.*

Hæc conſtitutio deſcripta eſt ex *l. ſi quis* 5. *& ſeq. D. de teſtam. tut.* quibus robur & lucem adjicit *l. nomen* 164. *de V. S. & l. liberor.* 220. *D. eod.* Moribus Belgarum & hæc ſervari, affirmare vix neceſſum eſt. Ratio eſt in ſimplici & veriſimili explicatione verborum teſtatoris. Quando vox Belgica **kindt ofte kinderen**, nepotes deſignet in hereditatibus, fideicomiſſis & legatis relictis, vide apud *Joan. à Sande lib.* 4. *tit.* 5. *def.* 10. *Jacob. Coren. cons.* 14. *Decker. lib.* 2. *diſſ.* 11.

*DE*

## DE LEGITIMA ADGNATO-RUM TUTELA.

### TITULUS. XV.

*Quibus autem testamento tutor datus non est:*
*is ex lege duodecim tabularum adgnati sunt tu-*
*res, qui vocantur legitimi.*

egitimos & dativos tutores cedere testamentariis,
indicat etiam *l. si quis* 11. *pr. de testam. tut. l.* 9.
1. *de tut. & rat. distrah.* quod Mores Belgii se-
uuntur. Solos autem adgnatos olim tutores legiti-
os fuisse, demonstrat itidem *l.* 1. *& l. legitimos* 5.
*). de legit. tut. Ulpinian. d. tit.* 12. *de tut.*

*§. 1. Sunt autem adgnati, (cognati) per vi-*
*ilis sexus cognationem conjuncti, quasi à patre*
*ognati: veluti frater (ex) eodem patre natus, fra-*
*ris filius neposve ex eo: item patruus, & patrui*
*ilius neposve ex eo. Atqui per fœminini sexus*
*ersonas cognatione junguntur, adgnati non sunt,*
*ed alias naturali jure cognati, Itaque amitæ tuæ*
*ilius non est tibi adgnatus: & invicem tu illi eo-*
*dem jure conjungeris: quia qui (ex ea) nascuntur,*
*patris non matris familiam sequuntur.*

Principium hujus §. desumptum est ex *l. sunt autem.* 7. *D. h. t.* Quinam vero cognati & quomodo sint, vide in *l.* 4. §. 2. *l. ult.*, §. 1. & 2. *D. de grad. & aff.* junct. §. *ult. de pat. post.* Belgico more in plerisque locis cognati denotantur appellatione: circu mscriptiva puta **bloet-vrienden van moeders zijde**; agnati, **bloet-vrienden van vaders zijde.** Quomodo

modo apud Hollandos appellentur, vide apud *Vinn. ad h.* §.

*§. 2. Quod autem (lex duodecim tabularum) ab intestato vocat ad tutelam adgnatos: non hanc habet significationem, si omnino non fecerit testamentum is, qui poterat tutores dare: sed si quantum ad tutelam pertinet, intestatus decesserit, quod tunc quoque accidere intelligitur, cum is, qui datus est tutor, vivo testatore decesserit.*

SUMMARIA.

1. Differentiam agnatorum & cognatorum hic sublatam esse, & hoc Moribus recte servari.

2. Moribus tutelæ legitimæ nullum fere usum esse.

HIc §. confirmatur ex *l. 6. intestato. D. h. t. & l. si quis* 11. §. *pen. & ult. D. de testam. tut.* Verum jure Novo differentia hac in parte, ut & in suc-
1. cess. ab intest. inter agnatos & cognatos sublata, solus cognatus gradu proximior, vel cognatus cum agnatis ad tutelam legitimam vocatur. *Nov.* 118. *c.* 4. & 5. quod Mores Belgii sequuntur. *Zyp. in Notit. jur. Belg. tit. de tutor.* Ratio est in vinculo sanguinis, quod trito Proverbio confirmatur: **Die naest is in't bloet/ is naest in't goet**/ & per consequens tu-
2. tor. *Tit.* 17. *h. lib.* 1. An ergo male Solon statuit, ne futurus heres pupilli sit tutor ejus. Aff. per rationem allegatam. Diss. *Alexand. ab Alexand. lib.* 6. *c.* 10. *genial. dier.*

*§. 3. Sed adgnationis quidem jus omnibus modis capitis deminutione plerumque perimitur, nam adgnatio juris (civilis) nomen est, cognationis vero jus non omnibus modis commutatur: quia civi-*

*Civilis ratio civilia quidem jura corrumpere potest, naturalia vero non utique.*

Solam adgnationem, non etiam cognationem capitis deminutione tolli, responsum quoque est in *l.* 2. *&* 7. *D. de capit. minut. & l.* 5. *legit.* §. *ult. h. t.* Sed non semper tamen. *d.* §. *nost. & l. frater* 4. *C. de legit. tut.* ad quam hic Justin. respexisse videtur. Alii plures alias exceptiones hic addunt, de quibus non est, quod simus solliciti, propter *d. Nov.* 118. *c.* 4. *&* 5. Jus cognationis non omnibus modis mutari posse, dixi ad §. *pen. Inst. de jure nat. gent. & civil.* & dicam latius in §. 6. *tit. seq.* Moribus tutelæ legitimæ vix aliquis usus est, nisi inter Proceres & Nobiles, qui tamen à Magistratu adprobandi sunt. *Giphan. ad h. t. Bar. & Schultz. ibid.* junct. *Bus. ad h.t.* Sed in plerisque locis Belgii proximi consanguinei defuncti ad Magistratum pupillarem deferre tenentur, testatorem cognatum mortuum esse, nullo scilcet tutore dato liberis impuberibus. *Zyp. in Notit. jur. Belg. tit. de tut. Christin. vol.* 3. *decis.* 147. *Grot. d. Introd. ad jurisp. Holl. part.* 7. *lib.* 1. *Vinn. hic.* Sed utinam ad hoc tenerentur sub gravi pœna, ne pupilli destituantur curatoribus, quos Deus pupillis, passim dari jubet.

## *DE CAPITIS DEMINVTIONE.*

### TITULUS XVI.

*Est autem capitis deminutio, status mutatio. Eaque tribus modis accidit. Nam aut maxima est capitis deminutio, aut minor (quam quidam mediam vocant) aut minima.*

EAdem capitis deminutionis definitio & divis. traditur in *l. 1. & l. ult. D. de capit. minut.* Ulpian. *d. tit.* 12. §. 9. *Terent. in Eunuch.* Alii JCti veteres duntaxat duo genera capitis deminutionis constituunt, magnam scilicet & minorem; sed sub magna tunc comprehendunt vel maximam tantum vel maximam & mediam simul. *l. 1. §. si fil.* 4. *D. de suis & legit. hered. l. 1. de usuf. leg. l. 1. §. 8. D. ad SCt. Tertull. l. 5. §. ult. de extraord. cognit.* Quæ revocatio trimembris distributionis ad bimembrem in jure nostro nova non est, ut dixi ad §. 1. *tit. Inst. de tut.*

§. 1. *Maxima capitis deminutio est, cum aliquis simul & civitatem & libertatem amittit, quod accidit in his, qui servi pœnæ efficiuntur atrocitate sententias: vel libertis ut ingratis erga patronos condemnatus: (vel his,) qui se ad pretium participandum venundari passi sunt.*

HÆc maximæ capitis deminutionis descriptio extat quoque in *d. l. ult. D. h. t.* De servis pœnæ dixi ad §. 3. *Inst. quib. mod. jus pat. potest.* De illis qui se venundari passi sunt, vide nostra ad §. 4. *tit.* 3. *Inst. Lib.* 1. De libertis ingratis in servitutem revocatis, vide *tot. tit. C. de libert. & liber. eor. & Sueton. in vita Claud. c.* 25. De varia hujus §. lectione consule *Giphan. hic.*

§. 2. *Minor, sive media capitis deminutio est, cum civitas quidem amittitur, libertas vero retinetur, quod accidit ei, cui aqua & igni interdictum fuerit; vel ei, qui in Insulam deportatus est.*

Hæc

HÆc etiam definitio proponitur in *d. l. ult. D. h. t.* Quid olim fuerit interdictio aquæ & ignis, & quomodo deportatio in locum ejus successerit, videre est *in l. 2. §. 1. & l. 17. §. 1. D. de. pœn. l. 6. de interd. & releg. Lactant. lib. 2. Inst. c. 10. Salust. in Catil. Cic. pro Cæcin. pro domo, pro Corn. Balb. & DD. ad h. §.*

*§. 3. Minima capitis deminutio est, cum civitas retinetur & libertas, sed status hominis commutatur: quod accidit in his, qui cum sui juris fuerint, cœperunt alieno juri subjecti esse, vel contra, (veluti si filius familias à patre emancipatus fuerit, est capite deminutus.)*

INvenitur & hæc definitio in *d. l. ult. D. de cap. minut.* Exemplum autem huic §. subnexum abest à libris manuscriptis, teste *Giphan. hic.* Interim tamen certum est, minimam capitis deminutionem fieri & in emancipatione & in adoptione. *l. 3. §. 1. D. eod. & l. pen. § 2. D. de bon. poss. sec. tab.* Quid Moribus circa has species capitis deminutionis introductum sit, videre licet in *tit. Inst. quib. mod. jus pat. potest.*

*§. 4. Servus autem manumissus, capite non minuitur: quia nullum caput habuit.*

HIc §. colligitur ex *l. 3. in fin. D. h. t. & l. Sempron. 26. D. de usu & usuf. leg.*

*§. 5. Quibus autem dignitas magis, quam status permutatur, capite non minuntur: & ideo à senatu motos capite non minui constat.*

HIc locus confirmatur per *l. 3. senator. D. de Senat. & l. pen. de extraord. cognit.* Moribus nomina digni-

dignitatum semper manent, nisi ex causa ignominiosa remotio facta sit, quod & juri Civili conveniens videtur. *arg. l. 2. §. 1. D. de decurion.*

*§. 6. Quod autem dictum est, manere cognationis jus etiam post capitis deminutionem, hoc ita est, si minima capitis deminutio interveniat: manet enim cognatio, nam si maxima capitis deminutio interveniat, jus quoque cognationis perit: ut puta servitute alicujus cognati: & nequidem si manumissus fuerit, recipit cognationem. Sed & si in insulam quis deportatus sit, cognatio solvitur.*

JUs sive effectum cognationis interdum ob fortiorem rationem perire, sive impediri posse, testantur quoq; *l. 7. is qui D. adde cognat. l. 2. ad SCt. Trebell. l. 21. D. de stat. hom. l. 17. de pœn. DD. ad h. §. & l. 8. de R. J.* Vide omnino nostra *ad §. pen. Inst. de jure. nat. gent. & civil.* Porro, nec quidem manumissione restitui cognationem, docet etiam *l. 1. §. 2. & d. l. 7.* nisi à Principe restitutio facta sit. *l. 1. §. 4. D. ad SCt. Tertull. l. 1. §. ult. de bonor. poss. cont. tab* junct. *§. 1. tit. 12. supra.* Cujus conditionis servi manumissi jure novo sint, dixi ad *§. ult. Inst. de libertin.* ubi & usum hujus §. notare licet.

*§. 7. Quum autem ad adgnatos, tutela pertineat, non simul ad omnes pertinet, sed ad eos tantum, qui proximiores gradu sunt: vel si plures ejusdem gradus sunt, ad omnes (pertinet: veluti si plures fratres sunt, qui unum gradum obtinent, pariter ad tutelam vocantur.)*

HIc §. descriptus videtur ex *l. si plures 9. D. de leg. tut.* Sed jure novo cognati vocantur proximiores, & ne administratio in plures divisa negligentius geat, unus è multis eligitur, qui tamen periculo omnium administrat. *Nov.* 118. Quid Moribus Belgi hic observandum sit, dixi *ad tit. præced.*

# DE LEGITIMA PATRONORUM TUTELA.

## TITULUS XVII.

*Ex eadem lege duodecim tabularum, libertorum & libertarum tutela ad patronos liberosque eorum pertinet, quæ & ipsa legitima tutela vocatur: non quia nominatim (in) ea lege de hac tutela caveatur, sed quia perinde accepta est per interpretationem, ac si verbis legis introducta esset. Eo enim ipso, quod hereditas libertorum libertarumque, si intestati decessissent, jusserat lex ad patronos liberosve eorum pertinere; crediderunt veteres voluisse legem etiam tutelas ad eos pertinere: cum & adgnatos, quos ad hæreditatem (lex) vocat, eosdem & tutores esse jusserit, quia plerumque ubi successionis est emolumentum, ibi & tutelæ onus esse debet. Ideo autem diximus plerumque, quia si à fœmina impubes manumittatur, ipsa adhereditatem vocatur, quum alius sit tutor.*

SUMMA-

SUMMARIUM.

Quando & quomodo mater jure Novo & Moribus Belgii tutrix esse possit.

QUod servis impuberibus manumissis patronu fiat tutor legitimus, docet præter hunc §. *l.* 1. & 3. *D. de legit. tut.* junct. *l.* 6. §. 1. *de V. S. Ulpian. a tit.* 12. §. 2. *& l. quo tutela* 73. *de R. J.* Cæterum hæc regula (ubi successionis est emolumentum, ibi & tutelæ onus esse debet) patitur exceptionem in minore 25. ann. & muliere. *l. ult. C. de legit. tut. & d l.* 73. *& l.* 1. §. 1. *D. de legit. tut.* Ratio in muliere est in *l.* 2. *D. de R. J.* Jure novo propter maternum affectum concessum est matri & aviæ, ut possint esse tutrices si velint, modo renunciaverint secundis nuptiis & SCto Vellejano. *Nov.* 118. *c.* 5. *& Auth. matri & av. C. quand. mul. tut. offic.* Sed istæ renũciationes in Belgio in usu non sunt, quanquã tamen matres tutrices sine omni exceptione obligẽtur, & contractis secundis nuptiis ipso jure tutelam perdant. *Bus. ad l.* 1. *D. de legit. tut. & Zyp. tit. de tutor. & Christin. ad ll. Mechlin. tit.* 19. *art.* 1. *n.* 22. *Lamb. Gor Adversar. tract.* 4. §. 15. Uberiorem usum hujus §. videre est apud eund. *Bus. d. loc. Schultz. h. t. & tit.* 15. *sup. lit. b. & Nos in titt. præcedentib.*

## *DE LEGITIMA PARENTUM TUTELA.*

### TITULUS. XVIII.

*Exemplo patronorum recepta est & alia tutela, quæ & ipsa legitima vocatur, nam si quis filium aut filiam, nepotem aut neptẽ ex filio, & deinceps impube-*

*puberes emancipaverit, legitime eorum tutor sit.*

HÆc confirmantur *d.l.* 3. *§. ult. D. de legit. tut. l. ult. C. de emancip. lib. & l.* 5. *C. de dol.mal.* Jure novo pater tanquam proximior cognatus tutor legitimus esset. *d. Nov.* 118. *c.* 4. & 5. Quomodo & quando jure veteri pro patrono habebatur, videsis apud *Ulpian.d.tit.*12.*§.*4.*& tot.tit.D si à parent.quis manum & ibi Pac.Isagog.* Usum advertere ex nostris *d §.6.& ult. Inst.quib.mod.jus pat. & Enchirid. Invert.jur.Gall. lit.t.*

## DE FIDVCIARIA TVTELA.

### TITULUS. XIX.

*Est & alia tutela, quæ fiduciaria appellatur, nam si pater filium, vel filiam, nepotem, vel neptem, vel deinceps impuberes manumiserit: legitimam nanciscitur eorum tutelam. Quo defuncto, si liberi (ejus) virilis sexus existant, fiduciarii tutores vel fratris, vel sororis efficiuntur. Atqui patrono legitimo tutore mortuo, liberi quoque ejus legitimi sunt tutores: quoniam filius quidem defuncti, si non esset à vivo patre emancipatus, post obitum ejus sui juris efficeretur, nec in fratrum potestatem recideret, ideoque nec in tutelam. Libertus autem, si servus mansisset, utiq; eodē jure apud liberos post mortē ejus futurus eßet. Ita tamen hi ad tutelam vocantur, si perfectæ sint ætatis, quod nostra constitutio in omnibus tutelis &*

*curationibus observari generaliter præcepit.*

SUMMARIUM.

Varia textus lectio & expla- | natio.

PRior *hujus tit.* pars confirmatur per *l.3.§.fin. & seqq.D.de legitim.tut.* Sed quod reliquam pa tem attinet, à verſ. *Atqui Patrono*, &c. uſque a verſ. *Ita tamē* &c. eam ſpuriam & ab imperito aliqu Gloſſatore inſertam putat *Hotom.hic.* propter *§.ul tit.15.de legit.agnat.tut.* Alii vero dicunt, Trib nianum hic loqui de jure veteri,& nec hic, nec in §.3.*tit.*15.cogitaſſe de conſtitut. Anaſtaſii in *l.* 4. *C de legit.tut.* Sed hæc, ut aliena ab animadverſi ne noſtra, leviter duntaxat attingo, maxime quod ne jure novo, nec Moribus uſum habeant. *d. Nov.* 11 *& noſtr.ad d.tit.*15. Quod omnes tutores, antequar ad tutelam adminiſtrandam admittantur, legitim ſeu perſectæ ætatis eſſe debeant, id eſt, majores 2 ann. monet itidem *l.*4. *&* 8.*de legit.tut.l.*1.*§.*2.*de m nor.& l.ult.C.de legit. tut.* quæ hic indicatur in *fi* Sed accipienda eſt generaliter ex generali ratione Nam revera tantum de legitimis & dativis tutelis lo quitur. Dici etiam poteſt, Tribonianum hic loqu à parte principaliori, ut ſæpe alibi; vel per dativos tu tores in *d.l.ult.* etiam teſtamētarios intelligi. Vide no ſtra ad §.13.*tit.Inſt.de excuſat.tutor.* Moribus nō ſo lum ætate major, ſed etiam aliis novis modis (de qu bus ſupra) major factus, tutor eſſe poteſt. *Schultz.a tit.*14.*Inſt.qui teſtam.tut.*

*D* I

# DE ATTILIANO TVTORE ET EO QUI LEGE JULIA ET TITIA DABATUR.

## TITULUS XX.

*Si cui nullus omnino tutor fuerat, ei dabatur in urbe quidem à prætore urbano, & majore parte tribunorum plebis tutor ex lege Attilia: in provinciis vero à præsidibus provinciarum ex lege Iulia & Titia.*

HOc principium confirmatur & illustratur ex *l. si quis* 11. *D. de testam. tut. Ulpian. d. tit.* 12. §. 7. *Liv. lib.* 3. & 39. *Dionys. lib.* 6. & 10. Hi tutores vulgo dativi vocantur. *l.* 7. *dativ. D. rem pup. salv. or. l. ult. C. de legit. tut.* Moribus Belgii **ghekoosen vooghden** appellantur.

*§. 1. Sed & si in testamento tutor sub conditione, aut ex die certo datus fuerat, quamdiu conditio aut dies pendebat, ex eisdem legibus tutor dari poterat. Item si pure datus fuerat, quamdiu ex testamento nemo heres existebat, tamdiu ex eisdem legibus tutor petendus erat: qui desinebat esse tutor si conditio extiterat aut dies venerat, aut heres extiterat.*

HIc §. ex ead. *l.* 11. originem & confirmationem trahit, & ex *l.* 10. *si heredit. D. eod. junct. l.* 9. & *l.* 26. §. *ult.* & *l. seq. D. ibid.* Atque hunc §. apud Belgas quoque usum habere, quilibet ex ipsa rei æ-

quitate animadvertere potest.

*§. 2. Ab hostibus quoque tutore capto, ex hi legibus tutor petebatur., qui desinebat esse tutor si is qui captus erat, in civitatem reversus fuerat nam reversus recipiebat tutelam jure postliminii.*

HIc §. coincidit cum *l. 1. §. 2. de legit. tut.* junct. *cum in una 17. §. 1. de appell.* Moribus qu dem jus postliminii in usu non est, sed tutore ta men capto ab hostibus, interim dari alium à magi stratu, certum est.

*§. 3. Sed ex his legibus tutores pupillis desie runt dari, posteaquam primo consules pupillis u triusque sexus tutores ex inquisitione dare cœpe runt, deinde prætores ex constitutionibus. Nam supradictis legibus neque de cautione à tutoribu exigenda, rem salvam pupillis fore: neque de com pellendis tutoribus ad tutelæ administrationem quidquam cavebatur.*

HÆc peti & explicari possunt ex *l. 1. §. 1. de con firm. tut. Sueton in Claud. Capitolin. in Marc Ant. philosoph.* ubi & postea Prætores tutelares dato meminit. Adde *l. 1. C. de tut. illustr. l. 3. & 4. C Theod. de tut.* De cautione tutorum dicam ad *tit. 24 h. Lib. 1.* Modus autem compellendi tutores fit ve mulctæ indictione, vel captis pignoribus, vel missio ne in possession. bonor. *l. 1. & l. 5. §. 1. D. de adm. tut. junct. l. 3. C. de susp. tut. l. si quis 9. de mun. & hon. l. 1. §. 3. de insp. vent. l. 9. §. fin. D. ad l. Jul. pecul. l. 5. pr. ut. in poss. legat.* Moribus Belgii cogi solent by ghyselinghe. *Vinn. hic.*

Sed

§. 4. *Sed hoc jure utimur, ut Romæ quidem* [p]*ræfectus urbi, vel prætor secundum suam juris*[d]*ictionem, in provinciis autem præsides ex inqui*[si]*tione tutores crearent, vel magistratus jussu* [p]*ræsidum, si non sint magnæ pupulli facultates.*

SUMMARIUM.

[1] Moribus Belgii tutoris da[ti]onem jure Jurisdictionis competere.

[P]Rimum membrum *hujus* §. de Præfecto urbi & [1] Prætore cõfirmatur ex *l. Tit.45.§.Romæ D.de ex*[c]*usat. & d. l. 1. C. de tut. illustr. l. 2. C. quand. mul.* [t]*ut. off. junct. l. 1. pr. D. de offic. præf. urb. Grach. 2.* [d]*e comit. 2.* Secundum membrum de præsidibus [e]orumque legatis, eruitur ex *l. 1. 5. 8. & 27. D. de* [t]*ut. & cur. dat. l. 5. & seq. C. eod.* Magistratum [a]utem municipalem jussu Præsidum (id est moni[t]ione. *l. 1. §. 6. de magist. conven.*) dedisse tutores, ap[p]aret etiam ex *l. 3. l. 19. §. 1. l. 24. l. ult. D. de tut. &* [c]*ur. dat. l. 5. de confirm. tut. l. 1. §. 2. & 3. l. 2. de* [m]*agist. conv. l. 1. 3. & 5. C. eod.* Moribus Belgii tu[t]elæ datio vi jurisdictionis competit. Adde *Schneid.* [&] *Vultej. hic. Schultz. ad h. t. lit. a. & disp. nost. ad h. §.* Ideoque magistratus municipalis sine admonitione superiorum tutores constituere potest. *Bus. ad l. 6. de tutel. Treutl. disp. 8. vol. 2. thes. 4. lit. a.*

§. 5. *Nos autem per constitutionem nostram hujusmodi difficultates hominum resecãtes: nec expectata jussione præsidum, disposuimus, si facultates pupilli vel adulti usque ad quingentos solidos valeant, defensores civitatum una cum ejusdem civitatis religiosissimo antistite, vel alias publicas*

per-

*personas, id est, magistratus, vel juridicum Alexandrinæ civitatis, tutores vel curatores creare legitima cautela secundum ejusdem constitutioni normam præstanda, videlicet eorum periculo, qui eam accipiunt.*

HÆc cõstitutio exstat in *l. sancimus* 30. *C. de Episc. aud.* cui convenit *Nov.* 15. *& Theoph. hic.* Quid hic intelligatur per solidum, dicturi sumus *ad* §. 2. *de Inst. de donat.* De satisdatione & periculo magistratuum qui cautionem accipiunt, latius ad *tit.* 24. *de satisd. tut.* Moribus Belgii tutores dativos magistratus pupillaris, vel ubi ille non est, ordinarius constituere solet. Vide tamen *Zyp. d. tract. tit. de tut. & Giphan. ad* §. 4. *&* 5. *h. t.* Imo ex officio potest & debet, teste *Bus. ad l.* 1. *D. de tut. & curat. dat.*

*§. 6. Impuberes autem in tutela esse naturali juri conveniens est, ut is, qui perfectæ ætatis non sit, alterius tutela regatur.*

HUjus §. veritas per se manifesta exprimitur quoque in *l.* 1. *D. de minor. Cic.* 1. *de offic. Arist.* 1. *polit.* ejus vestigia & præcepta extant *Exod.* 22. *Proverb* 14. *Iacob.* 1. 27. *Ioan.* 14. *& passim in sacro Codice.*

*§. 7. Quum ergo pupillorum pupillarumque tutores negotia gerant, post pubertatem tutelæ judicio rationem reddunt.*

HIc §. comprobatur ex *l.* 4. *&* 9. §. 4. *D. de tut. & rat. distrah.* ubi etiam rationem Ulpianus addit, obquam nec curator durante administratione curæ utili actione tutelæ vel negot. gestor. conveniri potest. *l.* 2. *l. ration.* 14. *C. de adm. tut.* Sed illa ra

tione

one ut subtilitate quadā superhabita, Mores Belgi um majore securitate pupillorum singulis annis red. tionem rationum administrationis requirunt. *Zyp. tit. de tutor. Vinn. ad h. §.* quibus adde *Schultz. & chneid. ibid. Baron. ad h.t. part. poster. Gudelin. de ju- e noviss. lib. 1. c. fin. in fin.*

## *DE AVCTORITATE TVTORUM.*

### TITULUS XXI.

*Auctoritas autem tutoris in quibusdam causis ecessaria pupillis est, in quibusdam non est neces- aria, ut ecce si quid dari sibi stipulentur, non est ecessaria tutoris auctoritas: quod si aliis promittāt upilli, necessaria est tutoris auctoritas. Namque lacuit meliorem quidem conditionem licere eis fa- ere etiam sine turoris auctoritate: deteriorem ve- o non aliter quam (cum) tutoris auctoritate. Vnde n his causis ex quibus obligationes mutuæ nascun- ur, ut in emptionibus, venditionibus, locationi- bus, conductionibus, mandatis, depositis, si tutoris uctoritas non interveniat: ipsi quidem, qui cum his ontrahunt, obligantur: ac invicem pupilli non ob- ligantur.*

SUMMARIUM.

Qui & quando pupillus obligetur, & quid hic Moribus Belgii servetur.

QUod pupillus stipulando & per traditionem sibi adquirere possit etiam absque tutoris auctorita-

te, non vero alienare, nisi tutore auctore, docet etia evidenter *l.5.& l.9.obligat. D.de auct.tut l.contra 2 d. pact. & l. 11. pupill. D. de adq. rer. dom.* In contractibus vero ubi mutuæ nascuntur obligationes pupillum (scilicet qui judicii capax est, vel salter qui fari potest. §. 10. *Inst. de inutil. stipul. l. servus* 141. §. 2. *de V. O.& l. 6. servum. D. rer pup.salv.for.*) alios sibi obligare posse, ipsum vero non obligari aliis, dixerunt veteres IC. in *l. Julian* 13. §. *antepen.de act.empt. & d.l.9.de auct. tut.l. 5. §* 1.*D.eod.* salva tamen exceptione doli, ne quis locupletetur alterius cum jactura.*d.l.5.& 1.D.ibid.*Moribus Belgii servari, aut saltem servandum puto, ut promissor, qui cum judicio & intellectu promisit, pupillo obligetur, etiamsi fari nequeat. Ratio ex simplici jure gent. (quod hodie sequimur) est hæc, quod unusquisque promissor deliberato & serio animo promittens obligetur, nulla habita ratione, an stipulatio nulla vel minus judicii plena præcesserit. *Matth. v.5.37.c.1.& 3.ext pact.* Unde & illud sequitur, quod pupillus in contractibus (quatenus suam conditionem facit meliorem) aliis quoque sine tutoris auctoritate obligari possit. Vide *disp.nost.ad h. pr.*

*§. 1. Neque tamen hereditatem adire, neque bonorum possessionem petere, neque hereditatem ex fideicommisso suspicere aliter possunt, nisi tutoris auctoritate (quamvis (illis) lucrosa sit) ne ullum damnum habeant.*

HIc locus stabilitur ex *d. l.* 9. §. 3. *de auct.tut.& l.* 8.*more. D. de adq hered.junct.l.4.in fin.ad SCt. Trebll.* Ubi & ratio hujus §.exprimitur, sed magis propria in *d, l.* 8. & *l. pupillus* 189. *de R. J.* Et quoniã hoc in casu nulli contrahẽtes sunt, qui cũ pupillo cõtraxerunt, atq; adeo nihil eis imputari potest, recte

&

hunc §. de Moribus Belgii procedere existimo.

*§. 2. Tutor autem statim in ipso negotio præsens debet auctor fieri, si hoc pupillo prodesse existimaverit: post tempus vero, vel per epistolam interposita auctoritas, nihil agit.*

HIc §. ex *d. l.* 9. §. *pen.* descriptus videtur, cui robur & lucē adfert *l.* 14. *nō mult.* junct. *l.* 1. *in fin.* 2. *D. eod. l.* 7. §. 1. *de rescind. vend. l.* 11. *de adq. rer. dom. l. nunq.* 32. *de usucap.* Sed cum scrupulosa hujus §. ratio sit, Moribus attendi nequit. Vide notra *ad pr. h.t.*

*§. 3 Si inter tutorem pupillumque judicium agendum sit: quia ipse tutor in rem suam auctor esse non potest, non prætorius tutor (ut olim) constituitur, sed curator in locum ejus datur: quo (curatore) interveniente, judicium peragitur, & eo peracto, curator esse desinit.*

SEntentia hujus loci confirmatur & illustratur *tot. tit. C. de in lit. dand. tut. l.* 3. §. 2. *l.* 4. & 5. *de tutel. l.* 24. *si plures D. de testam. tut.* Ratio ejus traditur etiam in *l.* 1. & 7. *D. h. t.* De prætorio tutore vide *Ulpian. d. tit.* 12. *de tut.* §. *morib.* 23. & *Giphan. ad h.* §. Jure novo hic §. abrogatur *Nov.* 72. *c.* 1. & 2. ubi Justinianus præcepit, ne debitor vel creditor pupilli tutor creetur, excepta matre & avia. *Auth. ad hæc. C. quando mul. offic. tut.* Vide & aliud temperamentum quod in Gallia servatur, puta si exiguæ quantitatis creditor tutor datus est. *Autumn. in Cens. Gall. ad l. pater* 70. *de procurat.* Porro idem Imp. in *d. Nov.* constituit, ut si pupillus tutori, vel tutor pupillo debere cœpit, perpetuus adjungatur

tur. Quæ cum in utilitatem pupilli introducta ſunt, Moribus ſequenda nemo ambigat.

## *QVIBVS MODIS TVTELA FINITUR.*

### TITULUS XXII.

*Pupilli pupillæque, cum puberes eſſe cœperint, (à) tutela liberantur. Pubertatem autem veteres quidem non ſolum ex annis, ſed etiam ex habitu corporis in maſculis æſtimari volebant. Noſtra autem majeſtas dignum eſſe caſtitate noſtrorum temporum (exiſtimans,) bene putavit, quod in fœminis etiam antiquis impudicum eſſe viſum eſt, id eſt, inſpectionem habitudinis corporis, hoc etiam in maſculos extendere. Et ideo (noſtra) facta conſtitutione promulgata, pubertatem in maſculis poſt decimumquartum annum completum illico initium accipere diſpoſuimus: antiquitatis normam in fœminis bene poſitam, (in) ſuo ordine relinquentes, ut poſt duodecim annos completos viri potentes eſſe credantur.*

HOc *pr.* confirmatur ex *l.ult. C.quand.tut.vel cur.* An & quomodo Juſtinianus putaverit, veteres illam uſurpaſſe impudicam inſpectionem, quam hic indicat, vide apud *DD. ad h.pr.* & *nos ad pr.Inſt.de nupt.* Sane ipſos Veteres inter ſe hic diſſenſiſſe, tradit *Ulpian. d.tit.* 12.*de tut.* §. *ult.* Moribus Belgii tutela pubertate 14. annor. non finitur, ne ex mutatione minus neceſſaria pupillus damnum

...m capiat. *Gudelin.lib. 1. tit.ult. in fin. Christin.vol. ... decis.148.Bus. ad l.1.de tut.Vinn. ad h.pr. Schultz. ...id. Vide nostra ad pr.tit.seq.*

*§. 1. Item finitur tutela, si adrogati sint ad... ...c impuberes, vel deportati: item si in servitu... ...m pupillus redigatur, vel, (si) ab hostibus captus ...erit.*

HIc §.desumtus est ex *l.si adrogatur.l.4.pr.* §. 1.& 2. *D. de tutel.* Usum ejus petere licet ex *tit. Inst. ... adopt.& tit.quib.mod.jus pat.potest.*

*§. 2. Sed etsi usque ad certam conditionem ...tus sit (tutor) testamento: æque evenit, ut desinat ...se tutor existente conditione.*

*§. 5. Præterea qui ad certum tempus testa... ...ento dantur tutores, finito eo, deponunt tute... ...am.*

HI duo §§. descripti sunt ex *d. l.14.si adrog.*§. 3.& *ult.D.de tut.* & *l.8.* §.2. *D. de testam. tut.* Ratio ...t in *l.* 3. §. 1. *D.de adm. tut.* atque ita Moribus ser... ...ari extra dubium est. Vide *nostra ad* §. 2. *tit.* 14. ... *Lib.* 1.

*§. 3. Simili modo finitur tutela morte vel pu... ...illorum vel tutorum.*

HIc §. asseveratur & temperatur per *l.4.de tut.* & *rat.distrah.l.ibi tutela.*§.1.*D. de tut.* Ratio ejus ...erspicua est, quam tamen varie traditam vide a... ...ud *DD. ad h.* §. Moribus hic nihil mutatum scio.

*§. 4. Sed & capitis deminutione tutoris, per*

*quam*

*quam libertas vel civitas amittitur, omnis tutel perit. Minima autem capitis deminutione tutoris, veluti si se in adoptionem dederit, legitim. tantum tutela perit, cæteræ non pereunt. Sed pupilli & pupillæ capitis deminutio, licet minima sit, omnes tutelas tollit.*

HIc §. excussus est in *§.ult.tit.*14. & 26.*sup.* Itaque jure novo si tutor se in adrogationem vel adoptionem dedit, manet nihilominus tutor.*d. nov.* 118 *c.*4.& 5.Usum hujus §. colligere, facile est ex nostris ad *tit. Inst. de adopt.*

*§. 6. Desinunt etiam tutores esse, qui vel removentur à tutela ob id quod suspecti visi sunt, vel qui ex justa causa sese excusant, & onus administrandæ tutelæ deponunt, secundum ea quæ inferius proponemus.*

HIc §. confirmatur ex *d. l. si adrog.* 14.*§.pen. D. de tut.*& *Ulpian in d.tit.*12.§.22. Adde nostra *ad tit.*25.& 26. *lib.* 1. Ratio & Mores hic cuique obvii sunt.

## *DE CURATORIBUS.*

### TITULUS. XXIII.

*Masculi (quidem) puberes, & fœminæ viri potentes, usq; ad vigesimumquintum annum completum curatores accipiunt: quia licet puberes sint, adhuc tamen ejus ætatis sunt, ut sua negotia tueri non possint.*

SUMMA-

SUMMARIUM.

Quę ratio cur cura minorante an. 25. non exstinguatur, & quis ejus usus in Belgio.

HIc locus explicatur & comprobatur ex *l. 1. §. 2. & l. seq. D. de minor.* Atque ita in Belgio usu rvatur, paucis locis exceptis, ubi puberes (vulgo **ondige**) paulo breviori tempore circumscribuntur. dde *Christin. ad ll. Mechlin. tit. 19. art. 27. Baron. ad t. part. post, Schultz. ibid. Vinn. ad h. pr.* Ratio aum cur curator detur usque ad 25 ann. complem, redditur ab *Ulp. in d. l. 1. §. 2. & l. 3. §. minor. 3. D. d. l. 134. de V. S.* & admittitur à Philosophis, qui atuunt, ante dictam ætatem vix aliquem integris circumspectis consiliis uti posse. *Arist. init. Eth. lagyr. 6. physiolog. 5.* Imo tutius est, neminem simliciter ob ætat. 25. annor. à tutela vel cura dimitti, d dimissionem fieri causa cognita & auctoritate juicis interveniente. Quæ cautela recte hodie obrvatur in danda venia ætatis, licet petitio ejus haud ertis annis (ut jure civili. *tot. tit. C. de his qui ven. tat.*) astricta sit. Quinimo ne quidem post veniam tatis impetratam puberes bona immobilia alieare possunt. *Vinn. ad h. pr. Grot. d. Introd. lib. 1. part. o. Zyp. tit. de in integr. rest. Christin. ad ll. Mechlin. it. 19. art. 28. n. 1. 3. & seqq.* quod & juri civili consoans est. *l. 3. C. d. tit. de his qui ven.*

*§. 1. Dantur autem curatores ab eisdem maistratibus à quibus & tutores. Sed curator testamento non datur: datus tamen confirmatur decreto rætoris vel præsidis.*

DE Magistratibus qui apud Romanos potuerunt, & hodie apud Nos possunt dare tutores sive curatores,

ratores, dictum est supra ad *tit.20.de Attil.tut.* De curatore male testamento dato, sed tamen auctoritate Prætoris confirmato loquitur etiam *l.7.tutelæ C. de testam.tut.*junct. *l.1.§.fin.D. de confirm. tut.* Rationem dixi ad *§.ult.de tutel.* Moribus Belgii nullam differentiam esse inter tutorem & curatorem, dixi aliquoties supra. Adde *Argent. ad consuetud. Britan.art.474.gloss.2.*

*§. 2. Item inviti adolescentes, curatores non accipiunt, præterquam in litem, curator enim & ad certam causam dari potest.*

SUMMARIUM.

Quibus adolescentibus jure veteri, novo & Moribus curatores dentur.

ADolescentes invitos (etiam post cõstitut.D.Marci) curatores non accepisse præterquam ad lites, apparet manifeste cum ex recentiorũ ICtorum responsis, tum posteriorum Impp. rescriptis. *l.si impub.13. §.fin.& cur.dat.l.7.§.2.de minor.l.6.matris C. qui pet. tut.l.3.C.de in integr.rest.*junct.*l.2. C. qui legit.person.* Olim ex lege Lætoria tantum lascivioribus curatores dabantur, id est, causis redditis. *Plaut. in Pseud. & DD.hic.* Verum hoc tanquam ignominiosum abrogavit M. Anton. Philosophus, constituitque, ut etiam dicti minores acciperent curatores non redditis causis, *Auctore Capitol.in Marc.* Ratio vero hujus §.hæc esse videtur, quod alioqui furiosi, aut prodigi vel mente capti haberentur. *arg.§ 3.& 4. h. t.* Cæterum Moribus hodiernis illa ratione posthabita tutius visum est, ut etiã inviti curatores accipiãt. *Bus. ad d. l. 1.de tut.Zyp. d. tit. Vinn. hic. Schultz. ad h. t. lit.b.Treutl.disp.8.vol.2.thes.8.lit.a.Argent.d.loc.Bar. ibid.*

*id.part.post.* Ratio allegata est in *pr.hujus tit.* Quid, non habeant tutorem, & tamen in jus vocentur? ide *Christin. ad ll. Mechlin. tit. 19. art. 25.*

*§. 3. Furiosi quoque & prodigi, licet majores igintiquinque annis sint, tamen in curatione sunt dgnatorum ex lege duodecim tabularum. Sed lent Romæ præfectus urbi vel prætores; & in rovinciis præsides ex inquisitione eis curatores are.*

HIc §. confirmatur & explanatur ex *l. 1. & 13. D. de curat. fur. Ulpian. tit. 13. de curat.* quibus addatur *Tull. 2. de invent. & 3. Tuscul. Horat. 2. serm. 3.* Ratio n furioso evidens est. Ratio in prodigo exstat in §. *vers. expedit enim &c. Inst. de his qui sui.* An quis odie ipso jure prodigus videri possit, vide in *disp. ost. ad h. §.* Quis hodie prodigo curatorem constituat, satis patet ex præcedentibus, & consuetudine ujusque loci. Vide *Christin. decis. 173. vol. 3.*

*§. 4. Sed & mente captis, & surdis, & nutis, & qui perpetuo morbo laborant, (quia re-us suis superesse non possunt) curatores dandi unt.*

HIc §. asseritur ex *l. 2. de curat. fur. l. 8. §. ult. & l. 12. D. de tut. curat. dat.* Moribus harum Regionum furiosis, mente captis, cæterisq; qui hic enumerantur, à Magistratu pupillari curatores dari, aut dari oportere, significavi ad *tit. 15. & 20. supr.* Sed quid, si surdi & muti sibi tutores dederit? confirmandos arbitror. *Matth. 20. v. 15.*

*§. 5. Interdum autem & pupilli curatores*

*acci-*

*accipiunt, ut puta si legitimus tutor non sit idoneus: quoniam habenti tutorem tutor dari non potest. Item si testamento datus tutor, vel à prætore, aut præside, idoneus non sit ad administrationem, nec tamen fraudulenter negotia adminstret, solet ei curator adjungi. Item loco tutorum, qui non in perpetuum, sed ad tempus à tutela excusatur, solent curatores dari.*

SUMMARIUM.

Quæ sit ratio, cur pupillo tutorem habenti alius tutor dari nequeat, quæque ut scrupulosa rejicitur.

SEntentia hujus §. adstruitur ex variis legibus. *l. pietat. 6. C. de suspect. tut. l. 11. testam. C. de excusat. tut. l. solet 13. D. de tut. l. ult. C. in quib. caus. tut. l. quot. 9. in fin. l. tutor 39. §. rer. D. de adm. tut.* Ratio seu regula hic tradita, totidem verbis extat in *l. idem fiet 27. de testam. tut. l. 20. ventri §. 1. D. de tut. & cur. dat. l. 9. si soror. C. qui dar. tut. l. 9. C. qui pet. tut.* Quænam sit ratio rationis, variant Interpretes. Probabilis hæc est, quia absurdum & contra rei naturam videtur, aliquem in duorum diversorum parentum quasi potestate esse, id est, pupillum habere tutorem testamentarium & dativum, quum unus alterum excludat. Ut ut sit, scrupulositas quædam est, quæ etiam ab illa ratione tanquam fortiori vincitur, quod pupillo non nisi tutor dari possit. §. 1. *de tutel.* Moribus Belgii minus idoneo adjungi magis idoneum tutorem vel curatorem, extra controversiam puto.

*§. 6. Quod si tutor adversa valetudine, vel alia necessitate impediatur, quo minus negotia pupilli*

*illi administrare possit, & pupillus vel absit, vel infans sit: quem velit actorem, periculo ipsius tutoris, prætor, vel qui provinciæ præerit, decreto constituet.*

HIc §. elicitur & illustratur ex *l. decreto* 24. *de adm. tut. l. neq.* 11. *C. de procur. l. un. C. de act. à tut. seu cur. l.* 10. *C de appell. l.* 13. §. 1. *D. de tut.* Hæc cum Moribus mutata non sunt, cur stare prohibentur? Quomodo actores constituantur in camera Imperii, vide apud *Gail.* 2. *obs.* 107.

## *DE SATISDATIONE TUTORUM VEL CURATORUM.*

### TITULUS XXIV.

*Ne tamen pupillorum pupillarumve, & eorum qui quævè in curatione sunt negotia à curatoribus tutoribusve consumantur, vel deminuantur: curet prætor, ut & tutores, & curatores eo nomine satisdent. Sed hoc non est perpetuum: nam tutores testamento dati satisdare non coguntur, quia fides eorum & diligentia ab ipso testatore adprobata est. item ex inquisitione tutores vel curatores dati, satisdatione non onerantur: quia idonei electi sunt.*

### SUMMARIUM.

Quid Moribus Belgii circa satisdationẽ tutorũ servetur?

TUtorum seu curatorum satisdationem cum commodo pupillorum exigi, confirmat *l.* 4. & *tot.*

 *tit.*

*tit.D.rē pup.salv.for. tot tit. de fidejuss.tut.tot.tit.D. de magistrat.conv.& tot.tit.C.*42.46. 57.*& ult.Lib.*5. Origo ejus ex constit. Trajani videtur.*l.*2. *de magistrat.conv.& l.pen.C.eod.*junct.*Hotom.hic*, sed *& Balduin & Giphan.ibid.*De exceptis testamētariis & illi tutoribus qui ex inquisitione dati sunt, idem tradit *l. pen.C.de tut.qui non satisd.& l.testam.*17.*de test. tut.* Ratio de testamētariis petita videtur ex *l.*36.*amiciss. de excus.l.*27.*de creat.C.de Episc.and l.ult.* §. 5. *C.de curat. fur.* Ratio de dativis sumpta est ex *l. si impub.*13.§.*ult.D.de tut.& cur.dat.* Sed neutra apud Belgas sufficiens judicatur, ut dixi ad §.*ult.tit.* 13. *de tut.* Porro Moribus Belgii raro fidejussores aut pignora requirantur, quod pupilli tacitam & legalem habeant hypothecam in omnibus bonis tutoris. Vide tamen *Vinn. Ant. Math.ad h.pr. Schultz. ad h.t. Zyp. d.tit.de tutor.Tim.Fabr.disp.anniv.*9.*thes.* 7. *Christin. ad ll.Mechlin.tit.*19.*art.*7.10. *&* 12.*Joan .à Sande lib.* 2. *tit.*9.*def.*9.*& seq.*

§. 1. *Sed si ex testamento vel inquisitione duo pluresve dati fuerint, potest unus offerre satisdationem de indemnitate pupilli vel adolescentis, & contutori suo vel concuratori præferri, ut solus administret, vel ut contutor (aut cōcurator) satis offerens præponatur ei, ut & ipse solus administret. Itaque per se non potest petere satisdationem à contutore suo vel concuratore: sed offerre debet, ut electionem det concuratori vel contutori suo, utrum velit satis accipere, an satisdare. Quod si nemo eorum satis offerat, si quidem adscriptum fuerit à testatore, quis gerat, ille gerere debet, ut edicto prætoris cavetur. Sin autē ipsi tutores dissenserint cir-*

*a eligendum eum, vel eos qui gerere debent, rætor partes suas interponere debet. Idem & pluribus ex inquisitione datis comprobandũ est: l est, ut major pars eligere possit, per quem administratio fiat.*

QUoniam pupillo omnino expedit, ut unus tutor ex pluribus solus administret. *l.3.§.apparet 6. de dm.tut.* solet ipse testator uni onus administrationis nponere, cujus voluntas inprimis attendenda est. *1.C.de SS.Eccles.* junct.*d.§.6.l.3.* Quod si talis vountas testatoris expressa non sit, tunc ipsi tutores lent ex permissione Prætoris unum eligere, qui dministret. Sed si nec talis electio instituta est, unc prætor illi tutori concedit administrationem, ui data optione satis obtulit. Sed si denique nec alis oblatio facta est, tunc Prætor ex dissentientibus num eligit, qui administrationem suscipiat. *d. §. 1. & l.7.& ult.D.rem pub.salv.l.3.de adm. tut. l.* 17. 18. & 19. *D. de testament. tut.* Moribus vulgo vocatur **en administreerende voogt.**

§. 2. *Sciendum autẽ est, non solum tutores vel uratores pupillis, vel adultis, cæterisq; personis x administratione rerum teneri: sed etiam in eos, ui satisdationem accipiunt, subsidiariam actionem sse, quæ ultimum præsidium possit afferre. Subsidiaria autẽ actio in eos datur, qui aut omnino à tuoribus vel curatoribus satisdari non curaverunt, ut non idoneè passi sunt caveri. quæ quidem tam x prudentum responsis, quam ex constitutionibus imperialibus etiam in heredes eorum extenditur.*

HIc §. confirmatur per *l.1.2.4.& 6.D.de magistrat conv.& l.1.2.3.& 4.C.eod.* Moribus actio subsidiaria vix in usu est, nisi quando dolo aut culpa dolo pari magistratus tutores cavere non curarunt *Zyp.d.tit.de tut.Treutl.vol.2.disp.9.thes.7.Bugnion 1.de legib.abrogat.Vinn.& Schultz. hic.* Rationem collige ex nostris ad *pr.h.t.in fin.* Vide tamen *Christin.ad ll.Mechlin.tit.19.art.6.& 10.& decis. 181.& seq.vol.3.* Quod multo magis procedit in aliis casibus ubi Scabini fidejussores justificarunt. *Neostad. decis.61.sup.Senat.*

*§. 3. Quibus constitutionibus & illud exprimitur, nisi caveant tutores & curatores, pignoribus captis coërceantur.*

HÆ constitutiones in Codice nostro repetitæ prælectionis non reperiuntur, teste *Balduin. hic.* De modo compellendi tutores, dixi ad *§.3.tit.Inst. de Attil.tut.* Sed apud Belgas hic §. vix usum habet, ut constat ex nostris ad *pr. h. tit.*

*§. 4. Neque autem præfectus urbi, neque prætor, neque præses provinciæ, neque quisquam alius, cui tutores dandi jus est, hac actione tenebitur: sed hi tantummodo, qui satisdationem exigere solent.*

HIc §. comprobatur ex *l.1.§.1.2.& 7.& passim D.de magist.conv.l.6.& ult.C.eod.Nov. 94. in fin.* Quin tamen hodie contra eos actio de dolo detur, dubitandum non est, ut dixi ad *§.2.h.t.* Adde *Tulden. & Perez ad d.tit.C.de magist.conv.Christin.vol. 3. decis.181. Baron. ad h. t.part.poster.* Sane magistratum interdum fidejussores in securitatem pupillorum exigere

re posse, apud omnes in confesso puto.

## E EXCVSATIONIBVS TVTORUM VEL CURATORUM.

### TITULUS. XXV.

*Excusantur autem tutores & curatores variis causis: plerumque tamen propter liberos, sive in testate sint, sive emancipati. Si enim tres liros superstites Romæ quis habeat, vel in Italia atuor, vel in provinciis quinq;, à tutela vel cu- potest excusari, exemplo cæterorum munerum: m & tutelam & curam placuit publicum mu- s esse. Sed adoptivi liberi non prosunt. In a- ptionem autem dati, naturali patri prosunt. em nepotes ex filio prosunt, ut in locum patris i succedant, ex filia non prosunt. Filii autem perstites tantum ad tutelæ vel curæ muneris ex- usationem prosunt, defuncti autem non prosunt. ed si in bello amissi sunt, quæsitum est, an pro- nt? Et constat eos solos prodesse, qui in acie a- nittuntur. hi enim, qui pro republica ceciderunt, n perpetuum per gloriam vivere intelligun- ur.*

### SUMMARIUM.

1. Textus comprobatio.
2. Moribus Belgii causas excusationum in arbitrio judicis esse.

QUod apud Romanos dictus numerus liberorum regulariter à tutela (ut & à cæteris muneribus per-

personalibus seu civilibus) excusaverit, ostendit etiã *l. 2. §. 1. de vacat. mun. l. 2. §. 2. l. amiciss. 36. §. 1. D. h. t. l. 1. C. qui num. lib.* licet emancipati essent. *d. l. 2. §. 3. h. t. & d. l. 2. §. 5. de vacat. & excus. mun.* modo superstites. *d. l. 2. §. 4. h. t.* & non mortui in publica acie. *l. bello 18. D. eod. Gell. lib. 2. c. 15.* Idẽ, quod hic de nepotibus ex filio & de liberis adoptivis, responsum est in *d. l. 2. §. 7. D. h. t. & d. l. 2. §. 2. de vacat. mun.* Porro tutelã munus publicum esse, quod publice unicuiq; incumbit, comprobatur ex *l. filiusf. 9. D. de his qui sui vel alien.* quod & Mores Belgii sequũtur. Sed causas excusationum (ut pleraque alia similia) Belgæ arbitrio Magistratus committunt, cum hoc rei sive negotii natura expostulare videatur. Sane præmia πολυπαίδων apud Nos cessare, liquidæ consuetudinis est. Vide etiam *Schultz. hic. lit. a & Baron. ad h. t. part. poster.* Quanquam recentioribus arrestis Galliæ cautum est, ut terni liberi à tutela curatelave excusent. *Bugnion. leg. abr. l. 6. coll. 66. & Zyp. in Notit. jur. Belg. tit. de secund. nupt. in fin.* Mechliniæ tamen non excusant, teste *Christin. ad ll. Mechlin. tit. 19. art. 6. n. 5.* cui adde *decis. 171. & 174. vol. 3.* An & quomodo hodie occisi bello intelligantur per gloriam vivere, ad obtinendum effectum majoratus, vide apud *Georg. de Cabedo decis. 147.*

*§. 1. Item divus Marcus in Semestribus rescripsit, eum, qui res fisci administrat, à tutela vel cura, quamdiu administrat, excusari posse.*

HIc §. eruitur ex *l. administ. 41. l. 22. §. 1. l. 26. & 30. D. h. t. l. 10. C. eod. l. ult. C. qui dar. tut.* De semestribus vide *Brisson. in lex. Pet. Fab. præfat. semest. Hotom. hic.* Ratio poni potest, cum in dignitate tum in

...sis occupationibus quæ regulariter adminiſtrato-...er rerum fiſcalium ita diſtrahunt, ut vix alterius ...otiis ſupereſſe queat. Uſum jam dixi *in pr. h. t.*

*§. 2. Item qui reipublicæ cauſa abſunt, à tu-... vel cura excuſantur. Sed & ſi fuerint tuto-... vel curatores (dati), deinde reipublicæ cauſa ...eſſe cœperint, à tutela vel cura excuſantur, qua-...us reipublicæ cauſa abſunt, & interea curator ... eorum datur: qui ſi reverſi fuerint, recipiunt ...s tutelæ, nam nec anni habent vacationem, ut ...pinianus libro quinto Reſponſorum ſcripſit: ...n hoc ſpatium habent ad novas tutelas vo-...i.*

HIc §. reſultat ex *d.l.*41.§.2.& *l.*10.*pr.* & *l. pen. D. h.t.* & *tot.tit.C.ſi tut.vel cur.Reip.l.*4. *de vacat.* & ...*cuſ.mun.* Rationes cujuſcunque articuli in hoc §. ...obabiles ſunt quas vide apud *DD. ad h.* §. ſed ...tius tamen arbitrio judicis tribuuntur.*d.pr.*

*§. 3. Et qui poteſtatem aliquam habent, ſe ...cuſare poſſunt, ut divus Marcus reſcripſit: ſed ...ſceptam tutelam deſerere non poſſunt.*

...Rior pars §. confirmatur per *d. l.* 41. *adminiſt.* §. 2. ... *l.*6. §.*remitt.*16.*D.h.t.* junct. *l.*17.§.4. & 5. *D. eod.* ...*ult.C. ibid.* & *l. ult. C. de ſilentiar.* exceptio quæ ...iam regulam confirmat, traditur in *l. propt. magiſt.* ...*D.h.t.* Poſterior pars elucescit ex *d.l.*41. §. 2. *h.t.* ... *l.verum.*11.§.2.*D.de minor.* Ratio prioris colli-...tur ex noſtris ad §.1.*h.t.* Ratio poſterioris eſt, quia ...cile eſt ſuſceptam tutelam continuare. Quid ...ic apud Belgas ſervetur, quidve ſervandum ſit,

innuunt ſuperiora. *Schultz* ad *h. t.* notat hoc omnes Magiſtratus à tutela excuſari, niſi volent ſuſceperint.

*§. 4. Item propter litem, quam cum pupil vel adulto tutor vel curator habet, excuſari nc poteſt; niſi forte de omnibus bonis, vel heredita controverſia ſit.*

HIc §. lumen & robur accipit ex *l.propt.lit.* 21.*L h.t.& l.*16.*C.eod.* Sed corrigitur per *Nov.*72.& 74. ut dixi ad *§.ult.Inſt.de auct.tut.*ubi & uſum & ra tionem videſis.

*§. 5. Item tria onera tutelæ non adfectatæ ve curæ, præſtant vacationem, quamdiu adminiſtran- tur. ut tamen plurium pupillorum tutela vel cura eorundem bonorum, veluti fratrum, pro una com- putetur.*

HÆc conſtitutio Juſtiniani conflata eſt ex *l.*2.*§.ult. & trib.ll.ſeqq.D.h.t.*quibus ſimiles ſunt *l.*15.16 *l.*31.*D. eod. & tot.tit. C.de num.tut.* Ratio eſt, quia tutor triplici tutela quaſi tribus liberis ita occupatur, ut vix quartæ vacare poſſet. Quin & una tutela a- liquando excuſare poteſt. *l.ſi is* 31 *§.ult.D.de excuſat.* quæ lex etiam argumentum præbet, rectius hodie dictam cauſam excuſationis propter tria onera tute- læ arbitrio judicis committi. *d.pr.h.t.*

*§. 6. Sed & propter paupertatem excuſatio- nem tribui, tam divi fratres, quam per ſe divus Marcus reſcripſit, ſi quis imparem ſe oneri injun- cto poſſit docere.*

Hic

HIc locus descriptus est ex *l. paupert* 7. *D. h. t.* & adjuvatur *l.* 40. *post suscept.* §. *ult. D. eod.* Ratio e in *l. si quis* 112. §. *ult. de V. O.* junct. *l. pen.* §. *ult. D.* . Quod putat *Zyp. tit. de tutor.* pauperem honeste tutela data excusandum & excludendum esse, tu-s etiam arbitrio judicis relinqui existimo. Adde *utumn. in Cens. Gall. ad l.* 8. *de suspect. tut.*

*§. 7. Item propter adversam valetudinem, opter quam ne suis quidem negotiis interesse po-t, excusatio locum habet.*

HUjus §. fons extat in *l. non solum* 10. §. *ult.* & *l. pen.* §. *fin. D. h. t.* ubi & ratio additur, quæ tam egnans est, ut judex etiam Moribus nostris juxta m arbitrari debeat.

*§. 8. Similiter eos, qui literas nesciunt, esse cusandos divus Pius rescripsit, quamvis & im-riti literarum possint ad administrationem nego-rum sufficere.*

QUis nesciat literas, id est, legere & scribere, docet *Vitruv. l.* 1. *c.* 1. *Columell.* 1. *c.* 8. *Cassiodor.* 1. *Inst.* *DD. ad h.* §. eum autem se excusare non posse, si odo non sit expers negotiorum, respondit etiam odestinus in *l.* 6. §. *ult. D. h. t.* Moribus Belgii hæc causa ob rationes supra allegatas arbitraria t.

*§. 9. Item si propter inimicitias aliquem te-amento tutorem pater dederit, hoc ipsum præstat excusationem: sicut per contrarium non excusan-ur, qui se tutelam administraturos patri pupillo-um promiserant.*

PRimum membrum hujus §.ſumptum videtur ex *d.l.6.§.17.dat remiſſ.D.h.t.* Ratio eſt, quia malitiis indulgendum non eſt. *arg. l. 38. in fundo D. de R.V.* Deinde periculoſum eſſet pupillo, ſi talem tutorem agnoſceret. Quare Quidam Interpretes vocabulum excuſationis hic tantum modeſtiæ cauſa, vel improprie poni, ſed revera ſupradictum tutorem non eſſe admittendum, ſtatuunt. *arg. l. amiciſſ. 36. pr. D.h.t.* Alterum membrum mutuatum ex *l. ſpadon. 15. §. 1. D.h.t.* probandum & ſervandum eſſe, monet *c.23. Deut. & c.5. Matth.*

*§. 10. Non eſſe autem admittendam excuſationem ejus, qui hoc ſolo utitur, quod ignotus patri pupillorum ſit, divi fratres reſcripſerunt.*

MArc. Antonin. Philoſophum & Æliũ Verum reſcripſiſſe, ne talis excuſatio admitteretur, veriſimile eſt ex *d.l.Spadon.15.§. qui dixerit. 14. D. h. t.* Adde *Spartian. in Æl. Ver.* Idem Mõribus ſervandum eſt, ſed ſalvo tamen arbitrio judicis, ob incertam rei conditionem.

*§. 11. Inimicitiæ, quas quis cum patre pupillorum vel adultorum exercuit, ſi capitales fuerunt, nec reconciliatio intervenit, à tutela vel cura ſolent excuſare.*

DEſcriptus & hic §. eſt ex *d.l.6.§. dat. remiſſion. 17. D.h.t* Ratio allegata eſt in §.9. *h. t.* cui illa accedit, quod ipſe tutor alias gravi ſuſpicione laboraret, quum præſumatur, manere alta mente repoſtum judicium Paridis. Quæ cauſæ tantæ ſunt, ut etiam talis tutor rejici poſſit. *arg. l.3.§. ſi tut.12.D.de ſuſpect. tut.*

. Sed reconciliato fidendum putat *Balduin.hic.* ...io pertinet illud Terentii, amantium iræ amoris integratio est. Quid hic Moribus, patet ex ante- ...dentibus.

§. 12. *Item is, qui status controversiam à pillorum patre passus est, excusatur à tute-*

HIc §. confirmatur *arg.d.l.6.§.17.&* 18.*D.h.t.* Ratio dicta est in § præced. Moribus hunc §. in ad- ...ptitiis suū usum habere, sicuti & in illis qui super ...u familiæ vel civitatis controversiam passi sunt, ...libet proprio Marte animadvertere potest.

§. 13. *Item major septuaginta annis tutela, ... cura se potest excusare, minores autem viginti- ...nque annis, olim quidem excusabantur: nostra ...em constitutione prohibentur ad tutelam vel ...ram adspirare: adeo, ut nec excusatione opus ... Qua constitutione cavetur, ut nec pupillus ad ...itimam tutelam vocetur, nec adultus: quum sit ...ivile, eos, qui alieno auxilio in rebus suis ad- ...ministrandis egere noscuntur, & ab aliis reguntur, ...orum tutelam vel curam subire.*

QUi ann. 70. implevit, regulariter se excusare potest. *d.§.13.& l.2.pr.D.h.t.& l.un.C.qui ætat.l.3.* ... *jure immunit.* Qui vero necdum implevit ann. 25. ...im (si Imperatori nostro credimus) excusare se po- ...rat, sed hodie nec per se, nec per alios administrare ...test. *d.§.13.& l.ult.C.de leg.tut.* cujus tamen varias ...erpretationes vide apud *Hotom. Giph. Bacch.&* ...*in.hic.* Adde nostra ad *tit.19.de fiduc.tut.* ubi & u- sum

ſum hujus §. notare eſt. Excuſatio ſeptuagenarii propter ſui naturam Moribus rectius arbitrio judicis concreditur. Vide tamen *Joan. à Sande lib. 2. tit.* *def. 5. & ſeqq.*

§. 14. *Idem & in milite obſervandum eſt: ut nec volens ad tutelæ onus admittatur.*

HIc §. comprobatur ex *l. 4. C. qui dar. tut. & l. 8.* *de legat.* Ratio eſt, ne milites cum damno Reipub. avocentur à ſignis & caſtris militaribus. Quæ ratio tanti momenti videtur, ut Moribus ſequenda ſit, niſi milites in otio degant. *Schultz. ad h. t. lit. f.* ubi etiam teſtatur, *DD.* hunc §. ad milites cœleſtes, hoc eſt, ſacerdotes Eccleſiæ extendere.

§. 15. *Item Romæ grammatici, rhetores, & medici, & qui in patria ſua has artes exercent, & intra numerum ſunt: à tutela & cura habent vacationem.*

HIc locus conflatus eſt ex reſponſo Modeſtini in *d. l. 6. §. 1. & ſeqq. D. h. t.* & confirmatur ac illuſtratur *tot. tit. C. de Profeſſ. & Medic. & l. ult. §. ult. D. de mun. & honor.* Ratio tam perſpicua eſt, ut Mores imitari non denegent. *Schultz. hic. lit. d.* Cur autem Juſtinianus hic nullam fecerit mentionem de Philoſophis & Juriſperitis, notant *Balduin. & Vinn. ad h. §.*

§. 16. *Qui autem vult ſe excuſare, ſi plures habeat excuſationes, & de quibuſdam non probaverit: aliis uti intra tempora (conſtituta) non prohibetur. Qui autem excuſare ſe volunt, non appellant: ſed intra quinquaginta dies continuos,*

*ex*

*quo cognoverint se esse tutores vel curatores da-, se excusare debent, cujuscunque generis sint, est qualitercunq; dati fuerint tutores; si intra tesimum lapidem sunt ab eo loco, ubi tutores i sunt. Si vero ultra centesimum lapidem ha- ant: dinumeratione facta viginti millium diur- rum, & amplius triginta dierum qui tamen (ut evola dicebat) sic debent computari, ne minus t, quam quinquaginta dies.*

SUMMARIUM.

Quando olim à datione tu- is excusatio & appellatio instituta sit, & quando hodie constituenda.

HUjus §.*pr.* consentit cum *l.propter* 21.§.1.*D.h.t & l.*13.§.8.*D. eod.* quibus regulæ accedunt in *l. mo* 8.*de except.& l.*43.*nemo.de R.J.* Quod tutor ntaxat se excusare, non vero appellare possit, nisi ost rejectam excusationem, traditur itidem in *l.*1.§. *D.quand.appell.* quod & Mores sequuntur, teste lden.*ad h.t.c.*11.*Grot.d.Introd.*1.*part.*7.*Christin. l.*3.*decis.*171.*n.*12. Rationem vide in *disp.nost.ad* §. ubi & legitimum tutorem se excusare posse, sputando probamus. Usum dixi ad *tit.* 15. *de legit. nat.tut.* Excusationem autem intra 50.dies con- nuos instituendam esse, scribit & JCtus in *l.*13.§.1. *& l.quinquag.*38.*D.h.t.* ex quibus *ll.*junct.*l.6.C.h.t. & l.*3.*D.de V.S.* reliqua hujus §. confirmantur. Mo- bus harum Regionum tutor vel curator regulariter tra 3.septimanas coram competente Magistratu se xcusare debet. *Vinn.ad h.* §. *Grot.d.part.*7. In Gal- a non male dilationes seu excusationes pro locorum tercapedine conceduntur, teste *Baron. ad t.part. ost.* Sane pupillorum atque adeo Reipub. interest tuto-

tutores se quam primum excusare, quoniam ali: di pendente excusatione facile pupilli damnum ne rent. Unde non male apud quasdam Gentes b psa datione tutoris datur appellatio. *Argent. ad* *Britan. art.* 476. præsertim apud Francos quibi mnes tutelæ dativæ videntur. *Argent. ad dd. consu* 274.

§. 17. *Datus autem tutor, ad universum* *trimonium datus esse creditur.*

HIc §. mutilus est, ideoque supplendus & plicandus est ex *d. l. propter* 21. §. 2. *D. h. t. Hot* *& Wesemb. hic.* Ratio autem hujus §. hæc est, qu qui toti personæ pupilli datus est, consequenter mnibus ejus bonis administrandis datus videatu excepto casu *l.* 15. *de testam. tut.* ut dixi ad §. 4. 14. *qui testament. tut.* ubi & usum hujus §. didi.

§. 18. *Qui tutelam alicujus gessit, invit* *curator ejusdem fieri non compellitur: in tantum* *ut licet paterfamilias, qui testamento tutorem d* *dit, adjecerit se eundem curatorem dare: tamen i* *vitum eum curā suscipere non cogendum, divi Se* *verus & Antoninus rescripserunt.*

HIc §. concordat cum *l. Gajus* 16. *D. h. t. & .l.* 20 *curator. C. eod.* sed hodie nec usum nec rationem habet, ut supra dixi & probavi sæpius. Adde *Schultz* *ad h. t. lit. g.*

§. 19. *Iidem rescripserunt, maritum uxori* *suæ curatorem datum, excusare se posse, licet se im-* *misceat.*

SUMMARIUM.

aria . explicatio ,& quid ibus hic cautum sit , eo- | rumque ratio.

Bscure, aut saltem improprie & verecundiæ causa Tribonianus hic dicit , maritum se excusare le; quia in bonis paraphernis (de quibus hic agi o, licet & Alii non improbabiliter existiment, peratorem hic loqui de receptitiis, quorum custon & administrationem mulier in se recepit. *arg. l. C.de pact.convent.*) etiamsi vellet, tamen curator non possit.*l.2.C.qui dar.tut.l.verum* 14.*D.de cufur.l.4.C. de excusat. tut.* Ratio redditur, quia probabili suspicione cavendum est , ne maritus sentiente uxore res ejus dissipet & diminuat. Cæm Moribus cessante illa scrupulosa suspicione ritus ipso jure (ut loquuntur) uxoris dominus & ator est. *Gudelin. de jure noviss.lib.*1.*c.*7. 8. *Zyp. t. de tutor.Vinn.Balduin. ad h.§.Bar.ad h.t. part.post ultz.ibid.lit.h.* Ratio est,quia uxor propter debitem sexus in potestate mariti est.*Genes.* 3. *Num.* 1.*Corinth.*11.*&* 14.*Ephes.*5.1.*Pet.*3. Nec hæc res n periculo uxoris conjuncta est, quia potest ma- administrationem bonorum vel ab initio in pa- dotalibus, vel postea, si dilapidet, interdicere.

*§. 20. Si quis autem falsis allegationibus exsationem tutelæ meruerit, non est liberatus onetutelæ.*

HIc §.cōfirmatur ex *l.*1.*& ult.C. si tut.fals.alleg.*sed pœna ejus hodie arbitraria est,quia circumstātiæ us negotii ita variare possunt, ut lege vix quid certatui queat: *Zyp.tit. de pœn.* Deinde nec secuns tutor excusabitur ob id quod prior se falsis alle

ga-

gationibus redemit, quia pœna illius hujus præmi[...] vel excusatio esse non debet. *arg. l. si seqens* 15. *D. de SCto Syllan. & Claud.*

## DE SUSPECTIS TUTORIBUS VEL CURATORIBUS.

### TITULUS. XXVI.

*Sciendum est, suspecti crimem ex lege duodec[...] tabularum descendere.*

HOc *pr.* descriptum est ex *l.* 1. §. 2. *D. h. t.* quod [...]iam confirmant *Cic.* 3. *de offic. Plat. lib.* 11. *de* [...]*gib. & DD. ad d. pr.*

*§. 1. Datum est autem jus removendi tutor[...] suspectos Romæ prætori & in provinciis præsidib[...] earum, & legato proconsulis.*

EXsculptus & hic §. est ex *d. l.* 1. §. 3. & 4. *D. h. t.* c[...] convenit *l.* 10. *D. eod. l.* 4. *D. de offic. ejus cui man[...] l.* 1. §. 11. *D. ad SC. Tertull.* sed quia *d.* §. 11. tantum l[...]quitur de Præside, variæ hic commentæ sunt con[...]ciliationes, quas videre licet apud *Hotom. Aliosque a[...] h.* §. 1. Moribus Magistratus qui dare tutores, iiden[...] etiam de illis suspectis cognoscere possunt. *Vinn. hic Schultz. ad h. t. lit. a.*

*§. 2. Ostendimus, qui possint de suspecto cognoscere, nunc videamus, qui suspecti fieri possint. Et possunt quidem omnes tutores fieri suspecti, sive sint testamentarii, sive non sint, sed alterius gene-*

*ris*

*is tutores. Quare & si legitimus fuerit tutor, accusari poterit. Quid si patronus? Adhuc idem erit dicendum: dummodo meminerimus, famæ patroni parcendum esse, licet ut suspectus remotus fuerit.*

HIc §. ad verbum descriptus est ex *d.l.1.§.ostendimus 5.D.h.t.* cui explicationem & lucem adfert 3.§.2.& 3.& *l.si tutor 9.D. eod.* Quæ cum à sana ratione aliena non sunt, quæ hic censura Belgica nonnda sit, facile est advertere. Adde *Baron. ad h. t. art.poster.*

*§. 3. Consequens est, ut videamus, qui possint suspectos postulare. Et sciendum est quasi publicam esse hanc accusationem, hoc est, omnibus patere. Quinimo & mulieres admittuntur (ex rescripto divorum Severi & Antonini:) sed eæ solæ, quæ pietatis necessitudine ductæ, ad hoc procedunt; ut puta mater, nutrix quoque, & avia, potest & soror, sed & si qua alia mulier fuerit, quam prætor propensa pietate intellexerit, sexus verecundiam non egredientem, sed pietate productam, non sustinere injuriam pupillorum, admittet eam ad accusationem.*

ETiam hic §. desumptus est ex *d.l.1.§. 6. & 7. h. t.* & repetitur in *l.6.& 7. C. eod.* Moribus Belgii quidem quilibet hoc crimen deferre potest, sed minime accusare, vel in crimen subscribere. Ratio est, quia non tam pupillus, quam tota Respub. læsa videtur, ideoque Prætor nomine totius populi agere debet. *Angel.in tract.malefic.in verb.& ad querel.n.*

5.*Clar.9.sent.§.ult.q.18.& DD.ad tit.D.de accus.&* *inscript.Zyp. in Notit. jur. Belg. tit. de accusat. lib. 9* *Christin.ad ll.Mechlin.tit.1.art.9.n.* 8. ubi tamen limitat ex *Rebuff.ad Const.reg.proœm.gl.5.n.*105. Vid etiam *Treutl. disp.* 31. *vol.* 2.*thes.*3.*lit.d.*

§. 4. *Impuberes non possunt tutores suos suspectos postulare, puberes autem curatores suos ex consilio necessariorum suspectos possunt arguere, & ita divi Severus & Antoninus rescripserunt.*

HIc §. excerptus videtur ex *l.impub.7.D.h.t.* Rationes ab Interpretibus redduntur variæ, sed hodie nec locum nec usum habent, ut patet ex antecedentibus.

§. 5. *Suspectus autem est, qui non ex fide tutelam gerit, licet solvendo sit, ut Iulianus quoque scripsit. Sed & antequam incipiat tutelam gerere tutor, posse eum quasi suspectum removeri, idem Iulianus scripsit, & secundum eum constitutum est.*

HIc §. confirmatur & illustratur *l. tutor* 3.§.5.& 8.*l.* 4.*§.ult.& l.5.D.h.t.l.* 2.3. & 6. *C.eod.* Ratio est in *d.l.5. & l.* 1. *quand. unic.* Quæ cum nec mutata nec veræ rationi contraria est, quis dubitat *d.* §.5.Moribus servari?

§. 6. *Suspectus autem remotus, si quidem ob dolum, famosus est; si ob culpam non æque.*

HIc textus comprobatur & explanatur ex *d. l.* 3 §. *ult.l.4.& d.l.7.§.1.D.h.t.& l.ult.C.eod.* An autem per culpam hic intelligamus culpam levem tantum, vide in *disp.nost.ad h.* §. ubi hujus §. usum indicavimus.

§.7.

*§. 7. Si quis autem suspectus postulatur, quo-
d cognitio finiatur, interdicitur ei administratio,
Papiniano visum est.*

Nstituta accusatione super crimine suspecti, ipso ure administrationem interdictam videri, innuit, *quodsi forte* 14. §. 1. *D. de solut. & l. eum quem* 7. *C. t.* junct *Ant. Fabr. ad d. tit. C. def.* 2. *& Vinn ad h.* §. Quod cum veram & simplicem rationem habeat, Moribus sequendum videtur.

*§. 8. Sed si suspecti cognitio suscepta fuerit, po-
ea quam tutor vel curator decesserit, extingui-
ur suspecti cognitio.*

HIc §. confirmatur *l. pen. h. t. & l.* 1. *C. eod. l. ult. D. ad l. Jul. majest. l.* 3. *de publ. judic. l.* 1. *&* 2. *C. si reus. el accus. mort.* Ratio est, ne fama lædatur, cujus ulla amplius integra defensio est. Cæterum pupil-am judicio tutelæ ab herede cõsequi posse, quod de-etur, liquidi juris est. *d. l.* 1. *C. h. t. & l.* 1. *&* 3. *D. de ut. & curat. distrah.* Quæ enim plena rationis sint, ecte Moribus recepta dicuntur.

*§. 9. Si quis tutor copiam sui non faciat, ut a-
imenta pupillo decernantur, cavetur epistola divo-
um Severi & Antonini, ut in possessionẽ bonorum
jus pupillus mittatur, & quæ mora deteriora fu-
ura sunt, dato curatore distrahi jubentur. Ergo ut
uspectus removeri poterit, qui non præstat alimẽta.*

HIc §. depromptus videtur ex *l.* 3. §. *tutor* 14. *D. h. t. & l.* 7. § 2. *D. eod. l. ult. D. ubi pupill. educ.* Moribus Belgii nec coram Curia sive Magistratu pupillari ali-

menta decerni, nec dictæ missiones in possess. bonorum proprie fieri solent. Quin tamen hoc casu tutoris bona in securitatem pupilli arrestari & consignari possint, firmiter persuasum habeo.

§. 10. *Sed si quis præsens negat propter inopiam alimenta posse decerni, si hoc per mendacium dicat, remittendum eum esse ad præfectum urbi puniendum placuit: sicut ille remittitur, qui data pecunia ministeriũ tutelæ adquisierit, vel redemerit.*

HÆc desumpta ex *d.l.*3.§.15.*sed si non.D.h.t.* confirmantur ulterius *l.*1.§.7.*D.de offic.præf.urb.*& *l.*9.*de tutel.* Hodie hæc remissio ad præfectum urbi in usu non est, sed punitur tutor pœna arbitraria in loco ubi deliquit. *DD.ad h.§. teste Schultz.lit.c.* An reus criminis debeat remitti ad locum ubi crimen commisit, nos alibi disputamus. Vide etiam *Schultz. d. lit.c.* An pupillus tutorem possit convenire coram curia, an vero in loco tutelæ gestæ debeat, colligi ex jam dictis potest; sed vide tamen latius *DD. ad l. un.C.quand.Imp.tut.pupill.*

§. 11. *Libertus quoque, si fraudulenter tutelam filiorum vel nepotum patroni gessisse probetur, ad præfectum urbi remittitur puniendus.*

HIc §. refert *l.libert.*2.*D.h.t.* cui congruit *l.* 4. & 10.*C.de adm.tut.*. Moribus quoque in delictis puniendis προσωποληψίαν seu respectũ personarum observari, nemo est qui ignorat. Vide tamen Timpler. in utramque partem disputantem. *Polit. lib.* 4. *cap.* 5.*q.*12.

§. 12. *Novissime autem sciendum est, eos, qui*

*ui frandulenter tutelam administrant, etiam si sa-s offerant removendos esse à tutela: quia satisda-o tutoris propositum malevolum non mutat, sed utius grassandi in re familiari facultatem præstat. uspectum etiam eum putamus, qui moribus talis t, ut suspectus sit. Enimvero tutor vel curator, uamvis pauper est, fidelis tamen & diligens, re-ovendus non est quasi suspectus.*

Hic §. compilatus est ex *l.5.6.& 8. D. h. t.* confirmaturque *l.5.C.eod.l.31.§.1.D.de reb. auct. jud. ossid.* Ratio & usus hujus §. exstant in nostris ad §. 5. *t. & §.6.tit.præced.*

# INSTITVTIONVM

*Seu Elementorum*

# D. JUSTINIANI

Sacratissimi Principis,

## LIBER SECUNDUS.

### *DE RERVM DIVISIONE, (& adquirendo ipsarum dominio.)*

### TITULUS I.

*SVPERIORE libro de jure personarum exposuimus: modo videamus de rebus, quæ vel in nostro patrimonio, vel extra patrimonium nostrum habentur. Quædam enim naturali jure communia sunt omnium, quædam publica, quæ-*

*dam nullius, pleraque singulorum, quæ ex vari causis cuique adquiruntur, sicut ex subjectis app rebit.*

SUMMARIA.

1. Textus comprobatio & explicatio.
2. An & quomodo divisio rerum Moribus Belg servetur.

1. HÆc rerũ divisio, ut & latior ejus explicatio cõfirmatur ex *l.5.rei appell.* de *V.S.& l.quadã 2.de rer.divis.*ubi tamẽ notãdũ, aut Ma cianum mutilum esse, atq; adeo supplendum ex *l.4.§.1.D.eod.* aut sub rebus communibus compre hendere res publicas, inque has illas subdividere uti publicæ res oppositæ privatis subdividuntur i communes, publicas & universitatis proprie sic dictas *l.1.D.ibid.*Unde & ipse Imperator post JCtos sæpe i *hoc.tit.*ea quæ cõmunia sunt, appellavit publica. Add *Hotoman.ad d.pr.*Quin hæc divisio & distinctio domi niorum sit juri Divino conveniens, nullum inter sa
2. nioris judicii Christianos dubium est. Moribus Belgi dicta divisio haud dubie quoque recepta est, sed vo ce tamen patrimonii varie accepta. Aliquand enim per patrimonialia bona intelligimus duntaxa patria & avita, vulgo **patrimoniale goederen**, quæ op nuntur iis, quæ ex quæstu venerunt: interdum ea, quæ opponuntur feudalibus, emphyteuticis & id genus aliis. Subinde etiam ea bona appellamus patrimonialia, de quibus tanquam de patrimonio nostro disponere possumus, ut sunt beneficia, quæ vendere absque consensu domini licet. Vide omnino *Baron. ad h.t.part.poster.pr. Christin.ad ll.Mechlin.tit.12.art. 5.Tholosan.syntagm.lib.6.c.1.*

§. I.

*§. 1. Et quidem naturali jure communia sunt omnium hæc: aër, aqua profluens, & mare, & per hoc littora maris. Nemo igitur ad littus maris accedere prohibetur, dum tamen à villis, & monumẽtis & ædificiis abstineat, quia non sunt juris gentium, sicut est mare.*

SUMMARIA.

1. Rerum communium probatio.
2. Quid Moribus cautum circa mare & littora maris, & an illi admittendi.

HIc §. totus promanat ex fonte *d.l.* 2. §. 1. & *l.* 4. *D.de rer.divis.* Quod autem aër sit juris com- 1.
munis, id est, omnibus & singulis hominibus vacet, probatur itidem ex *l.*3. §. 1. *D.ne quid in loc.pub. l.* 13. *injuriar. in fin. D. de injur.* quibus accedunt Virgilius lib.7

*littusque rogamus*
*Innocuum, & cunctis undamque auramq; patentem.*

Ovidius *Metamorph. nec solem proprium natura, nec aëra fecit.* Et vulgo *DD. ad h.* §. 1. & *dd. ll.* Idem dicendum de aqua profluente, quia consideratur vel ut pars maris, in quod omnia flumina currunt; vel ut data omnibus ad bibendum vel lavandum. Hinc *Virgil. d. loc.* dictisque verbis *Ovid. d. loc.* his verbis:

*Quid prohibetis aquas? usus communis aquarum.*

Idem quoque statuendum esse de mari, ejusq; littore, docent *d. l.*3. §. 1. *ne quid in loco pub. l. venditor* 13. *D.commun.præd.l.*30. *ergo in fin.D.de adq. rer. domin.* & *l.* 14. *quod in littore. D.eod.l. littora* 51. *D. de contrah. empt.* His succinit Virgil. lib. 1.

*Quod genus hoc hominum? quæve hæc tam bar-*

*barbara morem*
*Permittit patria? hospitio prohibemur arenæ!*
*Bella cient, primaque vetant consistere terra.*

Atque hanc sententiam amplectuntur *DD.* communiter ad *dd. ll.* & *h.§. nostr.* quæ & Juri Divino plane consentanea est; quia Deus Opt. Max. omnes illas præfatas res ad communem usum generis humani creavit. *Genes. c.1.* An vero dominium maris solo imperio vel præscriptione adquiri possit, disputamus *ad h.t.Inst.* & *tit.D.adq. rer.dom.* Moribus multarum regionum & littora maris propria sunt Regum ac Principum qui illa inter regalia computāt. *Schultzen ad h. t. lit. a.* quod Plerique tamen damnant, quos sequitur *Balduin.* & *Vinn.ad h.§. nostr. Grot.de mare lib.* & *de jure belli* & *pac.l.2.c.1.* & *introd. ad Jurispr. Holl.lib.2.part.1.*

*§. 2. Flumina autem omnia, & portus, publiblica sunt, ideoque jus piscandi omnibus commune est in portu fluminibusque.*

SUMMARIUM.

Hodie flumina ad regalia pertinere, & quæ istius consuetudinis ratio.

FLumina & portus ex jure gentium publica esse, id est, omnibus & singulis ex illo populo vacare, in cujus districtu fluunt, atque adeo jus navigandi & piscādi singulis Romanis competiisse, & exteris prohibitum fuisse, manifeste indicant *d.l.4.§.1.h.t.* & *tot. tit.de flumin.* & *seqq.*junct. *l. portus 19. de V.S.* Sed hodie flumina inter regalia relata sunt. *c. un. quæ sint regal.l.2.feud.56.*eorumque proprietas facta est Principis, vel Populi, cujus ditione continentur. *Bartol.* & *Jas.ad l.2.de flum.Schultzen ad h. t.lit.b.Vinn.ad h. §.*

2.Zyp.

*Zyp.tit.de jure fisci.vers.res communes.* Quod an ...tionem habeat, dubitat Balduinus *ad d.* §. 2. Sed ...ale, quia unum jus gentium sæpe altero fortius ...t propter circumstantias temporum & personarum ... Sane si singulis ex aliqua gente concederetur ...s piscandi, brevi omnes interirent pisces, magnæque ...pe numero orirentur lites, jurgia & homicidia. Ob ...as rationes & ipsum jus venandi coarctatum est, ... quo postea. Deinde Principes sive Ordines ali...jus gentis flumina & portus defendunt, damnum...ue si quod in via publica contigit, resarciunt. *Myns.* ...*nt.* 5.*obs.*70. ideoque summa ratione portoria & ve...galia à navigantibus & piscantibus exigunt. Cæte...m hoc tamen notandum est, licere etiamnum singu... civibus & incolis in flumine aut lacu navigabili pi...ri hamo. Vide *Grot.in Introd.ad jurisp.Holl.lib.*2.*c.* ... *&* 4.*Baron.ad h.t.part.poster.* Præterea ipsos pisces ...am contra legem in fluminis captos occupantium ...ri puto. Rationem vide in *nostr.* ad §.12. *h.t.*

§. 3. *Est autem littus maris, quatenus hy...ernus fluctus maximus excurrit.*

HÆc descriptio littoris traditur quoque in *l. littus* 96. *&* *l.* 112. *D. de V. S.* Eodem modo & *Gell.* ...*quilium* olim littus descripsisse, author est *Tull. in* ...*opic.* Adde *Quintil.lib.*5.*in fin.* Moribus Hollandiæ ...aulo aliter. *Grot.in Introd.lib.*2.*part.*1.

§. 4. *Riparum quoque usus publicus est jure ...entium, sicut ipsius fluminis. Itaque naves ad eas ...ppellere, funes arboribus ibi natis religare, onus a...quod in his reponere, cuilibet liberum est, sicut ...er ipsum flumen navigare, sed proprietas ea...um illorum est, quorum prædiis hærent. qua de*

*causa arbores quoque in iisdem natæ eorunde sunt.*

SUMMARIUM.

Quid olim, quid hodie circa ripam introductum, & utriusque juris ratio.

DEfinitionem ripæ videre est in *l.* 1. §. *ripa* 5. *flumin.* sed confirmationem *d.* §. *in l.* 5. *ripar.* *h.t.l.ergo* 30. §. 1. & *l.pen.* §. 1. *de adq.rer. dom.* Rat autem cur riparum proprietas privata, sed usus e rũ publicus sit, varia redditur à variis *DD.ad h.*§. M ribus plerorumque locorum proprietas ripæ, quat nus aqua frequentius occupatur, ad Principes & O dines cujusq; ditionis pertinet, ut ipsum flumẽ, cuju prædicta ripa pars est. *arg.d.l.*§. 1. & 5. *seqq. Grot.d.t lib.*2.*part.*1.*Vinn.ad d.*§. 2. *Gudelin. lib.* 5. *c.* 3. *pr.* Qu pertinet sententia Hotomanni, qui allegatos More ex ipso jure Romano adstruere conatur. *Hotom. a h.*§. Adde etiam nostra ad §. 22. *h. t.* ubi & illa ratio proponitur, quæ præmissa est in §. 2. *h.t.*

§. 5. *Littorum quoque usus publicus est, & juris gentium, sicut & ipsius maris, & ob id cui libet liberum est casam ibi ponere, in quam se re cipiat, sicut retia siccare, & ex mari deducere proprietas autem eorum potest intelligi nullius eße sed ejusdem juris esse, cujus & mare, & quæ sub jacet mari terra vel arena.*

DE maris littorumque usu & proprietate dixi ad §. 1. *h.t.* Ratio vero, cur etiam terra vel arena maris juris communis sit, hæc est; quia occupatum sequitur naturam sui occupãtis, cujus quodammodo pars habetur. *l.pen.h. t.* Mores Hollandiæ vide apud *Grot.*

*rot.* & *Vinn.d.loc.*

§. 6. *Universitatis sunt non singulorum, quæ civitatibus sunt theatra, stadia, & si quæ alia nt communia civitatum.*

DEscriptus est hic locus ex *l.in tantum* 6.§. 1. *D. h.t.* & præterea confirmatur ex *l.sed Celsus* 6. *de nt.empt.* & *à Cic.lib.* 3. *de finib.* & 1. *de offic.* ubi taen notandum, illa quæ universitatis sunt, hoc est, æ omnibus & singulis ex illa universitate vacant, pius dici communia vel publica. *DD. ad h.*§. & §. *h.t.* Moribus quoque Belgii dari res universitatis, rtius est quam ut probari debeat. Vide tamen *rot.d.loc.*

§. 7. *Nullius autem sunt res sacræ & religio- & sanctæ, quod enim divini juris est, id nullius bonis est.*

HIc §. compositus videtur ex *l.* 1. & 6.§. 2. *D. h. t.* De varietate horum verborum vide *Macrob.* 3. *aturn.* & *Bacchov. ad* §. *seq.* Sunt & apud Nos res acræ sanctæ & religiosæ, sed longe diversæ cum ab thnicis sacris, tum Justinianeis & Pontificiis, ut ex equentibus apparebit.

§. 8. *Sacræ res sunt, quæ rite per pontifices Deo consecratæ sunt: veluti ædes sacræ, & doaria, quæ rite ad ministerium Dei dedicata sunt: uæ etiam per nostram constitutionem alienari & bligari prohibuimus: excepta causa redemptionis aptivorum. Si quis autem auctoritate sua quasi acrum sibi constituerit, sacrum non est, sed profanum*

*fanum. Locus autem, in quo ædes sacræ sunt ædi-catæ, etiam diruto ædificio, sacer adhuc manet, & Papinianus scripsit.*

SUMMARIUM.

Quænam antiquo, quænam hodierno die res sacræ, & an | & quando alienari possint?

POtest & hic §. descriptus videri ex *d.l.6.in tantu. §.sacræ 3.D.h.t.& l.9.D.eod.* Sed interpolatus Triboniano, & accommodatus ipsius seculo & religioni. De Pontificibus Veteris Testamenti, deque sacris ac eorū consecratione passim Biblia loquuntur, præsertim Libri *Reg.Chron.Ezech.Nehem.* De modo & ritu consecrandi apud Ethnicos, vide *Alex.ab.Alex.2.genial.8.& lib. 6. c. 14. Gall. Æl.* apud *Fest. in voce sacer. Ciceron.pro dom.& lib.2.de legib.* His adde *Hotom.ad §.nost.Grot.inFlor.Spars.hic.* De rebus sacris, religiosis & sanctis Justiniani, veterum & recentiorum Pontificum, agunt Libri Codicis Justin. & Novellæ ejus, Corpus Canon.& Historiæ Ecclesiasticæ. Adde *Polydor.Virgil.de rer.inventor. Gudelin. lib. 6. de jur. noviss.* Quid tamen de his sentiat Ecclesia nostra, videre est apud Theologos passim. Constitutio cujus hic fit mentio, exstat in *l. sancimus 21. C. de SS. Eccles.* Sed bona jussu Dei vero cultui divino dedicata alienari posse propter captivos redimendos, aut alendos pauperes, vix est ut adprobem. Primo, quia nusquam in sacris illa vel similis limitatio legitur. Secundo, quia raro vel nunquam alia deficiunt remedia, quibus huic malo mederi licet. Cui enim Magistratus in tali rerum statu vel ultimum teruncium extorquere non posset? An vero res pseudo-sacræ & falsæ Ecclesiæ donatæ verti possint non tantū in usus pios similes, sed etiam profanos, disputamus in *disp.5*

*aa*

*?h. §. Inst.* Moribus Belgii & Daniæ res expe-ta est. Vide *Buſ. ad l. 7. D. quod cujuſcunque univerſ. m. & Grot. in Introd. ad juriſp. Holl. lib. 2. part. 1.* re Canon. templo diruto aut igne combuſto locus on amplius ſacer manet, ſed de novo conſecrari de-t. *c. eccleſ. 20. de conſecrat. diſt. 1. c. ligneis ext. de nſecrat.* Sed hæc ſacra aliter apud nos conſtant.

*§. 9. Religioſum locum unuſquiſque ſua vo-ntate facit, dum mortuum infert in locum ſuum. ı communem autem locum purum invito ſocio ferre non licet.) in commune vero ſepulchrum e-m invitis cæteris licet inferre. (Item ſi alienus ſfructus eſt: proprietarium placet, niſi conſen-nte uſufructuario, locum religioſum non face-) In alienum locum conſentiente domino licet ferre: & licet poſtea ratum (non) habuerit, am illatus eſt mortuus, tamen locus religio-s fit.*

SUMMARIA.

1. Varia hujus loci & lectio plicatio.
2. Quid jure Divino, Ca-non. & Morib. circa loca reli-gioſa introductum ſit.

HIc §. rivulum continet ex *d. l. 6. §. religioſ. 4. D. h. t.* 1.
Sed ibi vel particula negativa *non* in fine inſe-nda, vel hic in fine expungenda eſt. Poteſt tamen utraque lectio tolerari, teſte *Giphan. ad h. §.* Sane ribonianum non ſemper de verbo ad verbum pa-graphos deſcripſiſſe, vel hic ipſe §. innuit, ubi de cio & uſufructuario quædam intermiſcuit, quæ aliis legibus mutuata videntur, puta ex *l. 6. ſi quis 6. ſi quis D. comm. divid. & l. 6. ſunt per-ſonæ*

*sonæ* 43.*de relig & sumpt. fun.* Moribus pleraque jur civilia de religiosis & sepulchris tradita abrogata sun *Zyp.in notit.jur.Belg.tit.de religios.Vinn.ad h.§.9.n.*1 ubi etiam canonem 1.13.*q*.1.*c.aurum* 12. *q.* 2. *c. ac hæc* 4.*de relig. domib.* nimiæ superstitionis arguit Patres nostros absque auctoritate & consecration Pontificis sua propria & familiaria habuisse sepul chra extra urbes, tum ex veteri, tum novo Testa mento certum est. Quin & ipsi Christiani olim su cœmeteria ante urbem habuerunt, teste *Chrysost. i serm.de fide ac lege. Augustin.epist.*64. quod & hodi debere fieri, contendunt multi multis rationibus ad ducti. Vide *Timpler.in Polit.lib.*4.*c.*1.*q.* 7. Plura ad latiorem hujus §. spectantia, vide apud *Christin. vol* 2.*decis.*194.*& seqq.Grot.de jure Bell.& pac.lib.* 2.*c* 19.*Schultz.ad h.t.lit.f.*

§. 10. *Sancta quoque res veluti muri & portæ (civitatis,) quodammodo divini juris sunt, & ideo nullius in bonis sunt. Ideo autem muros sanctos dicimus qui pœna capitis constituta est in eos, qui aliquid in muros deliquerint. Ideo & legum eas partes, quibus pœnas constituimus adversus eos, qui contra leges fecerint, sanctiones vocamus.*

SUMMARIA.

1. An muri & portæ recte dicantur res sanctæ, & juris divini?

2. Quæ pœna olim, quæ hodie in violatores dictarum rerum, ejusque ratio.

1. QUoniam & illud sanctum est, quod ab injuria hominum defensum atque munitum est. *l. sanctum.* 8. *h. t.* vel quod sanctione quadam & pœna con-

..firmatum eſt *l.* 9. §. 2. *eod.* & *l.* *ſanctio* 41. *D. de* ..*r. Macrob.* 3. *Saturn.* 3. vix abſurde muri & portæ ..untur res ſanctæ. *d. l.* 8. §. 2. *D. h. t.* & *l.* 2. *D. nequid* ..*loc. ſacr. Cic.* 2. *nat. deor. in fin.* Sed tamè minus pro-..e juris divini vocari, probat ipſe §. noſt. & *l.* 1. *D. de* ..*. divis.* Rationes vide apud *Bacchov. ad h.* §. Quod 2. ..tem illi qui muros violavit, capite plectatur, aper-..confirmatur ex *l. ult. D. h. t.* quam Multi tamen ex-..cant ex *l.* 3. §. *nec non* 17. *D. de re milit.* quaſi *d. l. ult.* ..uatur de eo caſu, quando quis tempore belli mu-.. violaverat, aut tranſilierat. Bartolus vero & vulgo ..). diſtinguunt inter muros Romæ, & muros al-..ius municipii, teſte *Sneidew. ad h.* §. Practici ſta-..int, pœnam capitalem in tranſcendentes muros & ..rtas Civitatum Imperialium, vel tranſcendentes ..opugnacula & artes munitas, ubi Imperii & Rei-..b. ſecreta cuſtodiuntur; ſed in alterius civitatis mu-..rum violatores pœnam arbitrariam, puta relega-..nis, carceris & peçuniariam. *Berl. deciſ.* 70. *per tot.* ..*hultz. ad h. t. lit g.* Sed hæ diſtinctiones invita ..riſprudentia noſtra à DD. commentæ videntur, .. diſputo *d. diſp.* 5. *ad h.* §. Moribus muros tranſcen-..ns capite non punitur, ſed nomen ipſis publica ..lumna exponi ſolet, & ita infamia affici, aut alia ..odo puniri pro arbitrio judicantis, teſte *Buſ. ad d.* ..*lt. h. t. Zyp. tit. de jure fiſci.* Quod probo, quia ..œnarum natura à circumſtantiis perſonarum, tem-..orum & locorum dependens vix patitur, ut certa ..œna criminibus præſcribi poſſit. Unde & uſu ..ceptum, ut magiſtratus plerumque arbitrariam pœ-..am minetur; interdum etiam certam, ut injiciatur ..etus ſubditis; ſed cui ſemper vel arbitraria adjici-..ar, vel reſervatur. *Zyp. in notit. jur. Belg. tit. de pœn.*

*§. 11. Singulorum autem hominum multis modis*

*modis res fiunt: quarundam enim rerum dominiu nancifcimur jure naturali, quod (ficut diximu appellatur jus gentium: quarundam (vero) jure c vili. commodius eft itaque à vetuftiore jure in pere: palam eft autem vetuftius effe jus natural quod cum ipfo genere humano rerum natura proc dit, civilia autem jura tunc effe cœperunt, cum civitates condi, & magiftratus creari, & leg fcribi cœperunt.*

HIc §. defumptus eft ex *l.* 1. *pr. D. de adq. rer. do* cum qua convenit *l. ex hoc jure 6. de Juftit.* *jur. Tull.* 1. *de legib.* De varia fignificatione juris n turalis dixi ad *tit.* 2. *Lib.* 1. *Inft.* Moribus Belg modi adquirendi ex jure civili Romano, maxime q ex mero jure pofitivo introducti funt, non fervantu ut oftendi fupra *ad d. tit.* 2. & oftendam fuis loc latius.

*§. 12. Feræ igitur beftiæ, & volucres, & pifces, & (omnia) animalia, quæ mari, cœlo, & terra nafcuntur: fimulatque ab aliquo capta fue rint, jure gentium ftatim illius effe incipiunt. quo enim ante nullius eft, id naturali ratione occupant conceditur, nec intereft, feras beftias & volucre utrum in fuo fundo quis capiat, an in alieno. Plan qui alienum fundum ingreditur venandi aut aucupandi gratia, poteft à domino, fi is præviderit, prohiberi, ne ingrediatur, quicquid autem eorum ceperis, eo ufque tuum effe intelligitur donec tua cuftodia coërcetur. Cum vero tuam evaferit cuftodiam,*

*diam, & in libertatem naturalem sese recepetuum esse desinit, & rursus occupantis fit. Naalem autem libertatem recipere intelligitur, cum oculos tuos effugerit, vel ita sit in conspectu ut cilis sit ejus persequutio.*

SUMMARIA.

. Textus probatio ex va- arctatum esse, eorumque ratio, sed male pro pœna ipsas feras

. Moribus jus venandi co- bestias auferri.

Tiam hic §. descriptus videtur ex *d.l.1.§.ult. & l.* 1.
3.*& l.5.pr.D.de adq.rer.dom.* & latius confirmaac illustratur ex *l.Pompon.*44.*& l.in laqueum* 55.
*eod.l.Divus* 16.*de S.P.R.& l.*13.*§.fin.D.de injur.& .§.item feras* 14.*D.de adq.vel amit.poss. Cic.*1.*de c.Quintil.*13.*declamat.Arist.* 1. *pol.* 4. Denique à lege creationis hoc genus adquirendi comprotur.*c.*1.*Genes.& Psalm.* 8. Vide *Selden. lib.* 6. *de re nat. juxta disciplin.Heb.c.*4.Moribus jus venandi 2.
modum coarctatum est, ut videre licet apud *Gulin.lib.2.c.2.de jure noviss. Zyp.in notit.jur.Belg. tit. jure fisci.Grot.in Introd.ad jurisp.Holl.lib.2.part.4. ron.ad h.t.part.poster.Tulden. ad h. §. & Vinn. ad §. q.Schultz.ad h.t.lit.a.Bus.ad d.l.16.de S.P.R.& l.1. adq. rer. dom.* Ubi & rationes Morum addit, quas os supra attigimus in §. 2. *Inst. h. t.* Plures vide aid *Wesemb.ad d.tit.de adq.rer.dom. Christin. vol.* 5. *cis.*84.*n.*37.*& seqq.* Dixerim tamen, ipsas feras estias etiam contra mandatum Principis captas fieoccupantium, quia hoc jus divinum morale (scil: uod nullius est, occupantis fit), sua natura æternum ita immutabile est, ut vix feræ auferri debeant, sed ntum pœnæ exigi.*d.§.n.*12.Vide *disp.nost.ad h.§. & yp.tit.de jure fisci.*

L §. 13.

*§. 13. Illud quæsitum est, an si fera bestia it vulnerata sit, ut capi possit, statim tua esse intelligatur? (Et) quibusdam placuit, statim esse tuam & eousque tuam videri, donec eam persequaris quod si desieris persequi, desinere esse tuam, & rursus fieri occupantis. Alii vero putaverunt, non aliter tuam esse, quam si eam ceperis. Sed posteriorem sententiam nos confirmamus, quod multa accidere soleant, ut eam non capias.*

SUMMARIUM.

Moribus receptior senten- | tia Trebatii, ejusque probatio

HIc locus mutuatus est ex *d. l.* 5. §. 1. *de adq. rer. dom.* juxta cujus sententiã etiam judicatum refert *Christin. vol.* 5. *decis.* 84. *n.* 23. Sed Moribus receptior est opinio Trebatii, testibus *Giphan. & Balduin. ad h.* §. qua & nos probamus, quia causa movẽs inprimis & in præmiis & in pœnis attẽditur. Ergo & fera suscitata, licet ab alio capta, pertinebit ad eum qui detexit, aut saltem ille qui cepit, mulctabitur à Saltuario. *Grot. d. lib.* 7. *manuduct. c.* 4. *Schultz. ad h. t. lit. k. Vinn. ad h.* §.

*§. 14. Apium quoque fera natura est. Itaque (apes,) quæ in arbore tua consederint, antequam à te alveo includantur, non magis tuæ intelliguntur esse, quam volucres quæ in arbore tua nidum fecerint, ideoque si alius eas incluserit, is earum dominus erit. Favos quoque, si quos effecerint eximere quilibet potest. Plane integra re, si prævideris ingredientem, fundum tuum, poteris eum jure prohibere, ne ingrediatur, Examẽ quoq;, quod ex al-*

*tuo evolaverit, eo usque intelligitur esse tuum, nec in conspectu tuo est, nec difficilis persequutio s est, alioquin occupantis fit.*

SUMMARIUM.

aria opinio circa apes, Ju- civilis probatio, sed limi- mitatio Auctoris addita.

HIc textus descriptus est ex *ead. l. 5. §. apium 2. & duob. seqq. D. de adq. rer. dom.* Sed Plinius scri- t, apes nec mansueti generis esse, nec feri. *lib. 11. t. Hist. c. 5. Mag. lib. 1. miscell. c. 3.* Qui sequendi? ti, saltem in casu nostro de quo noster §. agit. Præ- ea apes feras bestias esse, probatur *l. si apes 26. D. furt.* cui convenit *judic. c. 14 vers. 8.* Sed si alveis stris inclusæ sunt, & evolant revolantque, tamdiu in trimonio nostro esse intelliguntur. *l. Pompon. 8. §. 1. famil. ercisc. l. 3. §. 16. de adq. poßess.* Hinc *Varro l. 3. re rust. c. 16. & Columell. lib. 9.* distinguunt apes feras & cicures, id est, cicuratas sive mansuefa- s, ut mox dicturi sumus de pavonibus & colum- s. Examen tamen quod ex alveo meo evolavit, amvis oculos meos effugerit, dixerim mihi resti- endum, si probabiliter probavero, meum esse, od arbitrio judicis relinquo. Vide tamen *Schneid. c. n. 6. Grot. in Flor. spars. eod.*

§. 15. *Pavonum quoque & columbarum fera atura est, nec ad rem pertinet, quod ex consue- dine evolare & revolare solent, nam & apes i- em faciunt, quarum constat feram esse naturam. ervos quoque quidam ita mansuetos habent, ut in ilvam ire, & redire soleant: quorum & ipsorum eram esse naturam, nemo negat. In iis autem*

 *ani-*

*animalibus, quæ ex consuetudine abire & redi solent, talis regula comprobata est, ut eousqu tua esse intelligantur, donec animum reverten habeant, nam si revertendi animum habere desi rint, etiam tua esse desinunt, & fiunt occupa tium. Revertendi autem animum videntur d sinere habere tunc, cum revertendi consuetudine deseruerint.*

SUMMARIA.

1. Textus confirmatio & explicatio
2. Quid Moribus servetur circa mansueta animalia qu non habent certum dominu quid circa columbas.

1. HIc §. sumptus est ex *d.l.5.§.pavonum 5. de adq rer.dom.* Pavonum autem & columbarum ferar naturam esse, non mansuetam, respondit quoqu *Pompon.in d.l.8.§.1. D.fam. ercisc. Paul. in d. l. 3.§ aves 17.& seqq. D.de adq.poss.* ideoque per mansue tum pavonum in *l.si pavon.37.de furt.* intelligi opor tet arte mansuefactum. Idem est, quando nos in no stra vernacula lingua distinguimus inter **tamme en de wilde pauwen**, inter **tamme ende wilde duyven** *Grot.d.lib.2.part.4.& vulgo DD.ad h.§.* Nec obsta distinctio *Varronis.lib.3.de re rust.c.7.& Columel. lib 8.c.11.* ubi distinguunt inter pavones agrestes & do mesticos, quia per domesticos intelligunt mansuefa ctos. Se inde minime sequitur, pavones tamē in gene re non esse feræ naturæ. Exemplū de cervo qui ire in sylvam & redire solebat, habemus apud *Virgil.l.7.& Plutarch. in Sertor.* Quando autem cervus vel co lumbæ & pavones consuetudinem revertendi dese ruisse intelligantur, arbitrio judicis committendum
2. arbitror. Vide *disp.nostr.ad h.§.* Moribus mansueta

ani-

imalia quæ non habent certum dominũ, pertinent d dominum territorii in quo reperiuntur, ut ἀδέσποτα de quibus in §§. *seqq.* Præterea multarum Civitum consuetudine seu conniventia licet columbas mansuetas capere, & pro captura pretium redemptionis exigere, quasi nonnihil de consuetudine revertendi deseruerint, si ad alias transvolent & capiantur. Vide omnino *Christin.ad ll.Mechlin.tit.2. art.17.* Hebræi distinguunt, ut extra triginta stadia columbari capi queant, non intra. Vide *Grot.Flor. sparſ.hic.Selden.de jure nat.l.6.c.11.*

§. 16. *Gallinarum autem & anserum non est fera natura, idq; ex eo possumus intelligere, quod aliæ sunt gallinæ, quas feras vocamus, item alii sunt anseres, quos feros appellamus. Ideoque si anseres tui, aut gallinæ tuæ, aliquo modo turbati turbatæve evolaverint, licet conspectum tuum effugerint, quocunque tamen loco sint, tui tuæve esse intelliguntur: & qui lucrandi animo ea animalia retinet, furtum committere intelligitur.*

DEsumptus & hic §. ex *d.l.* 5. §. *gallinar. 6.D. de adq.rer.dom.* & confirmatur per *l.* 44. *Pompon. fin.D.eod.* Nec abhorret ab hac sententia *Varro lib. c.9.*& 10.ubi anseres in feros & mãsuetos, gallinas in gallicas, rusticas & Africanas distribuit. Columella vero in cohortales, rusticas & Africanas. *l.*3.*c.*2. Plura de natura & generibus anserum gallinarumq;, vide apud *Plin.l.*10.*c.*21. *Pallad.l.*1.*c.*30. De pœna ejus qui gallinam occidit, vel furatus est, deque gallina quæ evolando in domum vel aream alcujus damnum dedit, vide *disput.nost.ad h.§.Schneid.ad §.*& *Schultz ad lit.m.*

§. 17.

*§. 17. Item ea, quæ ex hoſtibus capimus, ju- re gentium ſtatim noſtra fiunt: adeo quidem, ut & liberi homines in ſervitutem noſtram dedu- cantur. qui tamen, ſi evaſerint noſtram poteſta- tem, & ad ſuos reverſi fuerint, priſtinum ſtatum recipiunt.*

SUMMARIA.

1. Textus temperamentum.
2. Quid Moribus hic cautum, quid jure Divino, ejuſ ratio?

1. HIc §. deductus ex *ead. l. 5. §. ult.* confirmatur e *l. transfugam 51. §. 1. D eod.* Sed haud dubie dicti textus loquuntur de rebus mobilibus; quod partim evincitur ex voce capientium, partim ex *l. ſi captiv. 20. §. 1. D. de captiv. & poſtl. reveſ. l. 16. in agr. D. de adq. rer. dom. & l. 11. de evict.* ubi ager ve publicatus, vel inter milites diſtributus eſt. Sed nec de omnibus rebus mobilibus §. noſter intelligi debet, quia præda ab hoſtibus capta fiſco inferebatur. *l. pen. D. ad l. Jul. peculat. Gell. lib. 13. c. 23. & lib. 7 c. 4.* quia præda non à ſingulis, ſed à toto exercitu occupatur. Vel dicendum, quod jure Romano per *dd. ll.* à jure gent. diſceſſum ſit. Paulo aliter *Grotius lib. 3*
2. *de jure bell. & pac. c. 6. & Tulden. & Vinn. ad h. §.* Moribus noſtris bona immobilia manent in patrimonio prioris domini, niſi ex ſingulari delicto interdum in fiſcum redigantur. *Buſ. ad d. l. 5. h. t. & Zyp. in notit. jur. Belg. tit. de ſerv.* Rationes vide ad *§. 3. Inſt. de jure perſon.* Mobilia vera bona, quæ milites capiunt in excurſionibus, fiunt eorum, qui in comitatu & periculo fuerunt, ſed ſalva tamen aliqua parte prædæ, quæ Principi, Præfecto urbis & Capitaneo tribuenda eſt; quia illorum permiſſione & gratia ſpolia nacti ſunt. In

veteri

veteri Testamento manubiæ etiam in publica acie captæ distribuebantur inter milites. *Genes.* 14. *Deut.* .. c. 1. *Samuel.* c 30. *& passim.* Cujus forte hæc fuit ratio, quia non utebantur milite mercenario, ut nos hodie; vel alia ratio singularis, quæ nos latet. Vide *Selden. de jure nat. lib. 6. c.* 16. Hoc certum, quod olim etiam Græci, teste *Homero Iliad.* 10. & Romani, teste *Livio passim*, prædam sæpe inter milites dispertiti sunt. Promittitur & apud nos aliquando præda, ut spe ejus miles reddatur alacrior & hosti infensior. Vide *Baron. hic. Tholosan. Syntagm. lib.* 10. *c.* 415. De captivis & jure postliminii, dixi supra ad *Lib.* . *Inst.*

§. 18. *Item lapilli & gemmæ, & cætera, quæ in littore maris inveniuntur, jure naturali statim inventoris fiunt.*

SUMMARIUM.

1. Jus de Lapillis justum esse, sed mutari posse, ejusque temparamentum.

2. An & quomodo res in via publica inventæ adquirantur, & quales hic Mores?

HIc §. redolet *l.* 3. *D. de rer. divis.* & confirmatur ex *l.* 1. §. 1. *de adq. poss.* Ratio in promptu est, 1. quia natura, vel potius Deus Opt. max. illas res ad communem usum generis humani creavit, & ideo cuilibet primo invenienti concedisse intelligitur. Quin tamen & hoc jus gentium à fortiori ratione mutari possit, nullus ambigo. Quid enim si sint lapilli magni pretii, quo ipsum regnum non tantum condecorari, sed & sustentari possit? Sed ubi jus commune servatur, non sufficit prædictas res conspexisse, sed occupasse. *d. l.* 1. §. 1. quod tamen quidam accipiunt cum hoc temperamento, nisi quis simul vide-

rit & proteſtatus ſit, **myn de buyt half**; quia ſi ſol fuiſſet, forte ſolus occupaſſet. Quo ſpectat ju- catum, quod refert *Horat. Rovat. deciſ. Lucenſ.* 23. *Vi- den. hic. c.* 13. Aliæ vero res in via publica vel priva inventæ, ſemper domino reſtituendæ ſunt, quia n mini abſque culpa & voluntate res ſua auferri deb Sed ſi per præconium indicata eſt, & tamen don nus adhuc ignoretur, poteſt interim vel fiſco vel pa peribus adplicari ut ἀδέσποτα, ſed non inventor quia ille caſu fortuito & ſine labore invenit. Vi *Auth. omnes C. commun. de ſucceſſ. & Covaruv. ad peccat. p.* 3. §. 1. *n.* 25. *Tholoſan. ſyntagm. lib.* 20. *c.* 3. Und nec prœmium petere poteſt, licet ſponte oblatu accipere, quod Græci εὕρετρον vocant. Variant Mores vide apud *Baron. hic. part. poſter. Schultz. ho lit. r. & u. N. Burgund. ad Conſuetud. Fland. tract.* 1.

§. 19. *Item ea, quæ ex animalibus domi nio tuo ſubjectis nata ſunt, eodem jure tibi adqui runtur.*

SUMMARIUM.

Quæ ratio & uſus hujus § | ejuſque limitatio.

HIc §. nihil differt à *l. item quæ* 6. *D. de adq. rer dom* cui ſuffragantur *l.* 5. §. 2. *de R. V. l.* 7. *C. eod. l vaccæ* 43. *de evict. Quintil. declamat.* 16. *& vulgo DD ad h.* §. Ratio in lege naturæ eſt, quæ vult ut partus qui eſt pars matris *l.* 1. §. 1. *de inſp. vent.* pertineat ad dominum animalis, propterea quod non tantum fecit ad generandum, ſed & fovendum, & quidem ſumptibus domini. Quare & hunc §. Moribus ſervandum puto, modo domino caballi qui equam alicujus gravidam reddidit, ſolitum pretium ſolvatur, ne quis fiat locupletior cum alterius jactura, aut lucrum ſentiat

ex

re alterius sine aliqua remuneratione, præsertim si mino ignorante & invito adquisitum est, ut hic. A-er *Grot.2.c.8.de jure belli & pac.*

*§. 20. Præterea quod per alluvionem agro tuo men adjecit, jure gentium tibi adquiritur. Est tem alluvio incrementum latens. Per alluvionem tem id videtur adjici, quod ita paulatim adjici-r, ut intelligi non possit, quantum quoque tempo-momento adjiciatur.*

SUMMARIUM.

Ratio hujus §. Mores varii, tentia Auctoris, & quid de feudis.

HIc §. convenit cū §.1.*l.7. adeo.D.de adq.rer. dom.* & confirmatur per duas exceptiones, quæ ex-nt in *l.lacus* 12.*& l.in agris* 16.*D.eod.* Adde *tot. tit. de alluv.& palud.* Rationes hujus juris variæ alle-ntur, quas videre est apud varios *DD.ad h.§.* Mihi ec ratio probabilissima videtur, quod alluvionis be-eficium fortunæ, seu naturæ donum sit. *arg. l. si is* 63. 1 *D.h.t.* & istius *Lucani*: *Illos terra fugit dominos, s rura colonis accedunt donante Pado.* Vel, ut hristianius loquar, Dei beneficium, quod occulta uadam providentia aufertur uni & in alium transfer-r. Deinde ei qui passus est alluvionem, imputari otest, quod ripam suam non fortius muniverit. *l.1. . de alluv. & Aggen. urb.de limitib. agror.* Mores & s judicatæ circa hunc articulum variant, ut videre cet apud *Grot.2.manud.9.& lib. 2. de jure bell. c. 8. & Vinn. ad h.§.Schultz.ibid.lit.bb.* Sed cum hodie flu-nina probabili ratione principum propria sunt, ut lixi ad §.2.*h.t.* quidni & effecta seu beneficia flumi-um? nulla hic opera vel industria domini adqui-

rentis,

rentis, quo jure ergo vel titulo dominus? Idem -cendum videtur de fundis feudalibus, quia Moril fere allodialibus comparantur. Vide tamen *Schu.* & *Vinn. d. loc.*

§. 21. *Quod si vis fluminis de tuo prædio p-tem aliquam detraxerit, & vicini prædio attuler palam est eam tuam permanere. Plane si lo-giore tempore fundo vicini tui hæserit, arboresq quas secum traxit, in eum fundum radices eg rint, ex eo tempore videntur vicini fundo acquisi esse.*

SUMMARIA.

1. Textus correctio, probatio & conciliatio. | 2. Quid Moribus hic & j re Saxonico statutum?

1. HIc §. ad verbum quoque descriptus est ex *d. l.* 7. *quod si* 2. *D. de adq. rer. dom.* eoque haud dub hic pro, *videntur adquisitæ*, legendum, *videtur a quisita*, scil. illa pars terræ quam vis fluminis secur traxit, quæque fundo vicini hæsit & coaluit. *l. ho ampl.* 9. §. 2. *Alfen. D. de dam. inf. l. sed si meis* 26. §. 2. *L h. t.* Nec obstat *l. idem Pomp.* 5. §. *de arbore* 3. *de R. V* quia dicendum, quod *d. l.* 5. loquatur de æquo & bo no, ut non semel §§. *seqq. hujus tit.* loquuntur de sum mo & stricto jure, quod primo inculcandum studiosi videtur: vel dicendum, quod variæ fuerint sententia veterum: vel quod actio utilis, (ut & actio in factum quæ actioni in rem subsidiaria est. *l.* 23. §. 5. *D. de R. V.*
2. competat duntaxat ad pretium repetendum. Mo ribus, quibus simplex sequimur jus gentium, domi no res restituenda est, ne quis invitus rem suam sine facto suo amittat. Nec video quomodo illa ratic (quod

(quod ſcilicet pars coaluit, vel arbor radices agit) naturalis dicatur. Dixerim potius ſubtilitates eſſe, & apices juris, qui in praxi non ſervantur. Secus tamen e jure Saxonico teſte *Schultz.ad h.t. lit.cc.*

§. 22. *Inſula, quæ in mari nata eſt, (quod raro accidit) occupantis fit. nullius enim eſſe creditur. At inſula in flumine nata (quod frequenter accidit) ſi quidem mediam partem fluminis tenet, communis eſt eorum, qui ab utraque parte fluminis prope ripam prædia poſſident: pro modo (ſcilicet) latitudinis cujuſque fundi, quæ prope ripam ſit. Quod ſi alteri parti proximior ſit, eorum eſt tantum, qui ab ea parte prope ripam prædia poſſident. Quod ſi aliqua parte diviſum ſit flumen, deinde infra unitum, agrum alicujus in formam inſulæ redegerit, ejuſdem permanet is ager, cujus & fuerit.*

SUMMARIUM.

Quid juris hodie circa inſulas in mari vel flumine natas, ejuſque ratio?

HIc § compilatus eſt ex *ead.l.7.§.3.&* 4.*D. de adq. rer.dom.* Inſulas autem interdum natas fuiſſe in mari, tradiderunt *Strabo lib.1.Halicarnaſſ.lib.1. Dio. Caſſ.lib.55.Plin.2.c.85.*Plures quos refert *Grot.in Flor. ſpars.hic.* Sed quoniam apud pleraſque Gentes dominatus maris pertineat ad Principes mari vicinos, inſula in mari nata dictis Principibus cedit. *Zyp.in notit.jur.Belg tit.de jure fiſci.& in jud.ſuo lib.*4.*c.*1.*§.*12. *Schultz.ad h.t.lit.ee.* Vide quæ ſupra dixi ad §.1. *& h.t.* Ex eadem ratione hodie & inſula in flumine

nata

nata adquiritur Principibus, per quorum ditione flumen currit. *Zyp. d.loc.Schultz. lit. dd. Lamb. Go de Advers.tract.*4.§.23.*Grot.*2.*manud.c.*9.*Vinn.ad* §. 7. Adde nostra *ad h.*§.2.*h.t.* Quod tamen Moribu ager à flumine in formam insulæ redactus maneat ejus, cujus fuit ager, nullum est dubium, quia propri tatis causa seu species mutata non est. *l.ergo* 30.§.2.*L h.t.*

*§. 23. Quod si naturali alveo in universum derelicto, ad aliam partem fluere cœperit: prio quidem alveus eorum est, qui prope ripam ejus prædia possident: pro modo scilicet latitudinis cujusque agri, quæ prope ripam sit, novus autem alveus ejus juris esse incipit, cujus & ipsum flumen est, id est, publicus. Quod si post aliquod tempus ad priorem alveum reversum fuerit flumen: rursus novus alveus eorum esse incipit, qui prope ripam ejus prædia possident.*

SUMMARIUM.

Limitatio textus ejusque | usus in Belgio.

HIc §. quoque ex eadem *lege* 7.§.*quod si toto* 5.*D. de adq.rer. dom.* descriptus videtur; sed notandum, Imperatorem de secundo seu novo alveo, quem fluvius ad priorem recurrens reliquit, tantum strictum jus descripsisse, non jus quod obtinebat. *d.*§. 5. *in fin.* Cujus facti rationes variæ redduntur à *DD.ad h.*§. *n.* Vide & nostras ad §.21.*h.t.* Ut ut sit de jure Romano, Moribus Belgii æquitas Gaji servanda est, quia non scrupulosas argutationes, sed simplicem æquitatem naturalem sequimur. Esset autem contra omnem

nem æquitatem priſtinis dominis, qui hactenus ris ſui caruerunt, nihil juris in novo alveo concere. Prior alveus ut inſula Moribus adquiritur fiſco. *hultz.ad h.t.lit.ff.Vinn.ad* §.22.& 23. *h.t.* Rationes ique obviæ ſunt ex præcedentibus.

§. 24. *Alia ſane cauſa eſt, ſi cujus totus ager undatus fuerit, neque enim inundatio fundi ſpeem commutat, & ob id ſi receſſerit aqua, palam eſt m fundum ejus manere, cujus & fuit.*

SUMMARIUM.

Textus intellectus & exten-,& quid de Moribus Hollandiæ circa agros merſos.

Hic §. deſumptus eſt ex §.6.*aliud d.l.* 7.*D. de adq. rer.dom.* & confirmatur *per.l.ergo* 30.§. 3. *alluvio. eod.&l.*1.§.*aliter* 9. *de fluminib* Itaque durante inndatione non tantum poſſeſſio amiſſa intelligitur, 3.§.*Labeo* 17.*D.de adq.poſſ.* Sed etiam uſufructus & roprietas. *l.ſi ager* 23.*quib.mod.uſuſf.amitt.* quia ocipatum ſequitur conditionem occupantis. *l.pen.h.t.* ed ſi aqua diſceſſerit, & forma agri non ſit mutata, tũc proprietas reſtituitur & uſusfructus. *d.l.* 23. Et hæc t illa difficultas, quæ circa *d.l.*42.& *dd.ll.antecedentes D.* torſit. Vide *Hotom.* & *Vinn. ad h.§.n.* Moribus Iollandiæ ager qui per decẽ annos merſus fuit, pro erelicto habetur, niſi vel piſcando vel aliis ſignis poſſſio continuata videatur. *Grot.*2.*introd.c.* 9. & 2. *de ure bell.*8.*Vinn. ad h.§.* 24. Quæ conſuetudo proℓcto dura videtur, cum non valenti agere præſcriio currere non debeat, nec domino res ſua auferri ne cauſa. *l.& Atilicin.*35.*de S.P.R.* Sed Principem eteribus agrorum dominis tempus præfigere poſſe, ıtra quod ſiccent agros, & novo agere muniant, jure me-

Servit. praed. Rust.

meritoque sentit idem *Vinn.d.loc.*

*§. 25. Quum ex aliena materia species aliqua facta sit ab aliquo: quæri solet, quis eorum naturali ratione dominus sit, utrum is, qui fecerit, an potius ille, qui materiæ dominus fuerit? ut ecce si quis ex alienis uvis, aut olivis, aut spicis, vinum, aut oleum aut frumentum fecerit: aut ex alieno auro, vel argento, vel ære vas aliquod fecerit: vel ex alieno vino & melle mulsum miscuerit: vel ex medicamentis alienis emplastrum aut collyrium composuerit: vel ex aliena lana vestimentum fecerit: vel ex alienis tabulis navem, vel armarium, vel subsellia fabricaverit. Et post multam Sabinianorum & Proculianorum ambiguitatem, placuit media sententia existimantium, si ea species ad priorem & rudem materiam reduci possit, eum videri dominum esse, qui materiæ dominus fuerit: si non possit reduci, eum potius intelligi dominum, qui fecerit: ut ecce, vas conflatum potest ad rudem materiam æris, vel argenti, vel auri reduci, vinum autem, vel oleum, aut frumentum ad uvas, vel olivas, vel spicas reverti non potest: at ne mulsum quidem ad vinum & mel resolvi potest. Quod si partim ex sua materia, partim ex aliena speciem aliquam fecerit quis, veluti ex suo vino & alieno melle mulsum miscuerit, aut ex suis & alienis medicamentis emplastrum aut collyrium, aut ex sua lana & aliena vestimentum fecerit: dubitandum*

*non*

*... est, hoc casu eum esse dominum, qui fecerit: ...n non solum operam suam dederit, sed & par... ejusdem materiæ præstiterit.*

SUMMARIA.

1. Textus limitatio & explicatio, ejusque ratio.

2. Nova sententia Auctoris contra jus Romanum.

VIdetur & hic §.mutuatus ex *d.l.7.§.7.cum quis D. de adq.rer.dom.* Sed sub illa limitatione, ut di...dum sit, Justinianum in exemplo frumenti dissen... â Gajo in *d.§.7.in fin.* Vel Tribonianum, vel Li...rios oscitanter descripsisse & omisisse, quæ Gajus in ... *d.§.7.* de frumẽto refert; ubi qui spicas excussit, nõ ...vam speciem facit, sed eam quæ est, detegit. Quod ...em loquatur de eo qui suo nomine & bona fide ex ...esriu materia novam speciem fecerit, haud neces... est exprimere, quum per se satis manifestum ... Addidit tamen *Gajus in d.§.7.pr.& Paul. in l. de ...12.§.si quis 3.D.ad exhibend.* Porro hæc media sen...tia non solum Gajo & Imperatori placuit, sed e...m Callistrato & Paulo in *l.lacus §.ult. & l in omnib. ...& seqq.D.de adq.rer.dom.Ulpian.in l.5.de R.V.* Ra... distinctionis hæc adfertur, quod manente materia, ...ma sequatur dominium materiæ. *l.quæsitum 78.§. ...ud 4.D.de leg.3.* Sed materia extinctâ (quæ extin... censetur, quando non potest in sua initia redigi, ... est, in pristinum statum reduci) dominus formæ ... dominus totius speciei: quia fecit, ut in rerum na...ra esset. *l.3.§.generis 21.D de adq.poss.& l. quidquid ...§.1. D.h.t.* Verum enimvero, nos salvo Aliorum ju... 2.
...cio, sic sentimus, posteriorem rationem non nisi me... ...n subtilitatem esse, quæ regulariter Moribus Chri...nianorum improbatur. Et licet forma det esse

rei

rei, & per formam res ſit, id quod eſt; tamen altera ratio longe fortior eſt, quod id, quod noſtrum eſt, ſine facto noſtro ad alium transferri nequeat. *l.id.quod* 11. *de R.J.* Hæc, inquam, ratio tam fortis eſt, ut ne quidem excellentia artis vinci poſſet. Itaque materiæ dominus pretium formæ ſolvere poteſt, quod peritis arbitris committitur definiendum. Sed ad reſtitutionem materiæ agere non poteſt, licet ſpecies ad rudem materiam reduci queat, quia illa diſſolutio induceret amiſſionem formæ, id eſt, incommodum, quod non debet alteri per alterum inferri. *l.non debet.* 74.*de.*R.*J.* nec indulgeri malitiis *l.in fundo* 38.*de* R.*V.* Vide *diſp.noſt.ad h.*§. ubi ſubſiſtimus. Sed hactenus de rei dominio, de quo duntaxat hic quæſtio eſt. Quin tamen & de jure Romano actio vel exceptio ad pretium materiæ vel formæ recuperandum & retinendum competierit, nemo dubitet. *arg.l.in rem* 23.§.4. *&* 5.*D.de* R.*V.Vinn.hic.in fin. & Grot.* 2. *Introd. c.* 8. Quid dicendum ſit de eo caſu (quem Imperator hic attexuit) quãdo quis præter formam partem materiæ contulit, ſatis apparet ex ſuperioribus, quod ſcil. domino materiæ ſolventi pretium pro forma & altera parte materiæ integra ſpecies tradenda ſit. *d.l.* 11.*de R. J.* niſi forſan & hic locum habeant quæ dixi ad §. 27. *& ſeqq.* Grotius ſpeciem communem fieri putat, ut olim veteres in *d.l.*5.§.1.*de R.V.* Vide *Grot.lib.*2. *c.* 8. *n.*19.*& ſeqq.de jure bell.& pac.* Quid ſtatueudum, de eo qui ſciens ex alterius materia ſpeciem fecerit, colligere licet ex §.29.& 30.*h.t.* Porro alias in caſu dubio judicem oportere mediam viam ingredi, monet *l.filio* 7.*D.ut legat.nom.cav.Cujac.*17.*obſ.* 21. *Theſaur.deciſ.*259.*Boer.deciſ.*239.

*§. 26. Si (tamen) alienam purpuram veſti-*

*ento suo quis intexuerit, licet pretiosior sit purpu- a, tamen accessionis vice cedit vestimento: & qui ominus fuit purpuræ, adversus eum, qui sub- puit, habet furti actionem & condictionem, sive se sit, qui vestimentũ fecit, sive alius. nam extinctæ s, licet vindicari non possint, condici tamen furi- us, & quibusque aliis possessoribus possunt.*

SUMMARIA.

1. Verus §. sensus ejusque tio & comprobatio.

2. Quid Moribus hic ex Sententia Auctoris?

HIc §. inventus & intertextus à Triboniano spe- ciem exceptionis continere videtur. Quanquam nim purpura separari possit, tamen accessionis vice estimento cedit. Aut saltem dicendum est, Tribo- anum hic agere de modo adquirendi, qui fit per ac- essionem, ubi pars totum, vel ornatus rem orna- m sequitur, qui non multum differt à præcedenti odo in §.25. Superior autem regula de accessione in specie de purpura quæ cedit vestimento, extat *l.tigni 7. §.2.D.ad exhibend. l. sed si meis 26. §.1.de dq.rer.dom.l cum aurum 19.§.perveniamus 13.D. de ur.& argent.leg.* Reliqua hujus paragraphi varie ex- licantur à Variis: Sed quoniam vix hujus loci sint, ixque ullum habeant usum, breviter duntaxat ea tingo. De actione furti & condictione qua fures similes possessores conveniri possint, dicam (Deo olente) latius ad *§.ult.Inst.de obligat.quæ ex del.nas.* *§. sic itaque 14. & seqq.Inst.de act.* Interim ad hæc telligenda secundũ mentẽ Justiniani, vide *Balduin. iphan.Pac. ad h. §. n.* An malæ fid. possessor purpuræ iam actione ad exhibend. teneatur, indicant nostra *§.29 h. t.* Sed bonæ fidei intextor tantum pretii re- 1

ſtituendi gratia actione in factum conveniri poteſt. *in rem 23. §. 5. D. de R.V.* Moribus Belgii domin res ſua reſtituenda eſt, maxime ſi nulla ei culpa impu tari poteſt, cur amitteret. *d. l. 11. de R.J.* Itaque ill regula, quod acceſſorium ſequatur naturam ſui prin cipalis, vel quod habeatur pro extincto, potius ſubti litas quædam eſt, & non juris gentium; aut ſaltem ra tio minus fortis quæ cedat ſuperiori. Sit ergo uter que in bona fide, utrique etiã aliquid imputari poſſit quod non ſatis diligenter inquiſiverint in res ſuas ſervanda tamen erit illa regula nobis innata (ſcilicet quod res minus pretioſa cedat pretioſiori) donec for tius innata aut impreſſa vincatur, ut latius in *§. præcedẽ ti & ſeqq.* videre eſt. Quo inclinat etiã *Plin. in præfat.* 33. *& Autum. ad l. 23. de R. V.* De prohibito uſu purpu ræ vide *Zyp. de colleg. artif. 12. in fin.*

*§. 27. Si duorum materiæ ex voluntate dominorum confuſæ ſint: totum id corpus quod ex confuſione fit, utriuſque commune eſt: veluti ſi qui vina ſua confuderint, aut maſſas argenti vel auri conflaverint. Sed & ſi diverſæ materiæ ſint, & ob id propria ſpecies facta ſit, forte ex vino & melle mulſum, aut ex auro & argento electrum: idem juris eſt, nam & hoc caſu communem eſſe ſpeciem non dubitatur. Quod ſi fortuito, & voluntate dominorum confuſæ fuerint, vel ejuſdem generis materiæ, vel diverſæ: idem juris eſſe placuit.*

SUMMA-

SUMMARIUM.

Textus temperamentum & [p]robatio, ſed rejecta ab Auctore.

HIc §. collectus eſt ex *l.7.§.voluntas* 8 *& ſeq.D. de adq.rer.dom.* Sed intelligendus cum hoc temperamento, uti tunc demum confuſio caſu fortuito facta corpus commune efficiat, quando materiæ ſeparari nō poſſunt: quod & exēplis in *d.§.*8. adjectis, & *l.lacus* 2.§.1.*h.t.& l.*3.*§.ult.de R.V* probatur. Sed hoc à ratione alienū puto, quia hoc modo invitus quis incideret in communionem, quæ mater diſcordiarum eſſe ſolet. *l.*77. §. 20. *de leg.* 2. Itaque cum Caſsio in *l.* 27. *quidquid.*§.1.*h.t.* ajo pro portione rei æſtimandum, vel pro pretio cujuſque partis, quia pretioſius natura ad ſe trahit minus pretioſum, & major pars minorem. Adde *juſtiſsime* 44. *de ædilit. edict.* Fiat ergo dominus ſpeciei cui natura favit, ſed reddito pretio alteri materiæ domino, qui caſu eam amiſit. Vel ſi materiæ æquales ſunt, res ſorti committi poteſt. Paulo aliter *Hotom.ad h.§.in fin.* De varia ſignificatione confuſionis & mixtionis vide *Grot.in Flor.ſpars.hic.*

§. 28. *Quod ſi frumentum Titii frumento tuo miſtum fuerit, ſiquidem ex voluntate veſtra, commune eſt: quia ſingula corpora, id eſt, ſingula grana quæ cujuſque propria fuerunt, ex conſenſu veſtro communicata ſunt. Quod ſi caſu id miſtum fuerit, vel Titius id miſcuerit ſine tua voluntate, non videtur commune eſſe: quia ſingula corpora in ſua ſubſtantia durant. Sed nec magis iſtis caſibus commune fit frumentum, quam grex intelligitur eſſe communis, ſi pecora Titii tuis pecoribus miſta fue-*

*rint. Sed si ab alterutro vestrum totum id frumentum retineatur, in rem quidem actio pro modo frumenti cujusque competit: arbitrio autem judicis continetur, ut ipse æstimet, quale cujusque frumentum fuerit.*

SUMMARIUM.

Sententia Auctoris & Mo- ¦ res.

HUjus §. confirmatio elicitur ex *l.5.pr. D. de R.V. & l.rerum 30.de usurpat.& usucap.Aristot lib. de ort.& inter.* Mallem tamen hic adhiberi distinctionem, quam adhibui supra in *§. præcedenti* 27 nec quidquam hic possessori tribuendum arbitor,ut actori condemnetur in id quod interest, uti explicat *Hotom. ex Theoph.* Sed nec dividendum acervum, propter rationes in *d.§.27.* allegatas. Moribus tamen jus civile & circa commixtionem & circa confusionem servari, testatur *Vinn.ad h.§.in fin.*

*§. 29. Cum in suo solo aliquis ex aliena materia ædificaverit, ipse intelligitur dominus ædificii, quia omne quod solo inædificatur, solo cedit. Nec tamen ideo is, qui materiæ dominus fuerat, desinit dominus ejus esse: sed tantisper neque vindicare eam potest, neque ad exhibendum de ea re agere, propter legem duodecim tabularum, qua cavetur, ne quis tignum alienum ædibus suis junctum eximere cogatur, sed duplum pro eo præstet per actionem quæ vocatur de tigno juncto. Appellatione autem tigni omnis materia significatur, ex qua ædificia fiunt. Quod ideo provisum est, ne ædi-*

*ificia rescindi necesse sit. Quod si aliqua ex ·usa dirutum sit ædificium, poterit materiæ ·minus, si non fuerit duplum jam consequutus, ·ıc eam vindicare, & ad exhibendum de ea re ·ere.*

SUMMARIA.

·. Textus limitatio, & quid ·ribus hic cautum, eorum- ·e ratio.

·. Quę actio olim, quæ hodie contra mal. vel bon. fid. ędificatorem institui possit?

3. Quid juris, si totum ædificium ex aliena materia sit?

HIc §. descriptus est ex *l.7.adeo §.cum in suo* 10.*D. de adq.rer.dom.* cui robur & lucem adjiciunt *l.2. ·de R.V.l.ult.de superfic.l.in rem* 23.*§.tignum.*6. *de R. & l.*1.*de tigno junct.l.*6.*&* 7.*pr.D.exhibend.* Quod ·tem §. noster loquatur de ædificatore bon.fid. appa·t ex eo, quod hic contra ædificatorem denegetur ·tio ad exhibendum, quæ procul dubio datur con·a malæ fid. ædificatorem. *d l.*1.*§.*2.*D. de tign. junct. · d.l.*23.*§.pen.de R.V.* Moribus ne quidem contra ·al.fid. ædificatorem actio de tign. junct. in duplum ·atur. *Vinn.hic.n.*4.*& Schultz.lit.gg.* Ratio est, quia ·eminem ex alterius delicto, tanquam ex turpi & ·honesto titulo lucrum adquirere oportet, ut nos ·tius ad §. 21. *& seqq.Inst.de action.* Dabitur ergo a·io in factum ad pretium consequendum *arg. d. l.* ·3. §. 5. & præterea mal.fid. ædificator propter ini·uum animum lucrandi mulcta pecuniaria vel alia 2.
·œna arbitraria puniri potest. Sed & recte eum actio·e ad exhibend. cogi posse, ut exhibeat, aperte evin·unt *d.l.*11.*de R.J.& l.*155.*pr.& l.* 203. *D. eod.* Quin ·quidi juris existimo, etiam eum qui bona fide jun·it tignum alienum, utili rei vindicatione conveniri ·osse. *arg.l.*5.*§.*3.*de R. V.* atque ad exhibendum con-

M 3 stringi,

ſtringi, ſi ſine diſpendio ædificii exhiberi poſſit. *arg. d. l. gemma. D. ad exhib.* ubi tamen Paulus à cæteris JCtis diſſentit, ſaltem in iis acceſſoriis, quæ ſine detrimento principalis ſeparari queunt. Vel dicendum in *d.l.6.* Paulum dare quidem actionem ad exhib. ſed quæ tendat ad id quod intereſt, ut explicat *Hotom. ad* §.26.*h.t.* Ut ut ſit de jure Romano, certum eſt de Moribus, quibus ſimplex jus gentium ſequimur, domino rem ſuam reddendam eſſe, niſi ædificator bona fide junxerit, & ipſa res ſine dãno ædificatoris disjungi nequeat. *d.l.38. de R.V. & d. l. 74. de R. J.* Contrariæ regulæ in quibus ſententia hujus §. fundata eſt, potius ſubtiltates & commenta ſunt, quam rationes juris gent. Sane nulla hinc metuenda deformitas Civitatum, quia alia res, etiam nulla lege cogente, facile in locum rei exemptæ ſubſtituetur. Quod ſi totum ædificium ex aliena materia extructum ſit, dominus ſoli qui bona fide ædificavit & formam ædificio indidit, & in poſſeſſione eſt, domino materiæ ſolutione pretii anteponendus videtur, niſi quis & hic dicat, majus natura ad ſe trahere minus, & pretioſius minus pretioſum. Vide noſtra ad §.27.*h.t.*

*§. 30. Ex diverſo, ſi quis in alieno ſolo ex ſua materia domum ædificaverit, illius ſit domus, cujus & ſolum eſt. Sed hoc caſu materiæ dominus proprietatem ejus amittit, quia voluntate ejus intelligitur eſſe alienata, utique ſi non ignorabat ſe in alieno ſolo ædificare: & ideo licet diruta ſit domus, materiam tamen vindicare non poteſt. Certe illud conſtat, ſi in poſſeſſione conſtituto ædificatore, ſoli dominus petat domum ſuam eſſe, nec ſolvat pretium materiæ, & mercedes fabrorum; poſſe eum per*

*ex-*

*...ceptionem doli mali repelli: utique si bonæ fidei ...ssessor fuerit, qui ædificavit. Nam scienti alienum ...lum esse, potest objici culpa, quod ædificave... temere in eo solo, quod intelligebat alienum ...e.*

S u m m a r i a.

1. Varia limitatio & expli...tio hujus §.
2. Temperamentum circa ...n. & mal. fid. ædificatorem, & quid Moribus?
3. Quid jure Saxon. circa bon. fid. ędificator. & quę sententia Auctoris?

HIc §. κατὰ πόδα descriptus est ex *d.l.7.adeo.§. ex diverso 12. D.de adq.rer.dom.* Cæterum illa præ... 1.
...mptio juris, qua ille qui sciens sua materia in alieno ...lo ædificavit, præsumitur donasse, vel alienasse, ni...is vehemens & damnosa est, teste *Balduin.hic.* Quare ...iam Quidam Interpretes hunc §. nostrum cum hoc ...mperamento accipiunt, ut tamdiu malæ fid. ædifi...ator præsumatur materiam donasse, donec contra...um probetur. *l.2.C. de R. V.* ubi forsan jus novum ...onstitutum est, quanquam Alii aliter interpre...entur. Atque hinc forte etiam est, quod ædificium ...ollere possit, si sine detrimento domini soli tollere ...otest. *l.Julian.37. D.de R. V.* Sane ille qui sciens in ...em alienam, non tamen tanquam suam, fecit impen...as, donasse eas non præsumitur. *l.dominus 55.§.1. D. ...ocat.l.qui except.40.§.1. de condict.indeb.* Præterea 2.
...quod §. noster tunc demum bon.fid. ædificatori tri...buat deductionem impensarum, quando est in pos...sessione ædificii. *d.§.n.& l.si in area 33.in fin.D.de condict.indeb.l.14. Paulus.D.de doli mal.except.* hoc temperandum est ex æquo & bono, quod extat in *l. plane 38. D.de hered. petit.* Licet itaque non possideat, tamen impẽsas repetere potest, & sic una lex loquitur

 de

de stricto jure, altera de æquitate quod non infrequenter in jure nostro fit. Atque hæc æqua sententia in judiciis prævaluit, saltem quatenus dominus factus est locupletior, teste *Carol. Molin. ad consuetud.*
2. *Paris. tit.* 1. §. 1. *gloss.* 5. *n.* 10. Quinimo Belgii Moribus etiam malæ fid. ædificator, licet non sit in possessione, impensas, quæ rem alterius fecerunt meliorem, repetere potest. Primo quia nemo facile præsumitur donasse, præsertim in necessitate. *arg. l.* 18. *in fin. D. de adimend. vel transf. leg.* Secũdo, quia nemo lucrũ sentire potest ex alterius male fide vel delicto, & sibi imputare debet dominus, quod rem suam diligentius custodire neglexerit. Ergo impensæ saltem restituendæ sunt, quas tamen fiscus malæ fidei ædificatori auferre debet, aut alia eum ob malam fidem punire pœna arbitraria. Quam sententiam etiam à jure Civili non esse alienam, dixi in *disp. ad h.* § *arg. d. l.* 38. cum cujus limitatione finalia verba hujus §. intelligenda videntur.
3. Jure Saxon. bon. fid. possessor ædificium tollere potest, nisi proprietarius soli ædificium redimere velit. *Schultz. ad h. t. lit. hh.* Sed si ædificium pretiosius & majus solo sit, dixerim ædificatorem in solutione pretii pro solo audiendum esse per ea quæ dixi supra ad §. 29. *h. t.* Vide tamen *Zyp. in notit. jur. Belg. tit. de R. V. & adq. rer. dom.*

§. 31. *Si Titius alienam plantam in solo suo posuerit, ipsius erit. Et ex diverso si Titius suam plantam in Mævii solo posuerit, Mævii planta erit, si modo utroque casu radices egerit, ante enim quam radices egerit, ejus permanet, cujus fuerat. Adeo autem ex eo tempore quo radices egerit planta, propriteas ejus commutatur, ut si vicini arbor ita terram Titii presserit, ut in ejus fundum radices egerit*

*it: Titii effici arborem dicamus, ratio enim non mittit, ut alterius arbor esse intelligatur, quam us in fundum radices egerit. Et ideo prope con- ium arbor posita, si etiam in vicini fundum ra- es egerit, communis fit.*

SUMMARIUM.

emperamentum §. & quid | Moribus servandum.

Tiam hic §. descriptus est ex *d.l.7.§.ult.h.t.* Cujus prima pars de arbore plantata confirmatur ex *l. si meis 26.§.2.D.eod.* Secunda pars de arbore in nfinio posita ex *l.arbor.19.D.comm.divid. & l.pen. soc.* Sed & hunc §. loqui de stricto jure, apparet ex n sæpius allegata *l.5. §. 3. de R.V.* ubi Varus & Ner- utilem in rem actionem dederunt, quam Quidam erpretantur pretium duntaxat intendere, ac si ni- aliud esset, quam actio in factum subsidiaria. *l. 23. .D.eod.* cui tamē proprietas istius actionis reclamat, ia est in rem, & effectu nihil à directa rei vindicatio- differt. *l.47.§.1.de negot.gest.* Moribus haud dubie mino res sua restituenda est, quæ ratio simplex est, ngeque fortior, quam ea qua nititur §. noster, quæ tius frivola subtilitas, quam ratio dicenda est, ut xi ad §.21.*h. t.* Adde *Autumn.* idem sentientem in *nsur.Gallic.* ad *d.l.7.§.ult.* Hinc nec immissione radi- m arbor aut propria aut communis fit, sed radices æcidere licet. *Zyp.in Notit.jur.Belg.tit.arbor furt. sar.* Ratio est, quia potestatem domini in rem am illibatam esse oportet & solum cuique sine servi- te liberum, modo nihil indulgeatur malitiis. *d. l. 38. R.V.* Moribus confinium dicitur een scheydtgrep- l.

§. 32.

*§. 32. Qua ratione autem plantæ, quæ terr. coalescunt, solo cedunt, eadem ratione frument. quoque, quæ sata sunt, solo cedere intelliguntur. Cæterũ sicut is, qui in alieno solo ædificavit, si ab e. dominus petat ædificium, defendi potest per exceptionem doli mali, secundum ea quæ diximus: ita ejusdem exceptionis auxilio tutus esse potest is, qui alienum fundum sua impensa, (bona fide) consevit.*

HIc §. sumptus est ex *l. qua ratione* 9. *pr. D. de adq. rer. dom.* Sed etiam temperandus ex *d. l.* 5. §. 3. *de R. V.* quæ saltem est ad pretium consequendum. *d. l.* 23. §. 5. *eod.* & *l.* 3. §. 14. *D. ad exhib.* Quid Moribus tum de bonæ fidei, tum de mal. fid. satore & plantatore dicendum sit, collige ex iis quæ ad *d* §. 31. *h. t.* tradidimus. Quid jure Saxonico circa observationem hujus §. præceptum sit, vide apud *Schultz. hic. lit. kk.* & *Schneid. ad h.* §.

*§. 33. Litteræ quoque, licet aureæ sint, perinde chartis membranisve cedunt, ac solo cedere solent ea, quæ inædificantur, aut inseruntur. ideoque si in chartis membranisve tuis carmen, vel historiam, vel orationem Titius scripserit, hujus corporis non Titius, sed tu dominus esse videris. Sed si à Titio petas tuos libros, tuasve membranas, nec impensas scripturæ solvere paratus sis: poterit se Titius defendere per exceptionem doli mali, utique si earum chartarum membranarumve possessionem bona fide nactus est.*

Ic §. itidem ex *d.l.9.§.* 1. deſcriptus eſt, & adjuvatur *d. l.* 3. *§. pen. ad exhib.* Sed rectius charta ſcripturæ cedit, quia ſcriptura præſtantior charta eſt, ut le quid dixi ad §.27.*h.t.* atque ita Moribus ſervari, s eſt *Mynſing.hic.Schultz.ibid.lit. ll.Grot.d.lib.* 2.*c.* *ulden.& Vinn.ad h.§.*

*§. 34. Si quis in aliena tabula pinxerit, quidā ant tabulam picturæ cedere: aliis videtur, picturam, qualiſcunque ſit, tabulæ cedere: ſed nobis etur melius eſſe, tabulam picturæ cedere. Ridicum eſt enim, picturam Apellis vel Parrhaſii in eſſionem viliſſimæ tabulæ cedere. Unde ſi à domino tabulæ imaginem poſſidente, is, qui pinxit, n petat, nec ſolvat pretium tabulæ, poterit per ceptionem doli mali ſubmoveri. At ſi is qui nxit, (eam) poſſideat, conſequens eſt, ut utilis io Domino tabulæ adverſus eum detur: quo caſi non ſolvat impenſam picturæ, poterit per exceonem doli mali repelli, utique ſi bona fide poſſor fuerit ille, qui picturam impoſuit. Illud enim lam eſt, quod ſive is, qui pinxit, ſubripuit talas, ſive alius, competit domino tabularum furti tio.*

SUMMARIUM.

An ratio hujus §. bona ſit, | & in quo pretio pictura?

Tiam hic §. deſumptus eſt ex *d.l.9.§.2.D. de adq. rer.dom.* Ratio deciſionis eſt in pretio picturæ, ſeu xcellentia artis.*d.§.n.& l.in rem* 23.*§.*3.*de R.V.* ubi tan Paulus diſſentit propter hanc rationem, quod ictura ſine tabula eſſe non poteſt: ſed male, quia

prior

prior ratio naturalis & simplex videtur, altera longe petita & quædam argutatio, ut dixi *ad* §. 27. *h. t.* Itaque si pictor pretium tabulæ solvere velit, præferendus est domino tabulæ, etsi & ille offerat pretium pro pictura. *d.* §. *n.* Quo facit 2. *Chron. c.* 2. *Jes.* 2. *Ezech.* 8. *&* 23. Quod autem ars pingendi cum apud Græcos tunc Latinos in magno pretio & honore fuerit, videre est apud *Plin. lib.* 35. *c* 9. *&* 10. *& DD. ad h.* §. Quod apud Hebræos, Turcas, & totius Orientis ac Africæ populos vilis fuerit, videre est apud *Bodin. de Repub. lib.* 3. *n.* 360. *Ant. Matth. disp.* 8. *Pand. de infam.*

§. 35. *Si quis à non domino, quem dominum esse crediderit, bona fide fundum emerit, vel ex donatione, aliave qualibet justa causa æque bona fide acceperit: naturali ratione placuit fructus, quos percepit ejus esse pro cultura & cura. Et ideo si postea dominus supervenerit, & fundum vindicet, de fructibus ab eo consumtis agere non potest. Ei vero qui alienum fundum sciens possederit, non idem concessum est: itaque cum fundo etiam fructus licet consumpti sint, cogitur restituere.*

SUMMARIA.

1. Quæ ratio, cur bonæ fid. possessor fructus adquirat non tantum consumptos, sed etiam extantes?

2. Quid de fructibus post litem contestatam perceptis.

1. BOnæ fidei possessorem fundi fructus perceptos facere suos pro cultura & cura, variis legibus asseritur. *l. bon. fid.* 48. *D. de adq. rer. dom. l. qui scit.* 25. §. 1. *& l. in pecudum* 28. *de usur. l. certum* 22. *C. de R.V.* Atque hunc modum adquirendi naturalem habere rationem, verbis Balduini demonstro. Quid enim æquius est,

.. inquit, quam ut meos fructus faciam, quos mea ..ensa & industria bona fide expressi, ultro a- ..i non nascituros? Quapropter & hic §. procedit .. bon. fid. possessor locupletior factus sit: nam non ..pletatur cum alterius damno, quia potuit habe- ..nos steriles, & nullos fructus percipere, atque ita ..atum in Frisia, refert *Joan à Sande lib.* 3. *tit.* 15. *def.* .. Quinimo tanta est hujus adquisitionis ratio, ut ..uidem extantes fructus debeat restituere, quia ..d hactenus bona fide possedit, etiam bona fide ..equi debet. Atque ita ubique in judiciis servari, .. est *Pinel. in l.* 2. *C. de resc. vendit. p.* 2. *c.* 4. *n.* 60.
..tus vero post litem contestatam postque moram 2. ..eptos restituere tenetur. *d. l.* 22. *C. de R. V. l. videa-* .. 38. §. *si action.* 7. *de usur.* Ratio est, quia possessores ..n bon. fid. à tempore litis contestatæ habentur ..mal. fid. possessoribus. *l.* 25. §. 7. *de petit. hered.* at- ..ita quotidie pronunciari, attestatur *Schneid. ad h.* ... *Baro ibid. part. poster. lit. t.* quod & Thuldeno ..innio placet, ut litium ambages vitentur. Sed & ..ratio civilis videtur, quã facile cedere naturali à no- ..upra allegatæ, haud improbabiliter statui posset, ..sertim si bon. fid. possessor, vel auctor ejus litigavit ..probabili causa. Pluresquæstiones vide in *disp. nost.* ..*t. Inst.* Rem ipsam domino restituendam, nemo in ..ium vocat, vide tamen quasdã exceptiones Mori- .. multor. loc. receptas apud *Zyp. d. tract. tit. de R. V.*

§. 36. *Is vero ad quem usus fructus fundi per-* ..*t, non aliter fructuum dominus efficitur, quam* ..*se eos perceperit. Et ideo licet maturis fru-* ..*us, nondum tamen perceptis decesserit, ad he-* ..*es ejus non pertinent, sed domino proprieta-*

tis

*tis adquiruntur. Eadem fere & de colono dicuntur.*

SUMMARIUM.

Hunc §. Moribus non servari, eorumque ratio.

QUod fructuarius non faciat fructus suos, nisi vel ipse, vel alius ipsius nomine perceperit, variis legibus confirmatur. *a.l.25.§.pen.de usur.l.arborib.12.§.5. de usuf.l.13.si fructuar. D.quib.mod.ususf.amitt.* Ratio sumitur ex *l.fructus 44.D.de R.V.* Ergo ad quem pertinet proprietas fundi, ad eundem etiã pertinent fructus fundo cohærẽtes. Sed hæc subtilitas Moribus non servatur, ideoque si fur fructus maturos desecuit, ipse ususfructuarius (ut & jure Romano bon fid. possessor & colonus) habebit non solum actionem furti, sed & rei vindicationem; quia qui sementem fecit, eũ etiam metere oportet. Vulgo, **die saeyt die maeyt.** *Autum.in Cens Gall.ad l. 12. §. si fur.ult.de usuf.* Hinc etiam fructuarius mortuus fructus maturos solo adhuc adhærentes transfert ad heredes suos, scil. vel in totum, vel saltem in tali quantitate, qualitate & pretio, quali sunt tempore mortis fructuarii, ut in fructibus civilibus & reditibus annuis. Vide *Schneid. hic.n. 5. Schultz.ibid.lit.nn.Bus.ad l.58.de usuf.Christin.vol. 2. decis.176.n.16.Cor.in cons. 12.* Quod & in Beneficiario observandũ recte post *Ann.Robert.rer.jud.l.3.c. 7.* existimat Zyp. *d.tract.tit. de usuf. arg. l. si operas 26. D. de usuf.*

§. 37. *In pecudum fructu etiam fœtus est, sicuti lac, pilus & lana, itaque agni hœdi, & vituli, & equuli, & suculi statim naturali jure dominii fructuarii sunt, Partus vero ancillæ in fructu non est*

*...itaque ad dominum proprietatis pertinet, absur-...um enim videbatur, hominem in fructu esse, quum ...es fructus rerum natura gratia hominis compa-...t.*

SUMMARIUM.

...tionem & jus de partu | ancillæ non esse justum.

...tus hic §. descriptus est ex *l.* 28. *in pecudum. D. ...e usur.* & confirmatur ex *l. vetus* 68. *de usuf.* ubi ...n apparet, inter veteres de partu ancillæ, an in ...u esset, dubium fuisse. Idem videre licet apud ...*ron.* 1. *de finib.* Ergo vero sententiam P. Scævolæ ... Manilii veriorem arbitror, & miror *D. Balduin.* ra-... de partu ancillæ subjectã, dignam putare quam ...hi faciamus; quippe nihil aliud est, quam subti-... quædam & talis rei natura, quæ simplicem veri-...nvertit. Quod & post *Bacchov.* vidit *Vinn ad h.* §. ...lia lege (scil. *l.* 27. *ancillar. de petit. hered.*) probare ...tur, quam tamen *d. Bacchov. ad h.* §. recte solvit, ...id ad rem facit, quod non puto. Etenim Idem ...anus, qui est author *d. l.* 21. etiam auctor est *d. l.* 68. ...amẽ rationis ex *d. l.* depromtæ nullã mentionem ... Sane si ancillæ liberique illarum jure gentium ...testate dominorum sunt, non video, cur con-...o usufructu ancillæ, partus ejus non pertineret ad ...uarium. Sed hæc apud nos nullum habent u-..., ut dixi ad *Lib.* 1.

... 38. *Sed si gregis usumfructum quis habeat, ...cum de mortuorum capitum ex fœtu fructarius ...uttere debet, (ut & Iuliano visum est) & in ...arum demortuarum vel arborum locum, alias ...t substituere, recte enim colere, & quasi bonus pater-*

*paterfamilias uti debet.*

HUjus primum membrum deſumptum videt aut ſaltem confirmatur ex *d.l. vetus* 68. §. *fin. duab.ſeqq.de uſuf.l.plerumq;* 10.§.3.*ſed fœtus. de j dot.* Secundum membrum ex *l. agri* 18. *D. de uſu* junct.*l.arbores* 59.*eod.*Tertium ſeu ratio priorum e *ſed cum fruct.*65.*D.eod.*& *l.* 1. §. *cavere* 3. *D. uſu quemad.cav.* Sed de hac materia latius ad *tit.de u* Vide etiam ea quæ diximus ad §.18.*de legat.*

*§. 39. Theſauros, quos quis in loco ſuo inv nerit, divus Hadrianus naturalem æquitatem quutus, ei conceſſit, qui (eos) invenerit. Idemq ſtatuit, ſi quis in ſacro, aut religioſo loco fortu caſu invenerit. At ſi quis in alieno loco, non da ad hoc opera, ſed fortuitu invenerit, dimidium d mino ſoli conceſſit, & dimidium inventori. Et co venienter, ſi quis in Cæſaris loco invenerit, dim dium inventoris, & dimidium eſſe Cæſaris ſtatu Cui conveniens eſt (ut) ſi quis in fiſcali loco, v publico vel (civitatis) invenerit, dimidiu ipſius eſſe (debeat,) & dimidium fiſci, vel civita tis.*

SUMMARIA.

1. Varia explicatio & conciliatio hujus §.

2. Mores hic varii, & qu ſententia Auctoris?

1. CUm theſaurus proprie ſic dictus cujus dominu ignoratur, referatur inter res quæ nullius ſun *l.nunquam* 31.§.1.*de adq.rer.dom.* quid mirum, ſi na turali ratione inventori concedatur? præſertim ſi qui in fundo ſuo invenerit. *l.ſi is* 63.*eod.l.à.tutore* 67.*d.* 

V.C

l.un.C.de thesaur.junct.illis quæ diximus ad §. 1.
12. h. t. Huc facit quoque c.13.Matth.v.44. ubi
en parabolica locutio est, quæ extra scopum di-
is non est extendenda. Itaque vix firmiter in
ubsistit N.Burgund.ad Consuetud.Fland.tract.12.
.& seqq. Cæterum an Adrianus idem statuerit
hesauro in loco sacro & religioso fortuito casu in-
to, valde dubito. Primo, quia hæc apud Æl.
rtian. in vita Adriani non reperiuntur, ubi tamen
æ constitutionis Adriani meminit his verbis: de
auris Divus Adrianus ita cavit, ut si quis in suo
erisset, ipse potiretur, si quis in alieno, dimi-
m domino daret: si in publico, cum fisco par-
tur. Secundo quia contrarium extat in l. 3. §. si in
10. de jure fisci. nisi dicamus, Architectis In-
non minorem fidem deberi, quàm Spartia-
, qui forte per locum suum intelligit etiam sa-
m suum: ita ut §. noster loqui videatur de loco sa-
suo. Connan.lib.3.c.4. Aut dicendum, Imperato-
Justinian. sequi sententiam Adriani, rejecta con-
tione Divorum Fratrum in d.l.3.§.10.de jure fisci.
aliter. Reliqua hujus § nostri comprobantur ex
m allegatis. Sed imperatores sæpe in hoc juris
mate variasse, videre est apud Cujac. lib. 10. obs.
1.& Vinn.& Balduin. hic. Moribus tanquam com-
ni juregēt.thesauri,ut & alia ἀδέσποτα,ad Principes
inent. Grot.2.c.8.de jure bell.& pac.Christin.vol.5.
is.16. Variant tamen & Mores & res judicatæ,ut vi-
e licet apud Christin.decis.16.& 17.vol.5.Baron.ad
part.post. lit. x Grot.2.Introd.c 4.Papon.lib.13.tit.
rrest.1.Schultz.hic.lit.y.& seqq. Ut autem & hic
m quod sentio, dixerim Principi seu Ordinibus
isque Provinciæ thesaurū adjudicandum esse; quia
us ditionis cura & regimē illi incumbit. Nec habet
od conqueratur inventor, quia ille sine opera, sine

titulo possidet. Et ut loquitur *Caßiodor*. 6.8. sine damno inventa perdit, qui propria non amittit. Vide quæ dixi ad §.22.*h.t*

*§. 40. Per traditionem quoque jure naturali res nobis adquiruntur, nihil enim tam conveniens est naturali æquitati, quam voluntatem domini volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi: & ideo, cujuscunque generis sit corporalis res, tradi potest, & à domino tradita alienatur. Itaque stipendiaria quoque & tributaria prædia eodem modo alienantur. Vocantur autem stipendiaria & tributaria prædia, quæ in provinciis sunt; inter quæ, nec non & Italica prædia ex nostra constitutione nulla est differentia. sed si quidem ex causa donationis aut dotis, aut qualibet alia ex causa tradantur, sine dubio transferuntur.*

SUMMARIA.

1. Quænam res proprie tradi possint, & quomodo?
2. Varia explicatio verbor. final. hujus §.
3. An etiam nuda voluntate dominium transferatur, & quid Moribus hic servetur?

Principium hujus §. descriptum est ex *l.9.§.hæ quoque res.3.de adq.rer.dom.*& confirmatur ex *l. traditio 20.eod.* Item ex *l 2.D.si à parent.quis man.*&*l.in*
1. *re mand.21.C.mand.Tull.pro Cecinna.* Quod vero res incorporales non possint tradi, apparet ex *l.servus 43.§.1.h.t.* sed tantum corporales, cujuscunque etiam generis jure novo sint, ut apparet ex *l. un.*(cujus hic fit mentio) *C.de usucap.transf.*& *subl.diff.* ubi omnis differentia inter Italica & provincialia prædia, ut inter res mancipi & nec mancipi sublata est. Adde *l.un. C.*
*de*

*nudo jure Quirit.toll.& Ulpian.tit. 20.de domin. & .rer.*Itaque jure Justinianeo res mancipi & nec ncipi eodem modo per simplicē traditionem alie-tur, & quicunque domini sunt, pleno jure domi-unt. Plura qui hac de antiquitate desiderat, adeat *D. ad h.* §. Sane non omnia prædia quæ fuerunt in ovinciis, stipendiaria & tributaria fuisse, manifeste in-at *l. 1. l. pen.& ult. de censib. Cic. 3. in Verrem. Plin. 3. nat. hist. c. 3. &* 11. Dicendum ergo, Imperato-n nostrum hic loqui à principaliore parte, vel de quæ stipendaria & tributaria fuerunt. Quænam ferentia sit inter stipēdium & tributum, item quo-odo olim agri hostium distributi sint, mei institu-ion est hic excutere, præsertim cum hoc ab Aliis af-im præstitum sit. Vide *Ciceron. d. loc. Liv. 3. in fin. & D. ad h. §. n.* Adde & nostra ad §. 17. *h. t.* Quod atti- 2.
t verba finalia hujus §. vers. *sed si quidem*, sive illa eramus ad §. sequent. ac si cum eo novū παράγραφοι nstituant; sive sequamur veterem sectionem, exem-um dotis minus huic loco convenit: quia naturale ominium dotis manet apud uxorem. *l. in reb. dotal.* . *C. de jure dot.* Quare etiam Quidam dict. exem-um accipiunt de dote æstimata, quasi dicat, ali-ando ex causa dotis dominium transfertur. Licet & a explicare, ut saltem jure gentium dominium dotis maritū translatum intelligatur, etiamsi de jure civili cus sit. *d. l.* 30. Vide *Bus. ad l. 23. de R. V.* Vel dicen-um est, Imperatorem traditionem quæ fit ex causa onationis & dotis, simpliciter opponere traditioni, uæ fit ex causa venditionis. Interim jus certum est de dote ex *d. l.* 30. & de venditione, ut statim pro-abitur. Etiam hoc certi juris est, nudam traditio-em cui nulla justa & habilis causa præcessit; non ansferre dominium. *l. nunquam* 31. *pr. D. de*

*adq.rer.dom.* Sed & nuda voluntate & ſine tradition jure gentium dominia transferri in donatione & ven ditione & ſimilibus cauſis, recte contendit *Grot. 2. a jure belli & pac.c.6.& 8.* ut dicam latius in *§§.ſeqq.h t.& §.3. Inſt.de empt.& vend.* Moribus tamen Conſ Caroli 5. traditio rei immobilis ſeu mãcipatio vel eff ſtucatio (vulgo opdracht) publice & corã lege ſeu judi ce loci fieri debet. Vide *Io. à Sande de effeſtucat. Vinn ad §. ſeq. n.4. Schultz. ad h.t.lit.oo. N. Burgund. ad con ſuetud. Fland. t.4. Baron. ad eund. part. poſter. lit. z.* Zyp *in Notit. jur. Belg. tit. 1. de R. V. & adq. rer. dom. lib. 3* ubi de bonis tradendis beneficiariis, cenſuariis & feu dalibus quæ nonnullam ſimilitudinem habent cum prædiis, quæ erant in Provinciis Romanorum.

§. 41. *Venditæ vero res & traditæ, non alite emptori adquiruntur, quam, ſi is venditori pretium ſolverit, vel alio modo ei ſatisfecerit: veluti expromiſſore aut pignore dato, quod quanquam cavetur ex lege duodecim tabularum, tamen recte dicitur & jure gentium, id eſt, jure naturali, id effici. ſed ſi is, qui vendidit, fidem emptoris ſequutus fuerit, dicendum eſt, ſtatim rem emptoris fieri.*

SUMMARIUM.

Ratio hujus §. & quid Morib. circa venditionem rei immobilis.

HIc §. deſcriptus videtur ex *l. quod vendidi* 19. *de cont. empt.* & confirmatur per *l. procurat.* 5. §. 18. *ſed ſi dedi D. de tribut. act. Plat. lib. 12. de legib. Varro. de re ruſt. c.2. Quint. declam.* 336. Ratio eſt, quia hæc eſt natura & mens cõtrahentium in vendit. ut rei venditæ domi-

miniũ non intelligatur translatũ, nisi prius solutũ sit etium, vel aliter venditori satisfactum. Unde & casu dubio non videtur venditor fidem emptoris juutus, ut disputo ad *h.§.* An venditor in rebus nditis adhuc extantibus hypothecam habeat, vide ud *Treutl.disp.*24.*thes. fin. lit. e.* ubi usum indicat. oribus traditio rei venditæ immobilis fieri debet ram judice loci in quo res sita est. *Grot.* 2.*introd.c.*5. *dd. Auctor. supra allegat.* Quod si ita facta non est, ntractus nullus dicitur. *Vinn. & Zyp. d. loc.* Quod men vix probo, quia jure Divino conventiones ntrahentiũ circa rem licitam & honestam non tanm à contrahentibus, sed etiam à Principe servandæ nt. Illa, inquam, regula æterna est, eoque effeum sortiri debet. Quin tamen ob bonum publim pœna statui possit in eos, qui publice non tradirunt, nullus dubito. Vide nostra ad *tit.* 24. & 25. *b.*3.*Inst.* & §.12.*h.t.* & §.44.*eod.*

§. 42. *Nihil autem interest, utrum ipse doinus tradat alicui rem suam, an voluntate ejus ius, (cui ejus rei possessio permissa sit.)*

VErba finalia hujus §. adjecta sunt à Triboniano, vel alio Glossematico Doctore, sed emendantur *Hotom.hic.* â Cujacio omittuntur. Reliqua hujus descripta sunt ex *d.l.*9.§.*nihil.*4.*D. de adq. rer. dom.* nulla ulteriore confirmatione opus habent, cum per manifesta sint.

§. 43. *Qua ratione, si cui libera universorum egotiorum administratio permissa fuerit à domino, que ex his negotiis rem vendiderit & tradiderit, ciet eam excipientis.*

HIc quoque §. ex *eod.* §.4.*d.l.* 9.desumptus est,cu quo etiam convenit. *l.procurator.*58 *de procura* An distinguendum sit inter procuratorem omniu bonorum qui habet liberam administrationem, & q non habet, disputavi ad *h.§.Inst.& d.tit. D. de proc rat.* Moribus mallem procuratorem,cui simplicit libera generalis administratio bonorum commissa e non posse res quæ servando servari possunt, vende aut permutare, nisi auctoritate judicis. *arg.l.*22.*C. adm.tut.* quamvis sciam,tutorem Moribus Germani & Franciæ etiam res quæ servando servari possunt, lienare posse, *Joan. à Sand. de prohib. rer.alien. par* 1.*c.* 1.§.2.*n.*14.

*§. 44. Interdum etiam sine traditione nuda vo luntas domini sufficit ad rem transferendam: velu si rem, quam tibi aliquis commodaverit, aut loca verit, aut apud te deposuerit,(postea aut vendider tibi,) aut donaverit, (aut dotis nomine dederit. Quamvis enim ex ea causa tibi eam non tradide rit, eo tamen ipso, quod patitur tuam esse, statin tibi adquiritur proprietas, perinde ac si eo nomin tibi tradita fuisset.*

SUMMARIUM.

Illatio Auctoris contra alios ¦ juris articulos.

HIc §.totidem fere verbis reperitur in *d.l.*9.*§.inter dum* 5.*de adq.rer.dom.* ejusque sententia confir matur variis legib. *l.* 21.§.1.*eod.l.*9.§.*ult.de reb.cred.l.* 3.§.*pen.& ult.de donat.Int.vir.& uxor.* Sed cum hæc ita sint, si præcesserit alia traditio vel saltem possessio rei apud eum,cui postea vendimus aut donamus, cur non itē quando possessio adhuc apud nos est? Potest

qui-

quidem lex vel cōſtitutio Principis traditionē requi-re ſub mulcta pecuniaria, ſed non ſub pœna nulli-tatis, aut negatione tranſlationis dominii, quia sim-plici jure gentium hoc eſt, jure divino ab eo tempore quo quis voluit alium eſſe dominum rerum tradenda-rum, ipſe dominus eſſe deſinit; quod & Mores in pleriſ-que aliis ſequuntur, ut conſtat ex antecedentibus & ſequentibus.

*§. 35. Item ſi quis merces in horreo depoſitas vendiderit, ſimul atque claves horrei tradiderit em-ptori, transfert proprietatem mercium ad empto-rem.*

SUMMARIUM.

Textus temperamentum & | uſus.

HIc §. deſcriptus ex *d. l. 9. §. item ſi quis 6. de adq. rer. dom.* intelligendus eſt cum hoc temperamen-to, ut claves traditæ ſint ante horreum. *l. clavib. 74. de cont. emp. l. 1. §. ſi juſſerim 21. l. 18. §. 2. de adq. poſſeſſ.* Quia fictio quidem tantundē valet in caſu ficto, quan-tum veritas in caſu vero, ſed debet verſari circa poſſi-bilia. Quo pertinet *l. qui negotia 34. mand.* ubi pe-cunia non intelligitur credita, quia non poteſt propter diſtantiam loci fingi primum reddita, deinde mutuo data. Quod tamen de ſtricto jure accipe, ſe-cus enim eſt de æquitate. *l. ſingularia 15. de reb. credit.* Quod ſequimur ob rationes ſupra in §. 41. propoſitas, ſed ſine fictione brevis manus quæ meri juris civilis eſt, imo figmentum & ſeſqui mendacium. Vide *diſp. poſt. ad tit. 14. Lib. 3.*

*§. 46. Hoc amplius, interdum & in incertam perſonam collata voluntas domini, transfert rei*

*proprietatem: ut ecce, prætores & consules, cum missilia jactāt in vulgus, ignorant quod eorum quis que sit excepturus, & tamen quia volunt quod quis que acceperit, ejus esse, statim eum dominum efficiunt.*

QUod Tribonianus ait, Prætores & Consules missilia jactasse in vulgus, ad sua tempora referri debet, quibus permissum fuit sub certo modo missilia jactare. *Nov.*105.*c.*2.§.1.quanquam Marcianus prohibuerat. *l.*2.*C. de cōsul.& non sparg.pec.*Reliqua hujus §.descripta sunt ex *d.l.*9.*pen.h.t.*& confirmatur *l.*5.§.1 *pro derel.& l.*8.*de cont.ēpt.*Principes hæc factitasse, legimus apud *Sueton.in Aug.c.*98.*in Calig.c.*18. *in Nerone c.*11.*Dion.*in *Tito*, *Domitiano & Adriano*, quos Principes & Pontifices hodierni interdum imitantur, teste *Baron.hic.part.poster.Schultz.lit.qq.*

§. 47. *Qua ratione verius esse videtur, si rem pro derelicto à domino habitam occupaverit quis, statim eum dominum effici. Pro derelicto autem habetur, quod dominus ea mente abjecerit; ut id (in numero) rerum suarum esse nolit: ideoque statim dominus ejus esse desinit.*

VErbo *verius* indicat Imperator, hac de re fuisse controversiam, quod evidenter confirmatur per *l.*2.§.1. *D.pro derelicto.*Porro recte rejectā esse sententiam Proculi, recteque Imperatorem nostrum Paulo adstipulari, evincūt *l.*1.*& l.*5.§.1.*eod.* evincūt & nostra in §.44.*h.t.&* §.12.*eod.* Atq; ita de insula quadam deserta judicatum inter Chalcidenses & Andrios, refert *Plutarch qu.græc.*29. Moribus bona pro derelictis habita, fisco cedunt. *Zyp.in notit.jur.Belg.tit.de jure fisci.*

i: Ratio morum allegatæ eſt ad §. *theſauros 39. h.t.*

*§. 48. Alia ſane cauſa eſt earum rerum, quæ tempeſtate levandæ navis cauſa ejiciuntur. hæ en dominorum permanent, quia palam eſt eas non animo ejici, quod quis eas habere nolit, ſed o majus cum ipſa navi maris periculum effugiat. Qua de cauſa, ſi quis eas fluctibus expulſas, l etiam in ipſo mari nactus lucrandi animo abſtulerit, furtum committit. Nec longe videntur diſcere ab his, quæ de rheda currente non intelligenbus dominis cadunt.*

SUMMARIUM.

Textus difficultas excuſſa, | ejuſque uſus cum ratione.

HIc §. deſcriptus eſt ex *d. l. 9. §. ult. D. de adq. rer dom.* exceptis verbis finalibus, quæ ſunt Triboniai Confirmatur autē pluribus aliis legib. *l. qui levanæ 8. ad l. Rhod. de jact. l. falſus 43. §. ſi jact. 11. de furt.* ibi tamen circa verba parentheſi incluſa difficultas ſt, de qua vide *diſp. noſt. ad h.t.*) *l. 1. & tot. tit. C. de aufrag.* Moribus multarum Gentium receptum eſt, t bona in tēpeſtate ejecta aut naufragio perdita inq; ttore inventa, ad Principes & Reges pertineant. *Vinn. & Giphan. ad h. §. Zyp. d. tit.* Sed recte eos poſt Fredericum *in Auth. navigia. C. de furt.* Carolus 5. brogavit. Ratio eſt in *d. l. 1. C. de naufrag.* cui plures ddunt *Bodin. lib. 1. de Repub. c. 10. circa fin. Grot. de le jure bell. & pac. lib. 2. c. 7. n. 1. Gudel. lib. 5. c. 10. de ure noviſſ*, Quæ tanti momenti ſunt, ut dicta bona etiam poſt annum & diem, id eſt, 6. ſeptimanas domino reſtituenda ſint; quia domino ſemper res ſua reſtituenda eſt, quam ſine culpa ſua amiſit. Hoc, in-

inquam, jus divinitus nobis infusum est, quod nulla ratione civili mutari potest. Hæc illa particula mẽtis divinæ est, quæ ex imagine Dei in nobis remansit salva, atque adeo æternæ observantiæ. Hæc denique justitia pars justitiæ divinæ est, ut diximus ad §. *ult. tit.* 2. *Lib.* 1. Quid tenendum sit de bonis quæ de rheda currente ciciderunt, dixi jam ad §. 18. *h. t.*

## *DE REBUS CORPORALIBUS ET INCORPORALIBUS.*

### TITULUS II.

*Quædam præterea res corporales sunt, quædam incorporales.*

SUMMARIUM.

Divisio rerum confirmata, & | quis ejus hodie usus?

HÆc secũda divisio rerum sumpta est ex *l.* 1. §. 1. *de rer. divis.* & probatur per *Ulpian. tit.* 20. §. 10. & 14. sed mutuata à Physicis, qui id quod est, in duas dictas species dividunt, teste *Senec. epist.* 59. Nec ab hac divisione abhorret *Paul. lib.* 3. *sent. tit.* 6. ubi dividit res in corporales & eas quæ in jure consistunt. *Cic. in topic. Plat. dial.* 6. *de Repub.* Moribus hæc divisio quidem vera est, sed minus usitata. Sæpius distinguimus res in mobiles & immobiles, quæ distinctio potest esse subdivisio rerum corporalium. *l. quam Tuberon.* 7. §. *in peculio* 4. *D. de pecul.* junct. *l. movent.* 93. *de V. S.* Adde nostra ad *pr. tit. præcedent.* An & quando actiones, sive nomina & reditus annui contineantur sub appellatione mobilium vel immobilium, vide apud *Bus. ad l.* 7. §. 4. *de pecul.* & *Imbert. in Enchirid. lit. b. de bonor. diff.*

§ 1.

*§. 1. Corporales hæ sunt quæ tangi possunt, veluti fundus, homo, vestis, aurum, argentum, & denique aliæ res innumerabiles.*

SUMMARIUM:

[T]extus intellectus, & quale | aurum hic intelligatur?

HIc §. descriptus ex *d.§.1.l.1 de rer.divis.* confirmatur insigni loco *Luc.c.* 24.*v.*39. & versiculo Lucre[ti]: *tangere enim aut tangi nisi corpus nulla potest res.* [Se]d quod noti juris est, forsan nulla probatione opus [h]abet, dummodo per exempla hic subjecta intelli[gi]mus res singulares seu individua, ut bene notat *Ho[to]m.ad h.§.* sed male animadvertit, per aurum & argen[tu]m intelligi infectum, non vero signatum, quod vo[ca]t quantitatem, quæ teste *Pac.ad d. tit. de divis. rer.* [m]edium quid est inter res corporales & incorporales. [N]am ut dixi,& ipse Hotomannus dixit, res hic subje[ct]æ considerantur ut singulares,& quatenus sunt in bo[ni]s nostris. *d.l.*1. Scio quidem nummos seu argentum [si]gnatum sæpe considerari ut quantitates, puta in mu[tu]o: sed quid hoc ad rem & casum nostrum? Vide *di[s]put.nostr.ad h.§.*

*§. 2. Incorporales autem sunt, quæ tangi non [p]ossunt: qualia sunt ea, quæ in jure consistunt, sicut [h]æreditas, usufructus, usus (&) obligationes quo[q]uo modo contractæ. Nec ad rem pertinet, quod in [h]æreditate res corporales continentur: nam & fru[c]tus qui ex fundo percipiuntur, corporales sunt, & [i]d, quod ex aliqua obligatione nobis debetur, ple[r]umque corporale est, veluti fundus, homo, pecunia, [n]am ipsum jus hæreditatis, & ipsum jus utendi fru-*

*endi,*

*endi, & ipsum jus obligationis incorporale est.*

SUMMARIUM.

Quid sit hereditas & quot | modis accipiatur?

EXsectus & hic §. ex *d l.1.§.1.de divis.rer.* Sed Seneca (quem Gell. testatur sæpe frivole argutum esse) *lib.6.de benefic.c.5.* ridet JCtos, quod dicant hereditatem quidquā aliud esse, quā ea quæ in hereditate sunt. Sed temere profecto: nam qui est heres ex testamēto vel ab intestato, habet jus ad bona sibi relicta cōsequēda, quod jus haud dubie est incorporale & distinctum ab ipsis bonis hereditariis. Sic qui habet obligationem vel actionem, habet jus ad id consequendum quod sibi debetur, sed tamen diversum est ab ipsis rebus, quæ debentur. Hereditas ergo (ut cum Papiniano loquar in *l. hereditas 50. de hereditat. petit.*) etiam sine ullo corpore juris intellectum habet. Hinc & successio vocatur in omne jus defuncti *l.24. de V. S. & l.62.de R.J.* id est jus successionis *l.bonor. 208. de V. S.* Quin tamen hereditas accipiatur & accipi possit pro ipsis bonis hereditariis, & obligatio pro ipso debito, quis præter Hotoman. dubitat? Vide *tot. tit. de hered.vel act.vend. & DD. ad h.* §. qui tamen vulgo hæc paulo aliter explicant. An in praxi appellatione bonorum mobilium & immobilium, vel moventium & immoventium (qua frequentius utimur, ut in *pr.* dixi) contineantur obligationes seu nomina, vide apud *Zyp. in notit. jur. Belg. tit. de hered. vel act. vend. Bus.ad d.l.7.de pecul.Christin.ad ll.Mechlin.tit. 7. art. 7.& tit.17 art.3.*

*§. 3. Eodem numero sunt jura prædiorum urbanorum & rusticorum, quæ etiam servitutes vocantur.*

De

DEscriptus denique & hic §. est ex *d.* §. 1. *d. l.* 1. *de divis.rer*. Quod autem servitutes rerum sive jura prædiorum, de quibus Cajus & Imperator loquuntur, incorporales sint, affirmat Paul.in *l. servitutes* 14. *servitut.* & ideo non dubie sub appellatione rerum immobilium comprehenduntur, quia illis accedunt inhærentque. *d.l.*14.*pr.*

## DE SERVITVTITBVS PRÆDIORUM.

### TITULUS. III,

*Rusticorum prædiorum jura sunt hæc: iter, actus, via, aquæductus. Iter est jus eundi ambulandi hominis, non etiam jumentum agendi, (vel vehiculum.) Actus est jus agendi vel jumentum, vel vehiculum. Ita qui habet iter, actum non habet: qui actum habet, & iter habet, (eoque uti potest) etiam sine jumento. Via est jus eundi, & agendi, & ambulandi: nam & iter & actum via in se continet. Aquæductus est jus aquæ ducendæ per fundum alienum.*

### SUMMARIUM.

1 Latitudo itineris, actus, viæ | & quis hodie usus?

HIc locus descriptus est ex *l.*1.*pr. de S.P.R.* sed variis modis à Variis impugnatur & à Variis defenditur. Vide *Bacchov.vel Vinn.ad h.*§.& *disput.nost.ad h.t.Inst.* Definitio itineris actusque confirmatur & explicatur ex *l.*7.& 12.*de S.P.R.*Sed Moribus distinguimus **tusschen een voetpat en een rijdtpadt.** Jure civili si

ſi nulla latitudo itineris actuſque à contrahentibus demonſtrata eſt, arbitrio judicis relinquitur. *l. certo* 13. §. 2. *D. eod.* quanquam & Varrone *lib.* 4. *de ling. latin.* colligi poſſit, vulgo latitudinem actus fuiſſe quatuor pedum, itineris duorum. Jure Saxon. latitudo itineris trium pedum eſt. *Schultz.hic lit.a.* Viæ latitudo exſtat in *l.viæ* 8. *D. ibid.* quæ & jure Saxon. recepta eſt. *Schultz.adh. t. lit. c.* ubi ſimul, tradit, quomodo currus currui, pedes equiti cedere debeat. Moribus quoque actum ſine itinere, & viam ſine actu & itinere conſtitui poſſe, nullum eſt dubium; quia non tam rei naturam quàm ſimplicem voluntatem contrahentium & teſtantium inſpicimus. De aquæductu vide *decis.Chriſtin.*83.*vol.*5.

§. I. *Prædiorum urbanorum ſervitutes ſunt hæ, quæ ædificiis inhærent: ideo urbanorum prædiorum dictæ, quoniam ædificia omnia urbana prædia appellamus, etſi in villa ædificata ſint. Item urbanorum prædiorum ſervitutes ſunt, ut vicinus onera vicini ſuſtineat, ut in parietem ejus liceat vicino tignum immittere; ut ſtillicidium vel flumen recipiat quis in ædes ſuas, vel in aream, vel in cloacam; ne altius quis tollat ædes ſuas, ne luminibus vicini officiat.*

SUMMARIUM.

Singularum ſervitutum hic enumeratarum probatio, & quid hodie circa lumina & feneſtras ſervetur.

HIc §. compactus eſt ex locis variis, ideoque ex iiſdem probandus. Omnia ædificia, licet in villa ædificata ſint, prædia urbana appellari docent. *l.* 1. *pr. comm.præd.l.Urbana l.*198.*de V.S.* & *l. urbana famil.*

r*. D.eod.Columell.lib.*1*.c.*6*.Cic.Verrina* 5.Servitus, ut vicinus onera vicini sustineat, describitur & explicatur in *l.em*33*.de S.P.V.etsi* 6.§.2.*& l.sicut* 8.§.2.*D.si serv.vind.* Servitus, ut in parietem vicini liceat vicino tignum immittere, traditur & excutitur in *l.*1.*&* 2.*de S.P.V. l.sicut* §. 1 *si servit.vind. & l.malum* 242. §. 1. *de V. S.* De flumine vel stillicidio in ædes vel aream vel cloacam recipiendo, agunt *d.l.*1.*&* 2.*D.de S.P.V.* Item *l. servitutis* 20.§.2.*& seqq.& l.foramen* 28.*D.eod.Varr. lib.* 4. *de lingua lat.Christin.ad ll.Mechlin.tit.*14.*art.*22. De servitutibus, ne altius quis tollat ædes suas, & ne luminibus vicini quis officiat, loquitur *l. urbanor.* 2.*D. de S.P.V.* An & quomodo differant dictæ servitutes, dixi in *disp.ad h.§.* ubi etiam differentiam statuimus inter Servitutem ne luminibus officiatur, & servitutem luminum. *l.*4.*D.eod.* Moribus statutisque multarum Civitatum cautum est, ne lumina, vel fenestræ fiant, unde directo & de plano prospiciatur in aream vicini, ideoq; certum præscribitur spacium, quo à pavimento vel tabulato distare debent. *Tulden.ad h.t. c.* 5. Quod probo, quia naturalis verecundis abhorret à prospectu in aream vicini. Idem judicavit Xenocrates apud *Plutarch.* περὶ πολυπραγμ. ubi perstringens inverecũdiam curiosorum dixit nihil interesse, oculos an pedes in alienum fundum immittas.

*§. 2. Inter rusticorum prædiorum servitutes quidam computari recte putant aquæ haustum, pecoris ad aquam adpulsum, jus pascendi, calcis coquendæ, arenæ fodiendæ.*

SUMMA-

SUMMARIUM.

Textus enodatio & conciliatio, & quid Moribus circa jus paſcendi?

ETiam hic §. deſcriptus eſt ex *d.l.1.§.1. de S. P. R* ſed ſuis verbis Imperator indicat, de his ſervitutibus olim controverſiam fuiſſe, an ſint perſonales, an reales, ut indicat *l.pecoris* 4.*D.eod.& l. Mela* 14. §.*ult.D. de aliment. leg.* quem tamen emendat *Bacchov.ad h.*§.Imprimis autẽ attendatur voluntas conſtituentium, rebuſne an perſonis has ſervitutes conſtituere voluerint. *d.l.*4.*& l.pen.de S.P.R. Tulden. hic. c* 2. Moribus multorum locorum cuilibet civi, præſertim pauperiori, communi prato ad hoc magiſtratu deſtinato unum atque alterum bovem paſcere licet, vulgo **op de gemeente.** Moribus Germaniæ & Galliæ pago, vico vel prædio uni ab altero jus paſcendi, ligna ſecandi, piſcandi, venandi, glandis legendæ, pomi ad certam quantitatem decerpẽdi debentur, inſtar ſervitutum perpetuarum ſive realium, teſte *Zaſ.*1.*ſing.jur. intell.c.*11.*Gail.*2.*obſ.*66.*Buſ.ad l.*8.*de ſervit.* Jus paſcẽdi à Frederico conceſſum, vide in *c.un.*§.*fin. de pac. ten.* quod tamen vix jure Saxon. ſervatur. *Schultz. ad h.t.lit.a.*

§. 3. *Ideo autem hæ ſervitutes prædiorum appellantur, quoniam ſine prædiis conſtitui non poſſunt, nemo enim poteſt ſervitutem adquirere urbani vel ruſtici prædii, niſi qui habet prædium.*

SUMMA-

SUMMARIUM.

ensus § & temperamen- | tum.

HIc §. descriptus est ex *l.* 1. §. 1. *comm. præd.* Sed hæc verba cum effectu intelligenda sunt, ita servitutes constitui non possint, ut sint scil. atque sistant, nisi in prædiis; quia qualitas sive accidens suo subjecto subsistere nequit. Alios etiam futuro prædio servitutes promitti posse, certo constat *l. Labeo* 10. *de S.P.R.* & *l. si servitus* 23. §. 1. *de S.P.* Vel dicendum potius est, Imperatorem hoc velle §. ut servitutes non possint constitui sine prædiis præsentibus vel futuris. Deinde etiam cum hoc peratione §. *noster* accipi debet ut constituanpure & ad utilitatem & necessitatem prædii. *l.* 4. *l.* 15. *de servit. l.* 5. *in fin. de S. P. R.* Moribus pacta non sunt contra bonos Mores, servanda sunt. de *Bus. ad d. l.* 8.

§. 4. *Si quis velit vicino aliquod jus constiere: pactionibus atque stipulationibus id efficere et. Potest etiam testamento quis heredem m damnare ne altius tollat ædes suas, ne lumius ædium vicini officiat: vel ut patiatur eum um in parietem suum immittere, stillicidiumadversus eum habere; vel ut patiatur eum per dum ire, agere, aquamve ex eo ducere.*

SUMMARIUM.

uando servitutes intelliur adquisitæ, & quid hic | Moribus?

POsterior pars hujus §. descripta est ex *l. potest* 16. D. *comm. præd.* Prior vero pars collecta videtur

ex *l.3.pr.de uſuf.& l.5.de ſervit.* & quoniam pacto, præſertim ſi ex intervallo interpoſitum erat, ſtipulatio adjiciebatur, *l.cum eſſent 33.in fin.pr. de S.P.R.* ideo pactionibus & ſtipulationibus,id eſt, efficacibus conventionibus conſtituuntur. Sed non intelliguntur datæ vel adquiſitæ, niſi ſecuta ſit ceſſio vel patientia debitoris, vel inductio in fundum, ut recte ſentit *Vinn.* contra *Bacchov.hic.l.3.D.de uſuf.l.ult. de ſervit. l.1.§.ult.de S.P.R.* Moribus & jure gentium etiã ſine traditione adquiſitæ intelliguntur, ut dixi ad *§.40.& ſeqq.tit 5.Lib.2.* etiam nudo pacto ſine ſtipulatione adjecta. *Gudelin.de jure noviſſ.lib.3.c.5.* Quibus præter hos modis ſervitutes adquirantur & amittantur & jure civili & Moribus, vide apud *Schneid. ad h.§.ult.Baron.ad h.t.part.poſter.& diſput.noſt. ad h.t.Inſt.*

## *DE VSVFRVCTV.*

### TITULUS IV.

*Vſusfructus eſt jus alienis rebus utendi fruendi, ſalva rerum ſubſtantia. Eſt autem jus in corpore: quo ſublato, & ipſum tolli neceſſe eſt.*

SUMMARIUM.

Quid proprie veniat appellatione uſusfruct.

HOc *pr.* compoſitum eſt ex *l.1.& 2.D.h.t.* Quanquam autem uſusfructus proprie ſit rerum alienarum. *d.l.1.& l.5.pr.ſi uſuſ.pet.* tamen ſæpe quis, ſed abuſive, rebus ſuis uti dicitur, Belgice, **magh ick mijn eyghen goet niet gebruycken**? Sic & veteres JCti aliquando pro natura negotii loquuti ſunt.

*l.ſi*

ita *stipulat.* 126.§.1.*de V.O.* & *l* 21.§.3. *de except. jud.* An tamen inde Glossographi recte distinxerit inter usumf. formalem & causalem, disputavi ad *pr.Inst.* Appellatione autem ususf. continetur omnis reditus, omnis obventio & omne commodum, quod ex ipsa re fructuaria provenit. *l.* 7.*l.*9. *l. arbores* §.1.*h.t.* Unde & recte judicatum in suprema Curia Hollandiæ, reditus vitalitios (vulgo **lyffrenten**) pertinere ad fructuarium omnium bonorum. *Coren.* 7. Ex eadem ratione similem usum vide apud *s.ad d.l.*7. Porro sublato corpore fructuario, tolli ium usumfruct, certum est ex canone Logicorum, *sublato subjecto, tolluntur accidentia.* Quem canonem & Gajus exprimit in *l.*2.*D.de pecul.leg.* & *Ulp. l. repeti* 5.§.2.*quib.mod.usus.amitt.*

§. 1. *Ususfructus à proprietate separationem recipit, idque pluribus modis accidit; ut ecce, si quis usumfructum alicui legaverit, nam heres nudam habet proprietatem, legatarius vero usumfructum. Et contra, si fundum legaverit deducto usufructu, legatarius nudam habet proprietatem, heres vero usumfructum. Item alii usumfructum, alii deducto eo fundum legare potest. Sine testamento (vero) si quis velit usumfructum alii constituere, pactionibus & stipulationibus id efficere debet. Ne tamen in universum inutiles essent proprietates, semper abscedente usufructu; placuit certis modis extingui usumfructum, & ad proprietatem reverti.*

SUMMARIUM.

Improbatio juris quod est in | l. 19. de usuf. leg.

HIc §. partim ex *l.* 3. partim ex *l.* 6. *h.t.* collectus videtur, aut saltem ex dictis legibus confirmatur. Sed quod Imperator hic innuit, & expresse traditur in *l* 19. *si alii de usuf. leg.* usumfructũ cõmunicari quãdo testator uni legavit usumfructum, alteri fundum simpliciter, hoc est, non adjectis his verbis, *deducto usufructu*, probare non possum; quia illa interpretatio est contra simplicem intellectum verborum. Utiq; non erit ususfructus communis si testator uni proprietatem, alteri usumfructum legaverit, cur secus in casu nostro? Cur hic aliter judicandum, quam in casu §. 43. *idem respond. l. quæsit.* 12. *de instr. vel instrumen. leg.* 2. Sane in judiciis divisoriis uni usumfructu alteri fundo adjudicato, usumfructum non communicari, explorati juris est. *l. & puto* 16. §. 1. *famil. ercisc.* De usufructu qui pactionibus & stipulationibus constitui solet quid dicendum sit, dixi ad §. *ult. tit. præced.* & dicam latius ad *tit. de usucap.*

*§. 2 Constituitur autem ususfructus non tantum in fundo & ædibus, verumetiam in servis, & jumentis, & cæteris rebus: (exceptis iis, quæ ipso usu consumuntur.) Nã hæ res neq; naturali ratione, neq; civili recipiunt usumfructum, quo (in) numero sunt vinum, oleum, frumentum, vestimenta, quibus proxima est pecunia numerata, namque ipso usu assidua permutatione quodãmodo extinguitur. Sed utilitatis causa senatus censuit, posse etiam eorum rerum usumfructum constitui: ut tamen eo nomine heredi utiliter caveatur. Itaque si pecunia usus-*

*usfructus legatus sit: ita datur legatio, ut ejus sit, & legatarius satisdet heredi de tanta pecunia restituenda, si morietur, aut capite minueretur. Cæteræ quoque res ita traduntur legatario, ut ejus fiant: sed æstimatis his, satisdatur: ut si moriatur, aut capite minuatur, tanta pecunia restituatur, quanti hæ fuerint (æstimatæ.) Ergo senatus non fecit quidem earum rerum usumfructum, (nec enim poterat) sed per cautionem quasi usumfructum constituit.*

SUMMARIA.

1. Difficultas de vestimentis & pecunia numerata expressa.
2. Explicatio loci ex Cic. in topic.

PRima verba hujus §. transcripta sunt ex *d.l.* 3. §. 1. *de usuf.* reliqua vero sunt ex *tot. tit. de usuf. ear. rer.* maxime ex *l.* 2. 5. & 7. *D. eod.* Sed quod de vestimentis inseruit Tribonianus, non caret difficultate, propter *l.* 9. §. *si vestis* 3. *D. usufructuar. quemadm. cav. l. d si* 15. §. 4. *D. de usuf.* quem tamen emendat *Bachov. ad h.* §. Hinc quidam reprehendunt Tribonianum, quidam distinguunt, ut videre est apud *DD. ad h.* §. & *disput. nostr. ad h.* §. *Inst.* Res judicatas de hac quæstione vide apud *Thesaur. decis.* 80. In pecunia autem numerata quin tantum quasi usufructum constitui possit, nemo dubitet, pecunia non permutandi causa est. *l. Julian.* 30. *de petit. hered.* unde & Græci appellarunt χρήματα ἀπὸ τῆς χρήσεως. *Aristot. lib.* 5. *Ethic.* Qualis autem cautio requiratur à quasi usufructuario & vero, dixi in *dd. dispp. nostr.* Sed nonnihil negotii nobis facessit locus *Ciceron. in Topic. Non debet*, inquit, *ea mulier cui vir bonorum*

*ſuorum uſumfructum legaverit, cellis, vinariis & oleariis plenis relictis, putare id ad ſe pertinere. Uſus enim non abuſus relictus eſt.* Hic locus, inquam, intelligi debet cum mica ſalis, ut uſum ſeu abuſum rerum fungibilium, quæ pondere, numero & menſura conſtant, jure uſusfructus mulier percipere nequeat, ſed tamen vi SCti. *l. 1. de uſuf. ear. rer. & l. 1. de uſuf. leg.* Vel dicendum, ſententiam Ciceronis obtinuiſſe ante SCtum introductum, quo non tantum bonorum quæ in uſu, ſed & eorũ quæ in abuſu conſiſtunt, uſumfruct. legare permittitur. *dd ll.*

*§. 3. Finitur autem uſusfructus morte uſufructuarii, & duabus capitis deminutionibus maxima & media, & non utendo per modum & tempus: quæ omnia noſtra ſtatuit conſtitutio. Item finitur uſusfructus, ſi domino proprietatis ab uſufructuario cedatur: (nam cedendo extraneo, nihil agitur) vel ex contrario ſi uſufructuarius proprietatem rei adquiſierit: quæ res conſolidatio appellatur. Eo amplius conſtat ſi ædes incendio conſumptæ fuerint, vel etiam terræ motu vel vitio ſuo corruerint, extingui uſumfructum, & ne areæ quidem uſumfructum deberi.*

SUMMARIA.

1. An recto Moribus uſusfructus finiatur banno?
2. Verus ſenſus de modo, tempore & ceſſione.
3. Sententia Auctoris de area.

QUod uſusfructus morte uſufructuarii extinguatur, non recipit dubitationem, cum jus quod perſonæ relictum eſt, cum perſona pereat. *l. 3. §. ult.*

.*D.quib.mod. ususf. amitt.* Idem dicendum esse maxima & media capitis deminutione, appa- ex *l.in singulos* 8.*de ann.legat.*& *l.pen. C. de usuf.* oribus quidem dictæ capitis deminutiones in usu 1.
n sunt, ut dixi *Lib.* 1. sed tamen ad exemplum ea- m banno finitur usus f. *Cyn.*& *Castr.in d.l.pen.Gail.* *obs.*86.*Schultz.ad h.t. lit. b.* junct. tamen *Christin.* *ll.Mechlin.tit.*2.*art.*26.*n.*2.*tit.* 11.*art.* 3.*n.* 27.*tit.* *art.*16.*n.* 1.& 2. Sed quum inhonestum esse dixi- us, quod privatus sentiat lucrum ex delicto priva- , cur non potius ad liberos vel fiscum pertinet, iamdiu ususfructuarius superstes est? De modo 2.
tempore quod dicitur, Theophilus interpretatur : προπω ῥητῳ καὶ ὡρισμένῳ χρόνῳ. Itaque si u- sfructuarius usufructu non sit usus ad præscriptum odum & tempus statutum, amittit eum. *l. is quis* .*D.quib.mod.usuf.l.pen. C.de servit.* & *aq.* Cur men in *d.l.* 20. probabilis ignorantia non excuset, on video. Quoto tempore hodie non utendo a- nittatur ususfructus, vide in § *ult.tit.præced.* & *di-* *put.nostr.ad h.*§. Vide nostra *ad tit.de usuc.* ubi & de essione quæ in jure, id est, coram Prætore facta in xtraneum, nihil operatur; scil. respectu extranei, e quo casu duntaxat hic agitur. Sed an ususfru- tus revertatur ad proprietarium, necne, explicari ebet ex aliis textibus perspicuis, puta ex *l. si usus f.* 6.*de jure dot.* Vide *dd. disput.nostras.* in quibus & ra- o & usus subjũgitur. De consolidatione & confusione ususfructus cum proprietate, & quod ea usus f. finia- ur, docet *l.*3.§.*ult.*& *l.*6.*de usuf.accresc. l.* 4.*si fruct.* *D.usus f.quemad. cav.* & *l.à liberto* 35.*de bon. libert-* ibi tamen recte usus f. in pristinum statum restitui- ur. *arg.l.* 18. *de servit.* Quod attinet verba finalia hujus §. ea descripta videntur ex *l.*5 §.2.*quib.mod. u-* *usf.* Ratio illorum allegata est ad *pr.h.t.in fin.* Ad-

3. de *Ciceron. in Topic.* Sed de area magna subest ratio dubitandi, quia area alibi ædium pars dicitur *l. 23. de usucap. & l. 98. §. 8. de solut.* & ususfructus per partes retineri potest. *l si cui 53. de usuf. l. 8. §. 1. de servit.* Item combusta insula legata, area nihilominus vindicari potest, & area pignori obligata manet, si insula fuit oppignorata. *l. si grege 22. de legat. 1. & l. domo 21. de pign. act.* Hanc difficultatem solvant Varii varie. Vide *DD. ad h. §.* sed vereor, ne illorum solutiones sapiant meram subtilitatē, aut saltē strictā interpretationem, contra simplicem intellectum verborum: Sane satis lugubre est, quod fructuarius incendio amiserit maximam partem ususfructus, cur ergo ad solatium non retinet usumfructum areæ? Quam ob causam idem dicendum de usufructu quadrigæ & gregis, licet ad unum equum vel ovem pervenerit. Utique secundum simplicem verborum sensum, qui constituit alicui totius gregis usumf. etiam singulorum capitum usumfructum dedisse censetur. Quod in ultimis voluntatibus procedit omnimodo, quia illæ non tam stricte interpretandæ sunt. *l. 12. §. 2. de usu & habit. l. 12. de R. J.*

§. 4. *Cum autem finitus fuerit totus ususfructus, revertitur scilicet ad proprietatem, & ex eo tempore nudæ proptietatis dominus incipit plenam in re habere potestatem.*

Cautum ait Tribonianus, si *totus finitus fuerit*; nam si duntaxat pro parte, conjuncto legatario accresceret, etiamsi pars ejus jam agnita fuisset. *l. 1. §. 3. de usuf. accresc.* & collegatarius nullam etiam haberet portionem. *l. interd. 10. D. eod. & l. 33. de usuf.*

Sed

...ed de hac materia juris accrescendi ex professo la·...us in §.8.*Inst.de legat.*

## *DE VSV ET HABITATIONE.*

### TITULUS V.

*Iisdem illis modis quibus ususfructus constituitur, etiam nudus usus constitui solet: iisdem... e illis modis finitur, quibus & usus fructus desi...t.*

HOc *pr.* descriptum est ex Gajo in *l.1.h.t.* vel potius ex *l.3.§.ult. de usuf.* Quomodo usus mori...s constituatur, dixi ad §. 1. *tit. præced.* Præterea ...am quædam differentia est in forma constituendi. ...am usus fructus pro parte constitui potest, usus ...n potest. *l. usus.* 19. *D. h.t.* & *l.* 5. *de usuf.* Ratio...m differentiæ varias vide apud *DD. ad h.* §. & *ad ...ipulat.*72.*de V.O.* quibus adjungatur *Hotom.illust. ...æst* 20. Sed lector interim cogitet, Moribus vo...ntates contrahentium & testantium simpliciter ...rvandas esse.

*§. 1. Minus autem juris est in usu, quam in ...usfructu. nam is, qui fundi nudum habet usum, ...hil ulterius habere intelligitur, quam ut oleri...s, pomis, floribus, fœno, stramentis, & lignis ad ...um quotidianum utatur: in eoque fundo hactenus ...morari licet, ut neque domino fundi molestus sit, ...que iis, per quos opera rustica fiunt, impedi...ento, nec ulli alii jus, quod habet, aut loca..., aut vendere, aut gratis concedere potest: (quum*

*is,*

*is, qui usumfructum habet, possit hæc omnia facere.)*

SUMMARIA.

1. Incuria Triboniani accusata, defensa.
2. Intellectus & temperamentum de usuario & fructuario, & quid hodie sit usus?

1. HIc §. coadunatus est ex *l. plenum*. 12.§.1. *& l.* 11. *D.h.t.* Sed vix est, ut Tribonianus ab incuria excusetur, quod illa duntaxat exempla descripserit, quæ indicant, usuarium uti posse fructibus naturalibus ad usum quotidianum, cum tamen & industrialibus ad victum ut possit. *d.l.plenum* §. 1. junct. *l.si domus* 18. *D. eod.* Vide *Hotom.ad h.* §. qui ideo Tribonianum stultitiæ arguit. Licet tamen dicere, quod Tribonianus ea proponere voluerit, quæ certi juris erant; vel quod exempli gratia loquutus sit, præsertim quum vix hominis sit, omnium reminisci: vel dicendum, Tribonianum subscripsisse sententiæ Nervæ, quo inclinat *Wesemb.ad h.t.in parat.n.*2. Significanter autem loquitur de usu fundi: nam inter usum & usumfruct. pecuniæ cæterarumque rerum fungibilium, nihil
2. interest. *l.*5.§.*ult.l.*10.§.1.*de usuf.ear.rer.* Quod etiam hic dicitur, usuarium non posse jus suum locare, aut vendere, intelligi debet cum hoc temperamento, nisi aliter uti non posset. *l.Divus* 22.*h.t.*& aliter constet de verisimili voluntate testatoris. *l. certum* 4.*pr. & l.* 12 §. *equitii* 4. *D. h. t.* Quo pertinet *decis.* 69. *illustr.Saxon.Auct. Carpzov.* edita. Quo pacto vero ususfructuarius jus suum vendere possit, variant Interpretes, sed de verbis solummodo quæstio est; quia in eo omnes cõveniunt, ut usus fructuarius non possit novum fructuarium facere. Vide *disp.nost.ad h. t.* In nostra vernacula lingua effectum usus uno vocabulo

vix

... exprimere licet; sed si tamen aliunde, puta ex ...bis contrahentium, aut aliis conjecturis & ...iciis natura ejus colligi potest, simpliciter ...untas contrahentium & testantium servanda ... Quare etiam citra dubium apud Belgas fructus ... usu constitui potest, quod & de jure Civili Qui...n verius putant. Vide *disp.nost.ad h.t.*

*§. 2. Item is, qui ædium usum habet, hacte... jus habere intelligitur, ut ipse tantum inhabi... nec hoc jus ad alium transferre potest, & vix ...eptum esse videtur, ut hospitem ei recipere li...t, & cum uxore, liberisque suis, item libertis, ... non personis aliis liberis, quibus non minus ...m servis utitur, habitandi jus habeat. Et con...ienter, si ad mulierem usus ædium pertineat, ...n marito ei habitare liceat.*

HIc conscriptus est ex *l.*2. & 4. *h.t.* quæ tamen limitationem continent, qua & noster §. limitan...s est. Ratio ejus peti potest ex *d.l.*12. §. 2. *in fin.* ...*eod.* quæ cum justa & æqua est, recte hunc §. Mo...us receptum dicimus.

*§. 3. Item is, ad quem servi usus pertinet, ... tantum opera atque ministerio ejus uti potest, ...alium vero nullo modo jus suum transferre ei ...cessum est. Idem scilicet juris est & in jumen-*

HIc §. collectus est ex *d.l.*12.§.3.& 5.*D.h.t.* Quoad servos hic §. nullum apud Nos usum habet, ...l circa jumenta cur non servaretut, nihil video: ...nper tamen adhibita illa limitatione, quæ traditur in

in *d.l.12.§.2.in fin.& l.12.de R.J.*

*§. 4. Sed & si pecorum, vel ovium usus legatus sit, neque lacte, neque agnis, neque lana utetur usuarius, quia ea in fructu sunt. Plane ad stercorandum agrum suum pecoribus uti potest.*

DEsumptus & hic §. est ex *d.l.plenum 12.§. 2. h.t.* sed mutile quia Tribonianus hic ut sæpe alibi primo strictum jus inculcandum putavit. Ut ut sit, constat ex *d.§.2.* usuarium pecoris modico lacte uti posse, neque enim inquit Ulpianus, tam stricte interpretandæ sunt voluntates defunctorum.

*§. 5. Sed si cui habitatio legata, sive aliquo modo constituta sit, neque usus videtur, neque ususfructus, sed quasi proprium aliquod jus: quanquam habitationem habentibus, propter rerum utilitatem, secundum Marcelli sententiam nostra decisione promulgata, permisimus non solum in ea degere, sed etiam aliis locare.*

SUMMARIUM.

Moribus recte usuarium etiam vendere & donare posse usum.

HIc §. convenit cum *l.cum antiquitas 13.C.de usuf. & habitat.* ubi & ratio additur, cur ille cui habitatio legata est, alteri eum locare possit. An & donare ac vendere, ut fructuarius vide in *disp nost. ad h.t.* Moribus quibus æquitatem magis quam strictum jus sequimur, non solum is qui habitationem habet, donare eam vel vendere potest (manente tamen

…n apud eum jure personali *l. 15. famil. ercisc.*) sed …am usuarius. Utique nemo præsumitur in casu du… … domino ademisse jus gentium, id est, hoc in casu, … disponendi de rebus suis, vel de jure suo. Quam…rem & *d. §. 1. h. t.* dici potest de stricto jure loqui. …*g. d. l. 12. §. 2. in fin. D. eod.* Plures differentias inter …umfruct, usum & habitationem vide apud *DD ad* …*§.* Moribus Britanniæ Celticæ habitatio ipso jure …duæ defuncti competit. Vide *Baron. ad h. t. part.* …*ster.*

*§. 6. Hæc de servitutibus, & usufructu, & …u, & habitatione dixisse sufficiat. De heredi…tibus autem & obligationibus, suis locis propo…emus. Exposuimus summatim quibus modis …re gentium res adquiruntur: modo videamus, …uibus modis legitimo & civili jure adquirun…ur.*

HÆc verba Triboniani transitionem continent, quæ nec altior probatione nec explicatione indigent. Videatur alias *Bacchov. vel Vinn. ad h. §.*

## *DE USUCAPIONIBUS, ET LONGI TEMPORIS PRÆSCRIPTIONIBUS.*

## TITULUS. VI.

*Iure civili constitutum fuerat, ut qui bona fide …b eo; qui dominus non erat, cum crederet eum dominum esse, rem emerit, vel ex donatione, a…liave quavis justa causa acceperit, is eam rem, si mobilis*

*mobilis erat, anno ubique uno, si immobilis, biennio tantum in Italico solo usucaperet, ne rerum dominia in incerto essent. Et quum hoc placitum erat, putantibus antiquioribus, dominis sufficere ad inquirendas res suas præfata tempora; nobis melior sententia resedit, ne domini maturius suis rebus defraudentur, neque certo loco beneficium hoc concludatur: & ideo constitutionem super hoc promulgavimus, qua cautum est, ut res quidem mobiles per triennium, immobiles vero per longi temporis possessionem (id est, inter præsentes decennio, inter absentes viginti annis) usucapiantur, & his modis non solum in Italia, sed etiam in omni terra, quæ nostro imperio gubernatur, dominia rerum justa causa possessionis præcedente adquirantur.*

SUMMARIA

1. An ratio usucapionis bona & usucapio vere bono publico introducta sit?

2. Quid Moribus hic servetur, & quomodo Mores intelligendi & temperandi sint?

HOc *pr.* cōveniens est *l.un.C.de usucap.transf.* Quod vero origo usucapionis ex jure Civili, id est, ex. 12.*tabul.* descendat, significat & *Tull. pro Cecinna*, &
1. *in Topic. l. 2. de ll.* & *l. 1. offic. Gell. l. 17. c. 7.* Ratio istius juris hic tradita, ne scil. rerum dominia in incerto essēt, confirmatur ex *l. 1. D. h. t.* cui & illa accedit, ut aliquis litiū finis sit. *l. usucapio 5. pr. D. pro suo.* & dominorum negligentia coerceatur. *l. ult. in fin. C. de annal. except.* Quæ quidem rationes seu ratiocinationes speciosæ videntur, sed cum civiles sint, & contra communes regulas juris gent, vix apud Nos attenduntur; quia

ia ſequimur ſimplex jus gentium, quod natura, potius Auctor naturæ Deus nobis imitandum inſpſit. Hoc autem in caſu noſtro tale eſt: Domino ſua reſtituenda eſt; vel tale: nemo cum alterius tura locupletari debet. Hæ, inquam, regulæ pertuæ & æternæ obſervantiæ ſunt, ideoque effectum bere debent, ſed ſalva tamen pœna, quæ ob negentiam infligi poteſt, ut ſupra & infra diximus ſæus. Utique id quod nobis à natura honeſtum videur, tamdiu ſequendum, donec fortior ratio contrarin ſuadeat. Conſcientia optimus judex, qui abſolvit condemnat. *Paul. Rom.* 2. *v.* 15. Nemo autem in conentia interrogatus vellet per uſucapionem rem ſuã i interverti. Quod tibi ergo non fieri, alteri ne fece. *Matth.* 7. Dura profecto eſt illa præſumtio Juris omani, quæ præſumit dominum, qui regulariter eſt ignorantia (quis enim tam ſocors ac negligens, ut ens pateretur rẽ ſuam poſſideri ab aliis?) eſſe in neigẽtia propter longum tẽpus, intra quod in res ſuas on inquiſivit. Quare etiam plures iſtiuſmodi præmptiones juris apud Nos nõ ſervantur, ut apparebit ſequentibus latius. Quinimo licet cum pleriſque D. dicamus, Jus Civile loqui de uſucapione ſeu præriptione longi temporis, quæ ex negligentia proceſ (nam ſi probabilis ignorantia allegari & proiri poteſt, dari debet reſtitutio in integrum) taen uſucapio injuſtus adhuc modus adquirendi vietur; quia nulla adhibetur proportio inter delictum pœnam. Exiguum enim delictum eſt negligentia, ropter quam tamen dominus, ſtante uſucap. rem epe magni pretii amitteret. Deinde nemo ex alrius delicto lucrum ſentire poteſt, cum ille titulus dquirendi natura inhoneſtus ſit, quod cum ſequiur in aliis, cur non etiam in hoc? Puniatur ſocordia

dia mulcta pecuniaria, sed domino res sua restituatur ut supra dixi & latius ad *tit. 2. Lib. 4.* Plures rationes vide in *disp. nost. ad h. pr. Inst.* Impertin. ad *tit. Inst. de testam.* & *Epistol. qua brevit. dem.* Moribus fere u-
2. bique usucapio seu præscriptio longi temporis abrogata est, & res mobiles & immobiles spacio 30. annor. præscribantur; in quibusdam locis spacio tertiæ partis 100. annor. ut in hac Provincia Ultrajectina, Holland. &c. In aliis breviori spacio, ut *Baron. ad h. t. part. poster.* videre est apud *Zyp. in notit. jur. Belg. tit. de præscript. Radelant decis. 47. n. 6. Grot. Introd. 2. p. 7. Vinn. ad h. pr. Schultz. ad h. t. Lambert. Gor. advers. jur. tract. 3. c. 9.* Qui mores tamen cũ grano salis accipiendi sunt, propter rationes jam allegatas, ut scilicet prædictæ præscriptiones magnam inducant præsumptionem pro possessore, sed salva tamen probabilis ignorantiæ quæ saltem juxta plerosque DD. parit restitution. in integ. quorum sententia etiam usu forensi recepta est, teste *Fachin. 1. c. 69.*

§. 1. *Sed aliquando etiam si maxime quis bona fide rem possederit: non tamen illi usucapio ullo tempore procedit: veluti si quis liberum hominem, vel rem sacram, vel religiosam, vel servum fugitivum possideat.*

HÆc exceptio descripta videtur ex *l. usucapion. 9. D. h. t. & l. 1. C. de serv. fugitiv.* ubi & ratio de servo fugitivo redditur. Ratio de cæteris rebus cuilibet obvia est, quia non sunt in commercio; vel ut loquitur *Tull. in orat. de arusp. respons.* quia mortales nihil à diis immortalibus usucapere possunt. Quanto vero tempore præscribantur res Ecclesiasticæ mobiles & immobiles vide apud *Schultz. ad h. t. lit. d.* u-

bi &

jus Civile & Canonicum & Saxonic.refert.

*§. 2. Furtivæ quoque res, & quæ vi possessæ t, nec si prædicto longo tempore bona fide pos- e fuerint, usucapi possunt. nam furtivarum um lex duodecim tabularum, & lex Atilia, ibent usucapionem: vi possessarum, lex Iulia & utia.*

Ujus l. Atiniæ & legis Plautiæ & Juliæ mentio fit in *l. sequitur.* 4. §. *quod aut.* 2. & *l. non solum* 33. § §. 2. *si dom. D. h. t.* ex quib. legib. nec non & *Gell.* 17. *c.* 7. manifeste hic §. confirmatur & illustratur. io prædictarum *ll.* hæc reddi potest (post nostras in pr. propositas) quod Reipub. intersit, furta iolentas invasiones coerceri. Exceptio hujus §. se- tur in §. 8. *h. t.*

*§. 3. Quod autem dictum est, furtivarum & possessarum rerum usucapionē per leges prohibi- n esse, non eo pertinet, ut ne ipse fur, quive per n possidet, usucapere possit; (nam his alia ratio- usucapio non competit, quia scilicet mala fide sident) sed ne ullus alius, quamvis ab eis bona e emerit, vel ex alia causa acceperit, usucapien- jus habeat. Vnde in rebus mobilibus non facile cedit, ut bonæ fidei possessoribus usucapio com- tat. Nam qui (sciens) alienam rem vendide- , vel ex alia causa tradiderit, furtum ejus com- ttit.*

HÆc cautela Triboniani non admodum necessaria est, quia nemo dubitat, ipsum furem aut inva- rem usucapere non posse, cum sint in mala fide, i-

deoq; dictas ll. necessario respicere ad alios, licet eti[illegible] bona fide possideant, propter regulam quæ exstat in *l.ubi 24.h.t.& l.vitia 11.C.de adq.poss.* Adde & [illegible] *sciens 7. C.pro empt.* Quod vero usucapio in rebu[s] mobilibus raro procedat, hinc demonstrari potest quod re aliena tradita, plerumque furtiva tradit[a] sit, re vero propria, non opus sit usucapione. *Alii ali*ter.

*§. 4. Sed tamen id aliquando aliter se habet nam si heres rem defuncto commodatam, aut locatam, vel apud eum depositam, existimans hereditariam esse, bona fide accipienti vendiderit, au[t] donaverit; aut dotis nomine dederit: quin is, qu[i] acceperit, usucapere possit, dubium non est; quippe cum ea res in furti vitium non ceciderit: quum utique heres, qui bona fide tanquam suam alienaverit, furtum non committat.*

RUrsus hæc ex Gajo, ex cujus commentariis tan[quam] Institutione, quam rerum quotidianarum Imperator fatetur in *proœm.* suas *Instit.* magna ex part[e] composuisse. Vide *l.potest 36.pr.D.h.t.*

*§. 5. Item si is, ad quem ancillæ ususfructus pertinet, partum suum esse credens vendiderit, aut donaverit, furtum non committi[t]: furtum enim sine affectu furandi non committitur.*

ITem hæc limitatio est ex *d.l.36.§.1.h.t.& l.seq.p[r.]* *D.eod.* Sed si verum est, quod supra ad §. 37.*tit.* diximus, scil. fructuarium ancillæ dominum esse pa[r]tus ancillæ, supervacuus est hic §. quia traditio à ve[ro] d[omino]

mino facta (quidquid dissentiat *Hotom. ad pr. h.t.*) im dominium in accipientem transfert. *l. 20. de .rer.dom.l.74.de cont.empt.* & *l.20.C.de pact.*

§. 6. *Aliis quoque modis accidere potest, quis sine vitio furti, rem alienam ad aliquem nsferat, & efficiat, ut à possessore usucapiat.*

HOrum modorum quidam exstant in *d.l.36.§.1.h.t.* quidam in *l. mandatum 57. mandat.* quidam *si id 5. pro derel.*

§. 7. *Quod autem ad eas res, quæ solo contitur, expedit, jus ita procedit, ut si quis locis vaitis possessionem propter absentiam aut negligenm domini, aut quia sine successore decesserit, sine nanciscatur: quamvis ipse mala fide possideat, ia intelligit se alienum fundum occupasse) tan si alii bona fide accipienti tradiderit, poterit longa possessione res adquiri; quia neque furtim, neque vi posessum acceperit. Abolita est en quorundam veterum sententia, existimantium am fundi locive furtum fieri, & eorum utilitati i res soli possident, principalibus constitutionibus spicitur, ne cui longa & indubitata possessio beat auferri.*

SUMMARIUM.

& quomodo intelligendus | & corrigendus hic §.

HIc §. quoq; à Gajo mutuatus est ex *l. furtum §. 1.* & *l. seq. D. h. t.* præter verba ejus ultima, quibus

Tribonianus ex constitutionibus Imperator. *tot. tit. C. de præscript. long. temp.* confirmat possessionem seu præscriptionem longi temporis. Sed dixerim cum Balduino, hunc §. immutatum esse per *Nov.* 119. *c.* 7. ubi ille qui à malæ fid. possessore fundum accepit, opus habet præscriptione 30. annor. modo verus dominus ignoretur. An correctus sit *per l. un. C. unde vi*; item an accipiendus de rebus quæ pro derelicto habentur, disputavimus *ad h. t. Inst.* Quod attinet sententiam veterum (quorum etiam mentionem facit *Gell. lib.* 18. *c. ult.*) ea certe parum aut nihil abhorret à simplici veritate, ut videre licet in *Catechef. Ursin. q.* 110.

§. 8. *Aliquando etiam furtiva, vel vi possessa res usucapi potest, veluti si in domini potestatem reversa fuerit, tunc enim vitio rei purgato, procedit ejus usucapio.*

HÆc exceptio *d. §. 2. h. t.* descripta est ex *d. l. sequitur 4. §. 6. h. t. & l. ult. D. de vi bonor rapt.* Intelligitur autem & tunc res reversa in potestatem domini, si habuerit potestatem vindicandi. *l. potestatis* 215. *de V. S.* Rationem hujus § reddit *Hotom. hic.* quæ tamen non procedit, nisi conveniens sit nostris *ad h. t.* allegatis.

§. 9. *Res fisci nostri usucapi non potest. Sed Papinianus scripsit, bonis vacantibus fisco nondum nunciatis, bonæ fidei emtorem traditam sibi rem ex his bonis usucapere posse, & ita divus Pius, & divi Severus & Antoninus rescripserunt.*

SUMMA-

## SUMMARIUM.

An & quomodo res fisci & na vacantia præscribantur, & quid hic moribus servetur, & debeat servari?

HIc §. conglutinatus videtur ex *l. quamvis* 18. *D. h. t.* & confirmatur ex *l. ubi* 24. *in fin. D. eod. l. quidam* . §. 1. *de leg.* 1. *l* 2. *C. com. de usucap.* An vero res fi- ales saltem 40. ann. præscribantur, vide apud *Bac- ov. & Vinn. ad h. §. & disp. nost. ad h. t.* Item apud osdem, an in bonis vacantibus præscriptio quadri- nnii mutata sit in præscriptionem long. temp. Mo- bus bona vacantia (quod & olim Fredericus consti- it, *tit. quæ sint regal.*) inter regalia & [illegible] nu- erantur, ob rationes supra relatas semel atque i- rum ad *tit.* 1. *hujus Lib.* 2. Quare etiam hodie res ci, maxime eæ quæ vulgo regalia & reservata Princi- um dicuntur, vel nullo, vel non nisi tempore imme- oriali præscribuntur. *Zanger. de except. p.* 3. *c.* 10. *n.* 3. *Schultz. ad h. t. lit. e. Baron. ad h. t. part. post. Gail. obs.* 21. Sed Civitates utuntur alio jure, de quo de *Schultz. d loc.* junct. *Gail. lib.* 1. *de pac. pub. c.* 6. *n.* 1. *Zyp. tit. de jure fisci Gudelin. lib.* 5. *c.* 10. *de jure no- iss. Argentræ. ad consuet. Britan. tit. des approprianc. rt.* 266. *c.* 19. *Lamb. Gor. Adv. tract.* 3. *cap.* 9. & 12. Nos *pr.* hujus *tit.* diximus, ne quidem privato temere em suam per præscriptionem auferendam esse, ergo nulto minus fisco seu Principi, cujus causa hic favo- abilis & privilegiata est.

§. 10. *Novissime sciendum est, rem talem esse lebere, ut in se non habeat vitium, ut à bonæ fidei mptore usucapi possit, vel qui ex alia justa causa ossidet.*

HÆc conclusio ex præcedentibus paragraphis manifesta est, nec ulla prolixiori probatione eget. Sed in præscriptione 30. vel 40. annor. neque jure Civili neque Canon. titulus requiritur. *DD.comm.ad l.3.& 4.C.de præscript.30.annor.& c.1.de præscript. in.6.* quos sequitur jus Saxon. teste *Schultz. ad h.t. lit.c.*

*§. 11. Error autem falsæ causæ usucapionem non parit: veluti si quis cum non emerit, emisse se existimans, possideat; vel cum ei donatum non fuerit, quasi ex donatione possideat.*

HIc §. excerptus videtur ex *l.Celsus 27.h.t.* Sed haud dubie accipiendus cum mica salis, quæ exstat in *l.quod vulgo 11.D.pro empt.* ubi & exemplum justi erroris adjicitur. Aliud exemplum videre est in *l.2.§.si a pupillo 15.D.eod.& l.7.§.2.de Public. in rem act.* Quid dicendum sit in præscript. longiss. temp. dixi in *§. præced.* Quid de præsumptione bonæ fidei, si titulus deficit. Quid denique si de titulo vitioso constet, vide apud *Schultz.d.lit.c.Fachin.8.c.31.& 32.& 33.& disp.nost.ad h.t.*

*§. 12. Diutina possessio, quæ prodesse cœperat defuncto, & heredi, & bonorum possessori continuatur, licet ipse sciat prædium alienum esse: quod si ille initium justum non habuit, heredi & bonorum possessori, licet ignoranti, possessio non prodest. Quod nostra constitutio similiter & in usucapionibus observari constituit, ut tempora continuentur. Inter venditorem quoque & emtorem conjungi tempora, divi Severus & Antoninus rescripserunt.*

SUMMA-

SUMMARIUM.

Textus confirmatio, & quid | cautum?
:jure Canonico & Moribus |

PRima pars *hujus* §. de diutina possessione, colligi & confirmari potest ex *l. heres ejus* 43. *h. t. l. cum* *eres* 11. *de divers. & temporal. præscript.* Secunda ars de usucapionibus ex *l. un. vers. quod & in rebus* *de usucap. transf.* Tertia pars de emptore & vendi- re ex *l. id tempus* 14. *D. h. t. & l.* 2. §. 20. *pro empt.* ncto tamen §. *si eam rem* 17. *D. eod.* Ex quibus xtibus hic §. ita perspicuus est, ut mirum sit, *DD.* ic ita inter se digladiari, præsertim cum de jure novo tis constet ex *d. l. un.* Vide tamen *DD. ad h.* §. *& di-* *but. nost. ad h.* §. Jure Canonico in quacunque præscri- tione bona fides requiritur. *c. ult. ext. de præscript. c.* *ossess.* 2. *de R. J. in* 6. quod passim, ubi præscriptio- es in usu sunt, usu receptum est. *Myns. cent.* 4. *obs.* 6. *chneid. ad. h. t. n.* 17. *Schultz. lit. b.*

*§. 13. Edicto divi Marci cavetur, eum, qui à* *isco rem alienā emit, si post venditionem quinquen-* *ium præterierit, posse dominum rei exceptione re-* *pellere. Constitutio autem divæ memoriæ Zeno-* *nis bene prospexit iis, qui à fisco per venditionem,* *aut donationem, vel alium titulum accipiunt ali-* *quid; ut ipsi quidem securi statim fiant, & victores* *existant, sive experiantur, sive conveniantur. Ad-* *versus autem sacratissimum ærarium usque ad qua-* *driennium liceat eis intendere, qui pro domino vel* *hypotheca earum rerum, quæ alienatæ sunt, puta-* *verint sibi quasdam competere actiones. Nostra au-* *tem divina constitutio, quam nuper promulgavi-*

 *mus,*

*mus, etiam de iis, qui à nostra, vel venerabilis Augustæ domo aliquid acceperint, hæc statuit, quæ in fiscalibus alienationibus præfatæ Zenonianæ constitutionis continentur.*

PRincipium de edicto Divi Marci probatur ex *l.ult. C.si advers.fisc.* Constitutio Zenonis exstat in *l.2.C. de quad.præscript.* Constitutio Justiniani in *l.ult.C.eod.* Sed jure Canon. d. Constitutio Justiniani improbatur. *c. placuit.*16. *q.* 3. quod Mores sequuntur. *Christin.vol.4.decis.*82.*n.ult. Bugnion. leg.abrog. l.* 6.*coll.* 122.*Zyp.in Notit. jur. Belg. tit. de præscript.* ubi tradunt, domino usque ad 30. annos rei vindicationenem competere contra eum, qui causam à fisco accepit. Adde nostra ad *pr. h.t.*

## *DE DONATIONIBUS,*

### TITULUS VII.

*Est & aliud genus adquisitionis, donatio. Donationum autem duo sunt genera, mortis causa & non mortis causa.*

### SUMMARIUM.

1 Quomodo donatio referatur inter modos adquirendi juris civilis, & an recte?

HOc initium ex jure novo descendit. Nam Justinianus in *l.si quis argent.* 35.*§.ult.C.de donat.* novam formam donationi indidit, nempe hanc, ut donatio etiam nudo pacto inita valeat, & sine traditione dominium transferat in donatarium. *d.§.ult.* Male quidem sentit Imperator, hoc à jure Civili esse, quod dominium cēseatur translatum sine traditione (ut

ostendi in §.40.*de rer.divis.*) sed tamen ea opinio. donationem retulit inter modos adquirendi juris lis. *Alii aliter.* Vide *disput.nost.ad h.t.* Notatio-n,definitionem & divisionem latius vide in *l.se-us 35.§.1.& 2.de donat.mort.caus.l.donar.29. h.t. eod.*

*§. 1. Mortis causa donatio est, quæ propter rtis fit suspicionem: cum quis ita donat, ut si d humanitus ei contigisset, haberet is, qui ac-it, sin autem supervixisset, is, qui donavit, re-ret: vel si eum donationis pœnituisset: aut prior esserit, cui donatum sit. Hæ mortis causa do-iones ad exemplum legatorum redactæ sunt per ia: nam cum prudentibus ambiguum fuerat, um donationis, an legati instar eam obtinere o-teret, & utriusque causæ quædam habebat insi-a, & alii ad aliud genus eam retrahebant: à no-constitutum est, ut per omnia legatis connume-ur, & sic procedat, quemadmodum nostra con-utio eam formavit. Et in summa mortis causa atio est, cum magis se quis velit habere, quam , cui donat: magisque eum, cui donat, quam edem suum: sic & apud Homerum Telemachus at Piræo.*

Πειραῖ, οὐ γὰρ τ' ἴδμεν ὅπως ἔσται τάδε ἔργα,
Εἴ κεν ἐμοῦ μνηστῆρες, ἀγήνορες ἐν μεγάροισι
Δαθρῇ κλείναντες, πατρώια πάντα δάσονται,
Αὐτὸν ἔχοντά σε βούλομ' ἐπαυρέμεν, ἤ τινα τῶνδε,
Εἰ δὲ κ' ἐγὼ τούτοισι φόνον καὶ κῆρα φυτεύσω,
Δὴ τότε μοι χαίροντι φέρειν πρὸς δώματα χαίρων. i.e.

Odyss.

Odyſſ. 17. circa Principium.

Pireæ, incertus quoniam rerum exitus harum eſt,
Si tacita incautum ſtolidi me forte necare.
Morte proci poterunt,& opes vexare paternas.
Hæc ego te malo,quam illorum quempiam habere.
Sin ergo eo juſta meritos afficere clade,
Tum mihi tu læto reddes illa omnia lætus.

SUMMARIUM.

Textus confirmatio & quid | hic Moribus?

HÆc definitio mortis cauſa donationis confirmatur & explicatur ex *l.2.4.ll.ſeqq.l.mort.cauſa* 31. *§.2.d.l.ſenatus* 35.*§.2.& ſeqq. D.de donat. mort. cauſ.* Trium modorum (quibus dicta donatio revocatur) primus, qui fit reſtitutione valetudinis, exprimitur in *l.* 1.19.23.24.26. 29. 35. § 1.& 2. 39. *D. de mort. cauſ.donat.* Secundus, qui fit pœnitentia donantis, extat in *d.l.*35.*§.*1.*&* 2.*l.mortis* 16.*d.tit.* Tertius, qui fit morte donatarii ante donatorem mortui traditur *d.l.*35.*§.mortis* 4.*in fin.& l.ſi alien.*13. *D. eod.* Conſtitutio quâ Imperator Juſtinianus donationes mortis cauſa fere per omnia adæquavit legatis, extat in *l.ult.C.de donat. cauſ.mort.* Altera vero in hoc §. definitio,ſeu latior quædam deſcriptio donationis mort.cauſ.petita eſt ex *l.*1. *& d. l.*35.*§.*2. *de mort.cauſ.donat.* Plura exempla donationis mortis cauſa factæ, vide apud *Demoſth.in Calipp.ſub fin. Euripid. in Alceſt. lib.*42. Moribus donatio ſpecies ultimæ voluntatis videtur quoties relinquitur coram Notario & duobus teſtibus; quod tamen caute accipiendum ob hunc. §. Plura ad praxin ſpectantia vide apud

*apud Schultz.ad h.t.lit.a.Zyp.tit.de donat.Ant.Fabr. ad lib.8.C.tit.39.def.1.& seqq.Imbert. Enchirid. jur. lit.d.*

§. 2. *Aliæ autem donationes sunt, quæ sine ullâ mortis cogitatione fiunt, quas inter vivos appellamus, quæ non omnino comparantur legatis, quæ si fuerint perfectæ temere revocari nō possunt. Perficiuntur autem cum donator suam voluntatem scriptis, aut sine scriptis manifestaverit. Et ad exemplum venditionis, nostra constitutio eas, etiam in se habere necessitatem traditionis voluit: ut etiam si non tradantur, habeant plenissimum & perfectum robur, & traditionis necessitas incumbat donatori. Et cum retro principum dispositiones insinuari eas actis intervenientibus volebant, si majores fuerant ducentorum solidorum: constitutio nostra eam quantitatem usque ad quingentos solidos ampliavit, quam stare etiam sine insinuatione statuit: sed & quasdam donationes invenit, quæ penitus insinuationem fieri minime desiderant, sed in se plenissimam habent firmitatem. Alia insuper multa ad uberiorem exitum donationum invenimus, quæ omnia ex nostris constitutionibus, quas super his exposuimus, colligenda sunt. Sciendum est tamen, quod etsi plenissimæ sint donationes: si tamen ingrati existant homines, in quos beneficium collatum est, donatoribus per nostram constitutionem licentiam præstitimus certis ex causis eas revocare, ne illi, qui suas res in alios contulerint, ab his quandam patiantur injuriam vel jacturam, se-*

cun-

*cundum enumeratos in constitutione nostra modos.*

SUMMARIA.

1. An recte donatio ob ingratitudinem revocari possit?
2. An & quæ donatio dominium transferat etiam traditione nondum facta?
3. Quid hodie circa insinuationē introductum sit, & quale votum hic Auctoris?

QUod vix comparatio institui possit inter donationes inter vivos & legata, liquidius est, quàm
1. ut probari debeat. Præterea & hoc certum, donationes inter viv.non posse revocari, nisi ex gravissima causa ingratitudinis. *l.ult.C.de revocandi donat.*Ratio redditur in fine hujus §. *& d.l. ult.* quæ multorum, Philosophorum auctoritate confirmari posset, si opus esset. Sufficiat probari ex sacris, ubi Deus Opt. Max.Gentes propter ingratitudinem sæpe graviter punivit. Hoc, inquam, exemplum quidni & lex vel Magistratus,qui Dei vicarius est, sequi posset?. Facit huc in terminis (ut loquuntur)locus *Math.* 13.*vers.*12.
2. *&* 25.*v.*29.Perfici autē donationem nuda voluntate, id est nudo pacto perfecte contrahi, & dominiū ante traditionem etiam transferri in donatarium, probavi in *pr.h.t.* Vel, si ita ab Imp. non est constitutum (ut quidam volunt) tamen ita constitutum oportet, ut dixi ad §.40.*de rer.divis.* & dicam latius ad *tit. de empt.& vend.* Imo jure divino vel simplici jure gent. donatio absenti vel ignoranti facta valida & absoluta est, ideoque ne ante ratihabitionem quidem, vel acceptationem revocari potest. *Matth.* 5.*v.*33.*&* 37. Vide *disp.nost.ad h t.* Quod donatio ducentor. aureor.usque ad tempora Cōstantini insinuanda fuerit, apparet ex *l.*3.*C.Theod.& l.*25.*&* 27.*C.h.t.*Quod

po-

...tea trecentor: ex *Constit. Justiniani in l. sancimus.* ... *C. eod.* Denique quingentorum ex *Constit. Ejusdē* ... *pen. §. ult. C. d. tit. & Nov. 162. c. 1. §. ult.* quæ sum- ... nostra moneta efficere creditur 2500. Carolinos ; ... aureos Ungaricos, teste *Joan. à Sande lib. 5. tit. 1.* ... *f. 3 & Schneid. hic n. 41.* ubi & de insinuatione præ- ... æ summæ quotidie ita pronunciari attestatur. Fran- 3.
...cus Galliar. Rex jussit, omnes donationes insinuari, ...te *Balduin. ad h. §. Tholosan. syntagm. l. 28. c. 13. n. 17.* ...æ Constitutiones summam rationem habere vi- ...itur ; quia Reipub. interest, ne quis re sua male u- ...ır. *§. ult Inst. de his qui sui alien.* aut fontem ex- ...uriat. *Paul. 1. Corinth. 8. v. 13.* aut fraude decipia- ... *d. l. data 27. C. h. t.* In summa, magistratus offi- ... liberalitatis admittere debet, ut ratio & sana phi- ...ophia permittit ; qua de re consule *Aristot. lib. 4.* ...*h. Ambros. de offic. Senec. de benefic.* Mallem ta- ...n cum Francisco Rege omnes donationes, nullo ...ibito discrimine quantitatis, insinuari, sed sub pœ- ... pecuniaria, non vero nullitatis ; quia omnis convē- ..., omnis voluntas ultima servanda est, quæ non ... contra jus divinum, vel honestatem vel conscien- ...m, ut probavi jam aliquoties. Quænam vero istæ ...nationes sint, quæ insinuationem non desiderant, ...citur in *d. l. sancimus 34. & l. penult. C. h. t.* Plura ad ...guiorem usum hujus §. pertinentia vide apud *Re-* ...*ff. tract. de donat. insinuand. Ant. Fabr. ad l. 8. Codic.* ... 40. *def. 1. & seqq. Papon. lib. 11. arrest. tit. 1. Perez.* ...*h. t. C. n. 31.* in *disp. nost. ad h. t. & Zyp. tit. de Sacros.* ...*cles. pr. Notit. jur. Belg. Christin. decis. 188. & seqq.* ...*l. 4.* Quod hodie causæ revocandæ donationis ad ...niles extendi possint, testatur *Treutl. disp. 19. vol. 2.* ...*es. 7. lit. d.* ita ut arbitrariæ videantur.

*§. 3. Est & aliud genus inter vivos donatio-* *nis,*

*nis, quod veteribus quidem prudentibus penitus erat incognitum, postea autem à junioribus divis principibus introductum, quod ante nuptias vocabatur, & tacitam in se conditionem habebat, ut tunc ratum esset, cum matrimonium eßet insequutum. Ideoque ante nuptias appellabatur, quod ante matrimonium efficiebatur, & nunquam post nuptias celebratas talis donatio procedebat. Sed primus quidem divus Iustinus pater noster cum augeri dotes & post nuptias fuerat permissum, si quid tale eveniret, & ante nuptias augeri donationem & constante matrimonio, sua constitutione permisit: sed tamen nomen inconveniens remanebat, cum ante nuptias quidem vocabatur, post nuptias autem tale accipiebat incrementum. Sed nos plenissimo fini tradere sanctiones cupientes, & consequentia nomina rebus esse studentes, constituimus, ut tales donationes non augeantur tantum, sed etiam constante matrimonio initium accipiant: & non ante nuptias, sed propter nuptias vocentur; & dotibus in hoc exæquentur, ut quemadmodum dotes constante matrimonio non solum augentur, sed etiam fiunt: ita & istæ donationes, quæ propter nuptias introductæ sunt, non solum antecedant matrimonium, sed eo etiam contracto augeantur, & constituantur.*

SUMMARIUM.

xtûs confirmatio & ex- tio, & quid hodie circa donationem ante nuptias obtineat?

Uod donatio ante nuptias Veteribus incognita fuerit, ſaltem quoad formam, vel ex eo certum quod nuſquam in Digeſt. ejus mentio fiat. Adde . *& l.16.& tot.tit.C.de donat.ant.nupt.* Etiam lie donatio ante nuptias tacitam in ſe conditio- habet, ut tunc demum rata habeatur, quando m matrimonium inſequutum eſt. Itaque ſi per nſum non ſtetit quo minus matrimonium ce- atum ſit, totam donationem ſuam repetere po- ,licet oſculum interceſſerit, contra *d.l.16.Zyp tit. ure dot.* Conſtitutio autem Divi Juſtini extat *ſi conſtante 19.C.de donat. ant.nupt.* Conſtitutio tiniani in *l.cum multæ 20. C.eod.* Boni legiſlato- eſſe, apta nomina imponere rebus, ſcripſit etiam *ito in Cratylo.* Moribus d. conſtitutio Juſtiniani donatio propter nuptias propria ſic dicta abiit in ſuetudinem. *Schneid.hic.n.4. Cujac.5.obſ.4.* ut & *uth.æqualitas.C.de pact.convent.tam ſup.dot. Zyp. it de jure dot.* Sed cur pater pro facultatibus & gnitate utriuſque non teneatur filio donare pro- er nupt. non video. *arg. l. quæro 60. de jure dot.* arium, ſive dotalitium, vulgo **een morgengave** ſive **arii** eſt donatio inter vivos in pactis ante nuptia- us à ſponſo ſponſæ relicta; ideoq; non temere re- cāda *d.§.2.h.t.* Vide *Neoſtad.de pact.antenupt.Gu- l.1.c.8 Vinn.ad h.§ Tulden.ad h.t.c.5.Schultz.ad h.t. eutl.diſp.7.vol.2.theſ.10.Chriſt.deciſ.73.vol 1.& ad Mechlin.tit.16.art.16.& ſeqq.* ubi plura notabilia de uario *tit C.de donat.inter vir & uxor.& diſp. noſtr. d d.t.* An & quomodo hodie quævis alia donatio filio el à filio fieri poſſit, vide apud *Buſ.ad l.7.D.de donat.*

§. 4.

*§. 4. Erat olim & alius modus civilis adqui-sitionis per jus adcrescendi, quod est tale: Si com-munem servum habens aliquis cum Titio, sol- libertatem ei imposuerit vel vindicta, vel testa-mento: eo casu pars ejus ammittebatur, & soci- adcrescebat. Sed cum pessimum fuerat exempl- & libertate servum defraudari, & ex ea huma-nioribus quidem dominis damnum inferri, sævi-ribus autem dominis lucrum accedere: hoc quasi in-vidia plenum, pio remedio per nostram constitu-tionem mederi necessarium duximus. Et invenim- viam, per quam & manumissor, & socius ejus, & qui libertatem accepit, nostro beneficio fruan-tur, libertate cum effectu procedente (cujus favor- antiquos legumlatores multa etiam contra com-munes regulas statuisse manifestum est) & eo qui eam libertatem imposuit, suæ liberalitatis sta-bilitate gaudente: & socio indemni conservato pretiumque servi secundum partem dominii, quo nos definivimus, accipiente.*

Constitutio, cujus hic fit mentio & ex qua hic desumptus est, extat in *l.1.C.de comm.serv.man.* Ratio posita est in favore libertatis, cui & alias tavisl Veteres, verum est. *l.generaliter* 24.§.*si quis* 10.*de fide com.libert.* Hinc & hic §. adscriptitiis accommodari potest.

Q V I-

# QVIBVS ALIENARE LICET, VEL NON.

## TITULUS. VIII.

*Accidit aliquando, ut qui dominus sit, alie-[na]re non possit, & contra, qui dominus non sit, a-[lie]nandæ rei potestatem habeat. Nam dotale præ-[diu]m maritus invita muliere per legem Iuliam [pro]hibetur alienare, quamvis ipsius sit, dotis causa [ei] datum, quod nos, legem Iuliam corrigentes, in [me]liorē statum deduximus. Cum enim lex in solis [tan]tummodo rebus locum habebat, quæ Italicæ fue-[ran]t, & alienationes inhibebat, quæ invita mulie-[re f]iebant, hypothecas autem earum rerum, etiam [vol]ente ea: utriq; remedium imposuimus, ut etiam [in e]as res, quæ in provinciali solo positæ sunt, in-[ter]dicta sit alienatio vel obligatio: ut neutrum eo-[ru]m neque consentientibus mulieribus procedat, ne [se]xus muliebris fragilitas in perniciem substantiæ [ea]rum convertatur.*

SUMMARIA.

[1]. Textus comprobatio & [e]xplanatio.

2. Quodnam jus hodie servetur, ejusque ratio?

MAritum prædii dotalis etiam inæstimati dominum fuisse, sed subtili (ut loquar cum Imp.) ficti-[on]e juris. *l. in reb.* 30. *C. de jure dot.* multis locis pro-[bat]um est. *l. dotale præd.* 13. §. 2. *de fund. dot.* *l.* 7. §. 3. [de] *jure dot.* *l.* 23. *C. eod.* & tamen Lege Jul. prohibi- 1.

tum fuiſſe, tale prædium invita muliere alienare, aperte docet *Paul.2.ſent.21.l.1.& 4. de fundo dot. & l.un §.15.C.de rei uxor. act.* Ratio vero, cur veteres volente uxore iſtius prædii alienationem, non tamen oppignorationem permiſerint, hæc fuiſſe videtur, quod credebant, mulieres eſſe avaras, atque adeo difficilius induci poſſe ad alienandum, quàm oppignorandum. *arg.l.4.ad SCt.Vellej.* Sed hac ratione ſuperhabita, atque etiam rejecta differentia inter prædia Italica & Provincialia Imperator conſtituit, prædium dotale à marito ne quidem conſentiente uxore alienari vel oppignorari poſſe. *d. l. un. §. 15. C. de rei uxor. act.* Ratio Conſtitutionis ſubjungitur in fine hujus princip. cum qua coincidit illa, quæ extat in *d.l.un.d.§.15.verſ. ne fragilitate naturæ C.eod.* An maritus præter ſervum dotalem quaſlibet alias res mobiles, licet ſervando ſervari poſſint, alienare queat, vide in *diſp. noſt. ad h. pr. & ad §. 43. Inſt. de rer. diviſ.* Plures exceptiones dictæ prohibitionis & varias res judicatas vide apud *Chriſt. vol. 3. deciſ.133.& 142.Joan.à Sand. de prohib.rer. alienat.*
2. *part.1.c.10.* Moribus plerarumque Gent. magis l. Julia, quam reformatio Juſtiniani ſervatur. *Tulden. ad h.t c.1.Joan.à Sande d.loc.* Scio, dominis non temere liberam diſpoſitionem de bonis ſuis auferendam eſſe; ſcio itidem maritum jure divino curatorem & dominum uxoris perhiberi, ſed nec me latet, Magiſtratum pro genio ſubditorum facultatem diſponendi de bonis coarctare poſſe. Hinc variæ limitationes, varia requiſita. Vide *Vinn.ad h. §. Schultz. ad h.t.lit. b. Baron. part. poſter. Buſ. ad l. 1. & 2. ad SCt. Vellejan.& ad l.15.de pact. Neoſtad. de pact. antenupt. Gudelin.lib.1.c.7.de jure noviſſ. Chriſtin. ad ll. Me-*

*chlin.tit.9.art.2.* Quid ergo, si statuatur, ut ritus non possit res uxoris alienare, nisi sciente & probante Magistratu?

*§. 1. Contra autem creditor pignus ex pa- ne, quamvis ejus ea res non sit, alienare po- t. Sed hoc forsitan ideo videtur fieri, quod volun- e debitoris intelligitur pignus alienari, quia ab tio contractus pactus est, ut liceret creditori pi- us vendere, si pecunia non solvatur. Sed ne ditores jus suum persequi impedirentur, neque itores temere suarum rerum dominium amitte- viderentur: nostra constitutione consultum est, certus modus impositus est, per quem pignorum tractio possit procedere: cujus tenore utrique rti, creditorum & debitorum, satis abunde pro- ũm est.*

SUMMARIUM.

Nævum esse in d.l.4.de pig. .& d.l. ult.C.de jure dom. impet. hodie non servari.

Ignus non fieri creditoris, confirmat *l. pignus 9. C.de pign.act.* & tamen ab eo ex pacto debitoris enari posse, certum est. *l.si convenit.4. de pign. act.* tio est, quia ipse debitor alienare videtur. *arg. l. i mandat.56.de solut.* Quinimo licet nihil con- nerit, distrahi potest; sed secundum normã Consti- tionis hic memoratæ, quæ extat in *l.ult.C.de jure t.impet.* modo nõ convenerit de non distrahendo; io casu *d.l.4.* ante distractionem trinam requirit in- pellationem. Quod tamen non probo; quia non rei

natura, sed pacta servanda sunt. Moribus prædicta forma distrahendi pignoris ex *d.l.ult.* vix ullibi locorum servatur. Vide *Schneid.hic.n.6.Christin.vol. 4. decis.172.Bartol.& Bus.ad d.l.4.Vinn. & Myns. ad h. §.Baron.ad h.t.part.poster.Treutl.disp.1.vol.2.thes. 8. lit.f.Perez.ad tit.34.C.lib.8.n.ult. Schultz. ibid.lit. e.* Mihi illa Consuetudo arridet, quâ creditori quam primum solvitur, quod debetur. *Rom.13.v.7.& seq.* Plura hac de re cum usu vide apud *Christ. decis.* 170. *vol.4.Treutl.d.disp.1.Ant.Fabr.ad lib.8. Cod. tit.* 16. *def.1.& seqq.& plur.tit. Cod.de pignor.*

*§. 2. Nunc admonendi sumus, neque pupillum, neque pupillam ullam rem sine tutoris auctoritate alienare posse. Ideoque si mutuam pecuniam sine tutoris auctoritate alicui dederit, non contrahi obligationem, quia pecuniam non facit accipientis, ideoq; vindicari nummi possunt, sicubi extant. Sed si nummi, quos mutuo minor dederit, ab eo, qui accepit, bona fide consumpti sunt, condici possunt, si mala fide, ad exhibendum de his agi potest. At ex contrario, omnes res pupillo & pupillæ sine tutoris auctoritate recte dari possunt. Ideoque si debitor pupillo solvat, necessaria est debitori tutoris auctoritas, alioqui non liberabitur. Sed hoc etiam evidentissima ratione statutum est in constitutione, quam ad Cæsarienses advocatos ex suggestione Triboniani viri eminentissimi, quæstoris sacris palatii nostri, promulgavimus: qua dispositum est, ita licere tutori vel curatori debitorem pupillarem solvere, ut prius judicialis sen-* ten-

*ntia sine omni damno celebrata, hoc permittat, o subsequuto, si & judex pronunciaverit, & bitor solverit, sequatur hujusmodi solutionem enissima securitas. Sin autem aliter, quam sposuimus, solutio facta fuerit, pecuniam autem lvam habeat pupillus, aut ex ea locupletior sit, & huc eandem pecuniæ summam petat: per exceionem doli mali poterit submoveri. Quod si ale consumpserit, aut furto, (aut vi) amiserit, hil proderit debitori doli mali exceptio, sed nilominus condemnabitur, quia temere sine tutos auctoritate, & non secundum nostram dispoionem solverit. Sed ex diverso, pupilli vel pullæ solvere sine tutoris auctoritate non possunt, uia id, quod solvunt, non fit accipientis: quum ilicet nullius rei alienatio eis sine tutoris auctorite concessa sit.*

SUMMARIUM.

Textus confirmatio & diffiiltas excussa circa verbum IDEOQUE, & constitutionem, de qua hic fit mentio.

Rimam regulam in *pr.* hujus §. traditam confirmavi *ad pr. Inst. de auctor. tut.* Quod vero pecunia nutua à pupillo sine tutoris auctoritate data non at accipientis, atque ideo nummi vindicari possint, cubi extant, condici vero, si bona fide consumpti int; sin mala fide, peti actione ad exhibend. perbicue traditur in *l. non omnis* 19. §. 1. *de reb. credit.* & 11. §. *ult. D. eod.* Vide nostra *ad* §. 29. *de rer. divis.* lltera regula in medio fere hujus §. his verbis tradi-

ta: *At ex contrario &c.* confirmata quoque est in *d. pr. de auctor. tut.* Quod pupillo absque tutoris auctoritate non recte solvatur, dixit *Paulus in l. pupillo 15. de solut.* Sed quæ ratio conclusionis in verbo *ideoque?* Si dicamus, *dari* accipi pro *donari*, conclusio bona est, cum ille qui solvit, non donet, nec proprie det, cum pupillus simul aliquid amittat, puta obligationem. Vel pro *ideoque* legendum, *quanquam*, teste *Hotom. & Wesemb.* Constitutio, cujus hic fit mentio, extare videtur in *l. sancimus 25. C. de adm. tut.* missa autem est ad *Joann. præfect. prætor. d. l. 25. inscript.* sed promulgata hic dicitur ad Cæsarienses Advocatos, quia forte ad illorum interrogata & consultationem emissa est. *Bacchov. & Vinn. hic.* Exceptiones dictæ Constitutionis vide in *d. l. 25. & 27. C. eod.* Quod pupillus locupletior factus ex solutione etiam illegitime adhibita, possit repelli per exceptionem doli mali, probatur ex eadem *l. 15. de solut.* junct. *l. in pupillo 47. D. eod.* Ratio est in *l. nam hoc 14. de condict. indeb.* Sed quid, si pecunia soluta non extet, neque pupillus ex ea locupletior sit? iterum solvere debet creditor. *h. §. n. & d. l. 25. C. de adm. tut.* Posterior pars §. nostri de solutione pupilli desumta videtur ex *l. 9. §. 2. de auct. tut.* & explicata ac limitata in *pr. d. §. nost.* Usum hujus §. vide ad *d. pr. Inst. de auct. tut. & tit. de curat.*

## *PER QVAS PERSONAS CVIQVE ADQVIRITVR.*

### TITULUS IX.

*Adquiritur vobis non solum per vosmet ipsos sed etiam per eos, quos in potestate habetis: (item*

*pe servos, in quibus usumfructum habetis:) item pe homines liberos, & per servos alienos quos bo-na fide possidetis, de quibus singulis diligentius di-spiciamus.*

HÆc denuo ex Cajo sumta sunt. *l.* 10. *adquiruntur. pr. de adq. rer. dom.* præterquam quod Tri-bonianus quædam de servis usufructuariis inserue-rit & quidem recte, cum de iis quoque in sequenti-bus §§. agatur. Itaque male illa à *Cujac. Wesemb.* & *...rone* hic omissa sunt.

*§. 1. Igitur liberi vestri utriusque sexus, ...os in potestate habetis, olim quidem quicquid ...eos pervenerat (exceptis videlicet castrensibus ...ulis) hoc parentibus suis adquirebant sine ulla ...tinctione: & hoc ita parentum fiebat, ut etiam ...t eis licentia, quod per unum vel unam eorum ...quisitum esset, alii filio, vel extraneo donare, ...l vendere, vel quocunque modo voluerant, ad-...care. Quod nobis inhumanum visum est, & ...nerali constitutione emissa, & liberis pepercimus, & patribus honorem debitum reservavimus. ...ncitum enim à nobis est, ut si quid ex re patris ei ...veniat, hoc secundum antiquam observationem ...tum parenti adquiratur. Quæ enim invidia ...t, quod ex patris occasione profectum est, hoc ad ...m reverti? Quod autem ex alia causa sibi fi-...sfamilias adquisivit, hujus usumfructum patri ...idem adquirat, dominum autem apud eum re-...aneat, ne quod ei suis laboribus, vel prospera*

*fortuna acceſſerit, hoc in alium perveniens, luctuoſum ei procedat.*

SUMMARIA.

1. Quid olim, & quid tempore Juſtiniani circa bona profectitia & adventitia introductum?

2. Quid Moribus, eorumque ratio?

1. HIc §. deſcriptus eſt, aut ſaltem totus colligi & confirmari poteſt ex *l. cum oportet. 6. C. de bon. quæ liber.* Jure autem veteri filiumfam. quidquid adquirebat, pleno jure adquiſiviſſe patri, exceptis peculiis caſtrenſibus, liquido conſtat ex *l. placet. 79. de adq. hered.* junct. *l ex nota. 10. de caſt. pecul. & l. 2. ad SC. Macedon. Juvenal. Satyra 16.* Quid jure antiquiſſimo & florentè adhuc Repub. obtinuerit, nihil ad me attinet hic dicere. Videatur *Hotom. Giphan. & Vinn. ad h. §.* Parum quoque ad inſtitutum meum facit, quando Conſtantinus in bonis maternis filiofam. dederit proprietatem, patri uſumfructum; Arcadius & Honorius idem in bonis materni generis;
2. Theodoſ. & Valentian. Leo & Authem. in lucris nuptialibus & ſponſalitiis. Satis eſt, hoc probari à Juſtiniano Conſtitutum in omni peculio, quod aliunde advenit, quàm ex ſubſtantia patris. *d. l. cum oportet. C. eod.* Videatur tamen ad ſuperiora probanda & illuſtranda *l. 1. & 2. C. de bon. matern. l. 1. & 4. C. de bon. quæ lib. Balduin. in Conſtantin. & DD. ad h. §.* Moribus ceſſante patria poteſtate, ut dixi *ad tit. de pat. poteſt. & ad tit. quib. mod. pat. poteſt. ſolv.* ceſſat quoque hic effectus in bonis adventitiis filii. *Gudelin. de jure noviſſ. lib. 1. c. 13. & 14. Grot. Introd. ad juriſp. Holl. 1. c. 6. Pet. Gregor. Tholoſan. Syntagm. 11. c. 8. & 10. Buſ. ad l. 3. de his qui ſui vel alien. Vinn. ad h. §. & §. ult. Inſt. quib. mod. pat. pot. ſolv.* Quod ſane

n ſummam habet æquitatem, quia jure naturæ pa-
tes liberis alimenta debent, iiſdemque theſauros
erere, non liberi parentibus. 2. *Corinth. c.* 12. *v.*
*Cic. lib.* 2. *de orat.* Sed ſi parentes egeant, non
tum ex fructibus prædictorum bonorum, ſed
m ex bonis ipſis alendi & adjuvandi ſunt. *tot. tit.*
*de agnoſc. & alend. liber.* Vide *Buſ. d. loc. Vinn. ibid.*
*ultz. ad h. t. lit. b.* Ratio cur nihil mutatum ſit in
nis profectitiis, caſtrenſibus & quaſi caſtrenſibus,
libet obvia & perſpicua eſt.

*§. 2. Hoc quoque à nobis diſpoſitum eſt & in*
*pecie, ubi parens emancipando liberos ſuos ex*
*us, quæ adquiſitionem effugiebant, ſibi tertiam*
*tem retinere (ſi voluerat) licentiam ex ante-*
*ribus conſtitutionibus habebat, quaſi pro pretio*
*dammodo emancipationis: & inhumanum*
*iddam accidebat, ut filius rerum ſuarum ex hac*
*ancipatione dominio pro parte (tertia) defrau-*
*retur: & quod honoris ei ex mancipatione addi-*
*n erat, quod ſui juris effectus eſſet, hoc per rerum*
*ninutionem decreſceret. Ideoque ſtatuimus, ut*
*rens pro tertia parte dominii, quam retinere po-*
*rat, dimidiam nõ dominii rerum, ſed uſus fructus*
*tineat. Ita etenim res intactæ apud filium re-*
*anebunt, & pater ampliore ſumma fruetur, pro*
*rtia dimidia potiturus.*

SUMMARIUM.

Vſus hujus §. hodiernus, | ejuſque ratio.

HIc §. quoque ad verbum confirmari poteſt ex
*d. l. cum oportet* 6. §. *cum autem* 3. *C. de bon. quæ*

*liber.* Constantinum autem in bonis adventitiis quæ adquisitionem effugiebant, olim ita constituisse, ut pater pro pretio & præmio emancipationis consequeretur tertiam partē bonorum adventitiorum, apparet etiam ex *l. 1. & 2. C. Theodos. de matern. bon.* Cæterum Moribus cessat & hic usufructus, propter rationes supra allegatas. Quinimo magnum licet sit beneficium emancipatio, haud tamen ob eam patri decorum erit, remunerationem accipere. Plura circa hanc materiam juris Romani absurda, vide apud *Argentr. ad consuetud. Britann. art. 266. c. 4. & 465. glos. 1.*

*§. 3. Item vobis adquiritur, quod servi vestri ex traditione nanciscuntur, sive quid stipulentur, sive ex donatione, vel ex legato, vel ex qualibet alia causa adquirant. Hoc enim vobis ignorantibus & invitis obvenit. Ipse enim servus, qui in potestate alterius est, nihil suum habere potest. Sed si heres institutus sit, non alias nisi vestro jussu, hereditatem adire potest. Et si vobis jubentibus adierit, vobis hereditas adquiritur, perinde ac si vos ipsi heredes instituti essetis. Et convenienter scilicet vobis legatum per eos adquiritur. Non solum autem proprietas per eos, quos in potestate habetis, vobis adquiritur, sed etiam possessio. Cujuscunque enim rei possessionem adepti fuerint, id vos possidere videmini. Vnde etiam per eos usucapio, vel longi temporis possessio vobis accidit.*

Hic

HIc §. descriptus est ex *d.l.adquiruntur* 10.§. 1. & 2.*de adq. rer. domin.* Singula vero membra hujus §. accuratius confirmare, operæ pretium non est; cum servorum hodie nullus est usus, ut dixi *ad Lib.* 1. ibi & de adscriptitiis, quibus hic §. accommodari potest. Vide *Gudelin.d. tract.lib.*1.*c.*5. & si credimus 10. etiam Monachis adplicari potest. *Schultz. hic. lit. e.*

*§. 4. De iis autem servis, in quibus tantummodo usumfructum habetis, ita placuit: ut quicquid ex re vestra, vel ex operis suis adquirunt, id vobis adjiciatur: quod vero extra eas causas consecuti sunt, id ad dominum propietatis pertineat. Itaque si is servus heres institutus sit, legatumve quid ei, aut donatum fuerit: non usufructuario, sed domino proprietatis adquiritur. Idem placet & de eo qui à vobis bona fide possidetur, sive is liber sit, sive alienus servus. Quod enim placuit de usufructuario, idem placet & de bonæ fidei possessore. Itaque quod extra istas duas causas adquiritur, id vel ad ipsum pertinet, si liber est, vel ad dominum, si servus est. Sed bonæ fidei possessor cum usuceperit servũ, (quia eo modo dominus fit) ex omnibus causis per eum sibi adquirere potest. Fructuarius vero usucapere non potest: primum, quia non possidet, sed habet jus utendi fruendi: deinde quia scit servum alienum esse. Non solum autem proprietas per eos servos, in quibus usumfructum habetis, vel quos bona fide possidetis, aut per liberam personam, quæ bona fide vobis servit, vobis*

*bis adquiritur, ſed etiam poſſeſſio. Loquimur autem in utriuſque perſona ſecundum diſtinctionem, quam proxime expoſuimus: id eſt, ſi quam poſſeſſionem ex re veſtra, vel ex ſuis operis adepti fuerint.*

MAgna pars hujus §. deſumpta eſt ex *d.l.* 10. §. 3. *& ſeqq. de adq. rer. dom.* & clarius explicatur ab *Ulpiano* in *l. ſi ſervi* 21. *& ſeq. de uſuf.* Sed pars poſterior in verbis: *Non ſolum autem proprietas* &c. conſcripta eſt ex *l.*1.§. 6. & 8. *de adq. vel amitt. poſſeß.* Plura ad hunc §. dicere, vetat ratio in §. *præced. propoſita.*

*§. 5. Ex his itaque apparet, per liberos homines, quos neque veſtro juri ſubjectos habetis, neque bona fide poſſidetis. Item per alienos ſervos, in quibus neque uſumfructum habetis, neque poſſeſſionem juſtam, nulla ex cauſa vobis adquiri poſſe. Et hoc eſt, quod dicitur, per extraneam perſonam nihil adquiri poße: excepto eo, quod per liberam perſonam (veluti per procuratorem) placet non ſolum ſcientibus, ſed & ignorantibus vobis adquiri poſſeſſionem, ſecundum divi Severi conſtitutionem: & per hanc poßeſſionem etiam dominium, ſi dominus fuerit, qui tradidit, vel uſucapionem, aut longi temporis præſcriptionem, ſi dominus non ſit.*

JUre Romano per extraneam perſonam regulariter nihil adquiri poſſe, reſponſum eſt ſæpius. *l. quæcunque* 11. *de O. & A. l. ſtipulat.* 38. §. *alteri* 17. *de V.O.*

Sed

Sed Moribus secus est, ut dicam fusius ad §. 4. *Inst. de inutil. stipul.* Reliqua hujus §. confirmantur & explanantur ex *l. 1. C. per quas pers. nob. adq. l. communis 42. §. 1. de adq. poss. l. 1. C. de adq. hered. & l. Sessio 49. §. 2. de adq. poss.* De praxi illorum dixi in antecedentibus.

§. 9. *Hactenus tantisper admonuisse sufficiat, quemadmodum singulæ res vobis adquirantur, nam legatorum jus, quo & ipso singulæ res vobis adquiruntur: item fidei commissorum, ubi singulæ res vobis relinquuntur: opportunius inferiore loco referemus. Videamus itaque nunc, quibus modis per universitatem res vobis adquirantur. Si cui ergo heredes facti sitis, sive cujus bonorum possessionem petieritis, vel si quem adrogaveritis, vel si cujus bona libertatum conservandarum causa vobis addicta fuerint, ejus res omnes ad vos transeunt. Ac prius de hereditatibus despiciamus, quarum duplex conditio est, nam vel ex testamento, vel ab intestato ad vos pertinent. Et prius est, ut de his despiciamus, quæ ex testamento vobis obveniunt, qua in re necessarium est, initium de ordinandis testamentis exponere.*

SUMMARIUM.

Pactum de futura successione | hodie valere.

EX his quatuor modis adquirendi per universitatem, unus duntaxat in usu est, qui fit per hereditatem vel ex testamento vel ab intestato relictam. De

ad

adrogatione abrogata dixi ad *lib.* 1. *tit.* 11. de bonorum possessionibus dicam ad *lib.* 3. *tit.* 10. de servo, cui libertatis causa bona addicuntur, ad *tit.* 12. *d. Lib.* 3. Vide *Vinn. ad h.* §. *& d. tit. de bonor. poss. Giphan. & Schultz. ibid.* Cæterum pactum de futura successione, quod hic excluditur. *d.* §. *n. & l. pactum* 15. *C. de pact. & l.* 5. *C. de pact. convent* non tantum inter virum & uxorem, sed etiam inter extraneos Moribus passim receptum est. *Zyp. tit. de jure dot. Vasq.* 1. *illustr. cont. c.* 5. *Gail.* 2. *obs.* 127. *Guid. Pap. q.* 267. & 505. *Menoch. cons.* 1. *n.* 162. *lib.* 1. *Jacob. Coren. obs.* 20. *Argentr. ad consuetud. Britan. art.* 266. *c.* 4. *n.* 23. *Zyp. consultat. canon.* 2. *lib.* 3. *de success. ab int.* Recte meo judicio, quia ista præsumptio juris qua hic præsumitur, tale pactum inducere votum captandæ mortis, nimis vehemens & dura est, præsertim inter Christianos & viros probos, qui tam diu boni potius præsumendi sunt, quamdiu contrarium probetur. Pacta ergo quæ non sunt contra jus divinum vel bonos mores naturales, servanda sunt. *Nehem. c.* 9. *v.* 8. *Rom.* 1. *v.* 31. Adde *disp. nostr.* 14. *thes. fin.* Refert & *Vinn. hic.* duas alias species juri Romano incognitas, sed quæ vix tamen hujus loci sunt, ubi de modis adquirendi agitur, quibus omnia bona absolute adquiruntur.

## *DE TESTAMENTIS ORDINANDIS.*

### TITULUS X.

*Testamentum ex eo appellatur, quod testatio mentis sit.*

Hæc

HÆc & ſimilis ad vocabulum alluſio non eſt infrequens in jure noſtro. *l.* 1. *de novat. l.* 2. §. 2. *d. reb. cred. l.* 1. *de adq. poſſ.* ſed mallem tamen, Tribonianum præmiſiſſe definitionem teſtamenti, aut ſaltem eam addidiſſe, quia omnis materia ſive tractatus rei à definitione ejus incipere debet. *Cic. in Topic.* Quod ſemel hic monuiſſe ſufficiat, cum non ſit res magni momenti, licet ſæpius in ea peccaverit Tribonianus in hiſce Inſtitutionibus Juſtin.

*§. 1. Sed ut nihil antiquitatis penitus ignoretur, ſciendum eſt, olim quidem duo genera Teſtamentorum in uſu fuiſſe, quorum altero in pace & otio utebantur, quod calatis comitiis appellabant, altero, cum in prælium exituri eſſent, quod procinctum dicebatur. Acceſſit deinde tertium genus teſtamentorum quod dicebatur per æs & libram, ſcilicet quod per emancipationem, id eſt, imaginariam quandam venditionem agebatur, quinque teſtibus, & libri pende, civibus Romanis puberibus præſentibus, & eo, qui familiæ emptor dicebatur. Sed illa quidem priora duo genera teſtamentorum ex veteribus temporibus in deſuetudinem abierunt, quod vero per æs & libram fiebat, licet diutius permanſerit, attamen partim & hic in uſu eſſe deſiit.*

TRia olim genera teſtamentorum in uſu fuiſſe, teſtatur etiam *Ulpian. tit.* 21. *teſtam. Gell. lib.* 15. *c.* 27. *Cic.* 1. *de orat. & de nat. deor. Plutarh. in Coriolano. Sueton. in Neron. Clem. Alexandrin. lib.* 5. *Stromat.* Poſterius tamen genus magna ex parte

mu-

mutatum esse, apparet ex §§. *seqq*. Plura de hac antiquitate commentari supersedeo, ne vano conatu antiquarium potius, quam juris Interpretem agere videar. Si quis tamen plura de utilitate antiquitatum juris desiderat, videat *Vigl. hic. Rosin. de antiq. Roman. lib.* 8 *& Alios ad ll.* 12. *tab.*

*§. 2. Sed prædicta quidem nomina testamentorum ad jus civile referebantur, postea vero ex edicto prætoris forma alia faciendorum testamentorum introducta est. Iure enim honoraio nulla emancipatio desiderabatur: sed septem testium signa sufficiebant, cum jure civili signa testium non essent necessaria.*

HIc §. confirmatur ex *Ulp. tit. pen.* §. 5. Cur autem in omni mancipatione ad minimum 5. testes adhibiti sint, curiosis videre licet apud *Vinn. & Bacchov. ad h.* §. Ratio cur Prætores & Imperatores 7. testes in testamentis requisiverint, hæc reddi potest, quia isti numero forte κρίζιν & mysterium inesse crediderunt. Vide *Pet. Cunæum* hac de re erudite disserentem in *Orat.* 1. *&* 4.

*§. 3. Sed cum paulatim tam ex usu hominum quam ex constitutionum emendationibus cœpit in unam consonantiam jus civile & prætorium jungi: constitutum est, ut uno eodemque tempore (quod jus civile quodammodo exigebat) septem testibus adhibitis, & subscriptione testium (quod ex constitutionibus inventum est, & ex edicto prætoris) signacula testamentis imponerentur: ita ut hoc jus tripertitum esse videatur, & testes quidem &*

*co-*

*eorum præsentia uno contextu testamenti celebrandi gratia, à jure civili descendant, subscriptiones autem testatoris & testium, ex sacrarum constitutionum observatione adhibeantur: signacula autem, & testium numerus ex edicto prætoris.*

SUMMARIUM.

Textus confirmatio.

Principium hujus §. Theophilus explicat & confirmat: Sensim, inquit, consuetudo hunc modum induxit, quem Imperatorum constitutiones confirmarunt. Testes autem & eorum præsentiam uno contextu testamenti celebrandi gratia à jure civili descendere, probatur partim ex jam dictis, partim ex *l.*20.§.*& veteres* 8. *l.seq.* §. *pen. & ult. D. quest. fac.poss.* Subsctiptiones testatoris & testium constitutionibus Impp. inductas esse, probat *l. hac consultiss.* 21.*C. de testam.* Signacula denique & testium numerum ex edicto Prætoris adhiberi, probat d.§..*h.t.& Ulpian.tit.*24.§.*si septem.*5.

§. 4. *Sed his omnibus à nostra constitutione propter testamentorum sinceritatem, ut nulla fraus adhibeatur, hoc additum est, ut per manus testatoris vel testium nomen heredis exprimatur, & omnia secundum illius constitutionis tenorem procedant.*

R Sum-

SUMMARIA.

1. Textus correctio & quod & quales testes jure Canon. & Divino in testamento requirantur?

2. An & quomodo jus testandi coarctari queat?

COnstitutio, cujus hic injicitur mentio, quaq; constitutum est, ut nomen heredis exprimatur vel per manus testatoris, vel testium, exrat in *l.jubemus*
1. *29.C.de testam.* Sed corrigitur nonnihil per *Nov. 119.c.9.* ubi permittat Justinianus, ut nomen heredis etiam per alium, quam per testē exprimi possit. Jure Canon. suffic it, testamentum factum esse coram parocho & duobus testibus. *c. cum esset. ext.de testam.* Moribus fere ubique coram Notario & duob. testib. vel Secretario & duobus Scabinis. Quod juri gent. & juri Divino conveniens est. *Deut.* 19. *v.15.Matth.18.v.16.Ioan.8.v.17.* ubi duo determinata sunt. Primum est, quod unius testimonium non sit audiendum, si scilicet de verbi vel facto alicujus quæstio est. Adde *Argentr. ad cons. Britan. rubr.tit.* 23. Secundum est, quod non debeant plures requiri quam tres testes. Sed an duo vel tres esse debeant; item an Notarius vel Secretarius, Scabini an privati, masculi an fœminæ, indeterminatum est, ideoque à Magistratu ob utilitatem publicam determinari potest. At ita tamen, ut illa determinatio fieret sub pœna pecuniaria, vel alia simili, non vero nullitatis, qua testamentum pronunciaretur nullum. Rationes supra *ad §.12.tit.1.h. Lib.2.& alibi.* sæpe numero allegatæ sunt, & latius
2. proponuntur ad *pr.tit.seq.* Porro jus Civile (quod tamen in jure gentium fundatum est) etiā in eo Moribus multar. gent. coarctatum est, ut non liceat de omnibus bonis testamēto disponere quomodocunq; lubet. Quod etiam non improbo, præsertim in præ-

ædiis paternis & avitis, quæ jure sanguinis [...]ito revertuntur ad familiam, unde origi[...] traxerunt, quamque sæpe sustentant ad sum[...]n Reipub. salutem. Verum alias non temere do[...]o inhibenda est potestas disponendi de bonis *Matth.20.v.15.* Vide *Vinn.ad pr.h.t.Lamb.Gor.* [...]*l.4.§.9. in fin.* Moribus quoque tempore testa[...]ti vel in ipso testamento contractus celebrari [...]e, dixi in *disp.nost.ad h.§.*

*§. 5 Possunt autem omnes testes & uno anulo [...]are testamentum. quid enim si septem anuli [...]sculptura fuerint, secundum quod Papiniano [...]m est? Sed & alieno quoque anulo licet signa[...]testamentum.)*

SUMMARIUM.

[...]ubsignatio, an & quomodo | subscriptio testiũ in usu fit.

[...]Ic §. confirmatur & explicatur ex *l. ad testiũ 22. §.2.& seqq.D.qui testam.fac.poss & l. si unus 12. de testament.* Moribus subsignatio testium [...]levit, sed subscriptio testium, ut & testatoris ac [...]arii in usu est. Sed & hoc posterius ex solem[...]tibus juris Civilis est contra simplex jus gentium, [...]que illam subscriptionem fieri dixerim de utili[...], non vero de necessitate. Quamvis itaque te[...]nentum non habeat subscriptionem testium vel [...]toris vel Notarii, tamen efficaciter valebit; quia [...] divino morali seu jure gent. in ore duorum vel [...]m omnem veritat. state oportet. *d. c.19. Deut.* [...]. Vide *Nov.Leon.42.Gail.2.obs.112.n.12.& 13.* [...]*b.Coren.obs.10.n. 9.* Quin tamen pœna statui [...]it in Notarium vel testatorẽ, quoties subscriptio [...]lecta erit, nullus dubito. Vide nostra *ad §. præ*[...]*nt.*

*§. 6. Testes autem adhiberi possunt ii, cum quibus testamenti factio est. Sed neq; mulier neq; impubes, neq; servus, neq; furiosus, neque mutus, neq; surdus, neque, is cui bonis interdictum est, neque ii quos leges jubent improbos intestabilesque esse: possunt in numerum testium adhiberi.*

SUMMARIA.

1. Textus probatio, & quid Moribus circa mulieren hic.
2. Difficultas circa intestabiles excussa, & votum Auctoris.

1. DIxit & Ulpianus *d.tit.* 21. *de testam.* §. 7. Latinum Junianum in testamento testem adhiberi posse, quia cum eo testamenti factio est. Sed an dict. locus debeat intelligi de testamenti factione in genere, id est, tam de activa quam passiva (ut loquuntur) an de passiva tantum, controvertunt, *DD. ad h.* §. Sed sine magna utilitate, ut nemo non videt; ideoq; tempestive Lectorem ad *dd. DD.* remittimus. Exceptio in muliere probatur ex *l. qui testam.* 28. §. *mulier* 6. *D. qui testam. fac. poss.* & Moribus recepta, cum in testamentis, tũ in codicillis. Ratio est in *c. forus in fin. ext. de V.S.* cui adde nostra in §. 4. *h.t.* De impubere vide *l.* 3. §. 5. *&* *l.* 19. §. 1. *de testibus*. Ratio cuilibet obvia est. De servo vide *d.l.* 20. §. *servus* 7. *qui testam. fac. poss.* Ratio est in *l.* 32. *de R.J.* De furioso vide *d.l.* 20. §. *ne furios.* 4. *D. qui testam. fac. poss.* Rationem & exceptionem vide *ibid.* De surdo & muto vide *Ulpian. d. tit.* 21. §. 6. Ratio est, quia hic testimonium perhibere non potest, ille vero testificationem aut nuncupationem testatoris exaudire non potest. De prodigo idem in *l. is cui* 18. *pr. qui testam. fac. poss.* *&* *d. l.* 3. §. 5. *de testib.* junct. *l.* 1 *de curat. fur.* ubi furioso comparatur. De intestabilibus Vide *d.l.* 18. §. *D. qui testam.*

...fac poss. & l.26. cum lege. D. eod. Adde Gell. lib.6. ... & 15. c.13. Cæterum cum ex d.l.18. & 26. constet, ...stabiles neq; activã, neq; passivã habere testamen...ctionem, non video quomodo Tribonianus hic ...usari possit ab incuria, nisi dicamus Justinianum ...a sententia fuisse, ut intestabilibus testimonium ...em ut heredibus dici debeat aut possit: Vel quod ...eris exceptis & inidoneis intestabiles duntaxat ...cere voluerit, non exceptive à regula, sed exce...te tantum, ut etiam in testamento inidonei te...stes habeantur. Quare etiam eos postremo loco po...se videtur. Paulo aliter Vigl. hic. Moribus utinam ...s Notarius peritior esset, aut saltem juris peri...a adhiberet. arg. l. Luc. Tit. 88. §. Luc. Tit. ult. D. de ...t. 2. Præterea & sub pœna duos contestes non mi...es 25. an. nõ manuenses ejus, sed alios majores 25. ... Viros fide dignos, qui non tantum audirent vo...tatem testatoris sed & legerent. 2.

§. 7. *Sed cum aliquis ex testibus testamenti ...dem faciendi tempore liber existimabatur, po...a autem servus apparuit: tam divus Hadria... Catonio quam postea divi Severus & Anto...us rescripserunt, subvenire se ex sua liberali...e testamento, ut sic habeatur (firmum) ac si, ut ...rtebat, factum esset: cum eo tempore quo testa...ntum signaretur, omnium consensu his testis ...eri loco fuerit, neque quisquam esset, qui status ...quæstionem moveret.*

SUMMARIUM.

Hujus §. caſum produci- | poſſe ad ſimiles.

HIc §. colligi & confirmari poteſt ex *l. 1. C. de teſtam.* Simile argumentum humanitatis refertur in *l. Barbar. 3. de offic. Prætor.* Unde *DD.* concludunt, id quod hic de ſervo dicitur, producendum ad ſimiles defectus qualitatum, quæ in teſtamentis requiruntur: puta impubes habitus eſt pro pubere, furioſus vel prodigus pro homine ſanæ mentis. *Joſeph. Ludovic. commentar. opinion. 69. in 4. fallent. Buſ. ad d. l. 3.* Quod in noſtratium teſtamentis procedit facilius, quia vel ſola ſubſcriptio teſtatoris teſtamento robur confert, modo id legerit, cui ſubſcripſit. Vide quæ diximus ad *tit. ſeq.*

*§. 8. Pater, nec non is, qui in poteſtate ejus eſt, item duo fratres, qui in ejuſdem patris poteſtate ſunt, utique teſtes in uno teſtamento fieri poſſunt: quia nihil nocet, ex una domo plures teſtes alieno negotio adhiberi.*

HIc locus ad verbum deſcripttus eſt ex *l. pater 17. de teſtib.* cui etiam convenit. *l. ad teſt. 22. pr. D. qui teſtam. fac poſſ.* Et cur non poſſent in alieno negotio teſtes eſſe? Sane neminem facile gratuito falſum fore, omnibus cordatioribus perſuaſum puto.

*§. 9. In teſtibus autem non debet eſſe is, qui in poteſtate teſtatoris eſt. Sed ſi filius familias de caſtrenſi peculio poſt miſſionem faciat teſtamentum; nec pater ejus recte adhibitur teſtis, nec is,*

*qui*

*qui in potestate ejusdem patris est. reprobatum est enim in ea re domesticum testimonium.*

### SUMMARIUM.

Argumentum à contrario sensu de filio emancipato & patre filii adhuc militantis procedere.

HIc §. eruitur & illustratur ex *d.l.qui testam.* 20. §. 1. *&* 2. *D.qui testam.fac.poss.* Ratio cur filiusf. non possit esse testis in testamento patris, hæc est; quia fictione juris cum patre fingitur una & eadem persona, ideoque sibi ipsi quodammodo testimonium diceret. Unde à contrario sensu manifeste sequitur, filium emancipatum (quales hodie omnes habentur) testem adhiberi posse, scil. si exheredatus est (nam si heres institutus est, non potest, quia heres est) & tantæ constantiæ, ut propria exheredationi testimonium dare velit. *Theophil.hic.* Idem dicendum de patre filiifam. militis, qui cum hic post missionem in testamento filii testis esse nequeat, haud dubie ante missionem testis esse potest. *d. l.* 20. §. 2. Quod jure novo, quo militaris dignitas liberat filium à potestate patris. *Nov.*81. extra omnem aleam dubii est. Vide *disp.nostr.ad h.t.*

*§. 10. Sed neque heres scriptus, neque is, qui in potestate ejus est, neque pater ejus qui eum habet in potestate, neque fratres, qui in ejusdem patris potestate sunt, testes adhiberi possunt: quia hoc totum negotium, quod agitur testamenti ordinandi gratia, creditur hodie inter testatorem & heredem agi. Licet autem totum jus tale conturbatum fuerat, & veteres quidem familiæ emptorem, & eos qui per potestatem ei conjuncti fuerant:*

*à testamentariis testimoniis repellebant: heredi (autem,) & iis, qui per potestatẽ ei conjuncti fuerat, concedebãt testimonia in testamentis præstare: licet ii, qui id permittebant, hoc jure minime abuti eos debere suadebant, tamen nos eandem observationem corrigentes, & quod ab illis suasum est, in legis necessitatem transferentes ad imitationem pristini familiæ emptoris, merito nec heredi, (qui imaginem vetustissimi familiæ emptoris obtinet) neque aliis personis, quæ ei (ut dictum est) conjunctæ sunt, licentiam concedimus sibi quodammodo testimonia præstare. ideoque nec ejusmodi veteres constitutiones nostro Codici inseri permisimus.*

SUMMARIUM.

Quid hodie hic servetur, & | consilium Auctoris.

HIc §. confirmatur ex *d.l.qui testam.20.pr. D. qui testam.fac.poss.& Ulpian.d.t.21. de testam.* Ratio vero cur heris testis esse non possit in testamento in quo institutus est, æterni juris est, ideoque etiamnum hodie observatur. Sed altera ratio de filiis, patre & fratre heredis abolita est, quia in subtilitate & fictione quadam juris consistit. Quanquam illos tamen ob aliam rationẽ per Notariũ removendos existimem, quod scilicet conjunctio sanguinis, impedit quo minus illorum testimonia sine suspicione procedant. Deinde cum semper aliquid ex tam propinqua cognatione speretur, sibi quodammodo testimonium dicere videntur.

*§. II. Legatariis autem & fideicommissariis,*

*riis, quia non juris successores sunt, & aliis personis eis conjunctis testimonium non denegamus: immo in quadam nostra constitutione & hoc specialiter eis concessimus. Et multo magis iis, qui in eorum potestate sunt, vel qui eos habent in potestate, hujusmodi licentiam damus.*

SUMMARIUM.

Ratio hujus §. sed impugnata | & consilio adjutata.

Legatariis & fideicommissariis scil. singularibus non tantum jure Justinianeo testimonium concessum fuisse, sed etiam jure veteri, patet ex *d. l. 20. pr. D. qui testam. fac. & l. si quis 14. de reb. dub. & l. dictantib. 22. C. de testam.* Rationes hujus juris variæ sunt. Prima refertur in hoc §. Secunda est, quia durum esset, testatorem testibus plerumque amicis & signatoribus nihil relinquere posse, præsertim quum legatarii sibi tantum dicant testimonium ex consequentia, quæ in jure non attenditur. *l. 1. pr. de auct. tut. Symmach. lib. 10. epist. 55.* Plures alias rationes à Doctoribus *ad h. §.* congestas hic repetere, supervacaneum videtur; quoniam nulla earum evincit, ut legatarius tamen non sit quodammodo testis in propria causa; nisi dicamus legatum testibus datum hodie ideo valere, quia testator reliquit, quod probatur ex subscriptione ipsius testatoris & Notarii. Mallem tamen, ob rationem jam dictam, illos removeri à testimonio, aut saltem alios testes adhiberi, qui de legato testibus relicto testarentur. Vide *Zyp. in Notit. jur. Belg. tit. de testam.*

§. 12. *Nihil autem interest, testamentum in tabulis, an in chartis, membranisve, vel in alia materia fiat.*

SUM-

SUMMARIUM.

In qua materia hodie teſtamenta condantur, & quæ cautela hic adhibenda.

HIc §. confirmatur ex *l.* 1. junct. *l.* 4. *de bonor. poſſ. ſec. tab. Plin. lib.* 13. *c.* 11. & 12. *Alexand. ab Alex* 2. *gen. dier.* 30. Hodie teſtamenta in pergamenis fieri ſolent, ne facile tempore, blattis aut tineis terantur, quanquam ſi in papyro concepta ſunt, etiam valeant. *Vigl. hic.* & *Schultz. lit. e.* Itaque lex vel conſuetudo, quæ illud teſtamentum quod non eſt ſcriptum in pergamena, vulgo **francijn of perkement**/ vel in papyro ſignato ſigno plublico infirmat & nullum pronunciat, omnino improbanda videtur; quia ſimplici jure gentium, id eſt, jure divino morali ultima voluntas teſtatoris ſervanda eſt. Sed tamen ex re publica pœnam pecuniariam ſtatui poſſe, dixi ad §. 5. *h. t.* Vide etiam *Gail.* 1. *obſ.* 119. *Mynſ.* 1 *obſ.* 80.

*§.* 13. *Sed & unum teſtamentum pluribus codicibus conficere quis poteſt, ſecundum obtinentem tamen obſervationem omnibus factis, quod interdum etiam neceſſarium eſt: veluti ſi quis navigaturus & ſecum ferre, & (domi) relinquere judiciorum ſuorum conteſtationem velit, vel propter alias innumerabiles cauſas quæ humanis neceſſitatibus imminent.*

SUMMARIUM.

Quid Moribus hic obtineat, & quæ cautela hic obſervanda?

HIc §. ſumptus eſt ex *l. unum* 24. *D. qui teſtam. fac. poſſ.* cum quo convenit *l.* 1. *§. ſi quis* 5. *de bonor.*

*nor.poss.sec.tab.& l.ult.de his quæ in testam.del.* Moribus nostris non est necesse, ut singuli codices eadẽ observatione fiant, sed sufficit, si principale testamentum conditum sit coram Notario & duobus testibus, exemplar verò à solo Notario, sed qui subscripsit, se (habita collatione) testari quod exemplar sive copia (ut loquuntur) conveniat cum authentico sive principali. Nolim tamen huic testimonio Notarii vel Secretarii plenam fidem haberi. *Deut.*19.*v.*15. Porro & plura testamenta in unum codicem conferri posse, *DD. comm.* statuunt, & usus adprobavit, licet de subtilitate juris Romani secus videatur. *Gail.* 2. *obs.* 117. *Vinn. ad h.* §.

§. 14. *Sed hæc quidem de testamentis, quæ scriptis cõficiuntur, sufficiunt.) si quis autem sine scriptis voluerit ordinare jure civil testamentum, septem testibus adhibitis, & sua voluntate coram eis nuncupata, sciat hoc perfectissimum testamentum jure civili, firmumque constitutum.*

SUMMARIUM.

Qualia sint hodie nostratium testamenta.

HIc §. confirmatur & explicatur ex *l.hered.* 21.*D. qui test.fac.l.si ita* 8.*in fin.de bon poss.sec.tab.& l. ult. C.eod.l.hac consult.*21.§. 2. *& l.in test.*26.*C.de testam.* Moribus nostratium testamenta mere nuncupativa sunt, quia subscriptio testatoris & testium non de necessitate, sed duntaxat de utilitate requiritur; aut requiri potest, ut supra dixi *ad* §. 5. *h.t.* Vide etiam *Neostad.decis.*1. *Schultz.ad h.t.lit.f.Vinn.ad h.* §.*n.*4.*Gudelin.lib.*2.*c.*5.*Zyp.d.t.de testam.Tulden. ad h.t.c.* 11.

*DE*

# DE MILITARI TESTAMENTO.

## TITULUS XI.

*Supra dicta diligens observatio in ordinandis testamentis, militibus, propter nimiam imperitiam eorum constitutionibus (principalibus) remissa est. Nam quamvis ii neque legitimum numerum testium adhibuerint, neque aliam testamentorum solemnitatem observaverint, recte nihilominus testantur, videlicet cum in expeditionibus occupati sunt: quod merito nostra constitutio introduxit. Quoquo enim modo voluntas ejus suprema inveniatur, sive scripta, sive sine scriptura: valet testamentum ex voluntate ejus. Illis autem temporibus, per quæ citra expeditionum necessitatem in aliis locis vel suis ædibus degunt, minime ad vendicandum tale privilegium adjuvantur. sed testari quidem, etsi filii familiarum sint. propter militiam conceduntur: jure tamen communi eadem observatione & in eorum testamentis adhibenda, quam in testamentis paganorum proxime exposuimus.*

### SUMMARIA.

1. Quæ sit ratio privilegii hic militibus dati, & quæ ratio l pen. C. h. t. & quæ explicatio hujus pr.

2. Non tantum militibus nostris, sed etiam paganis concedendum, ut simplices illorum voluntates serventur.

1. Militibus propter magnam illorum imperitiam seu simplicitatem solennem observationem testan-

ſtandi Conſtitut. principum remiſſam fuiſſe, aperte demonſtrant *l.1.D.h.t.l.3.&15.C.eod.l.ult.pr.C.de jur. delib.Valer.Max.lib.5.c.1.Tacit.in Agric.* Ratio vero cur ſimplicitas militum in condendis teſtam. excuſationẽ ſeu privilegium meruerit,non tamen ſimplicitas ruſticor.mulierum aut minorum,elegans & perſpicua eſt; quia milites,ſive in caſtris ſive in hybernis ſunt, magnos labores magnaque vitæ pericula pro Reipub. ſalute ſubeunt. Accedit illis & hæc ratio, quod quotidie armis intenti ſint, ita ut non tam jura quàm arma ſcire poſſint.Quare etiam militibus juris peritis eadem privilegia haud dubie indulta fuerunt. In genere autem milites hic imperiti dicuntur, ſed à potiori parte, quia plerique imperiti ſunt. Cæterum Juſtinianus ſua Conſtitutione (cujus hic meminit quæque extat in *l.pen.C.h.t.*) introduxit,ut tunc demum milites gaudeant prædictis privilegiis, quando in expeditionibus occupati ſunt. Ratio vero cur hoc merito introduxerit, hæc reddi poteſt, quia milites tempore expeditionum proprie pericula experiuntur. *l. un. D. de bonor. poſſ. ex teſtam. mil.* & deſtituuntur copia conſulendi peritiores. *arg. l. 9. §. 3. de jur & fact.ign.* Alias ipſorum militum intereſt, ut voluntates eorum ſecuræ ſint,atque adeo ſolenni teſtamento includantur. *arg. §.1.h. t.* Vel dicendum, quod ideo imperator merito dictam Conſtitut. introduxeret, ut tolleret quorundam errorẽ, qui putabant,antiquas conſtitutiones militibus cõcedere,jure militari teſtamenta facere in omni tempore & omni loco. *d.l.pen.junct.§. 3.h.t.* An vero hæc privilegia 2?
etiam militibus noſtris concedenda ſint, admodum controvertitur, ſed fruſtra profecto. Nam jure gentium, id eſt,jure divino in æternum ſervando,quælibet voluntas quæ ſcriptura conſtat, quæque non eſt cõtra leges vel rationem naturalem ſervanda eſt.

Quid

Quid mirum ergo, vel quod privilegium, si simplex militis voluntas rata habetur? Potest quidem propter bonum publicum, vel majorem securitatem ultimarum voluntatū mulcta statui in paganum, (quæ tamen militibus remitti potest, præsertim si in castris sunt, ob rationes supra allatas) si non confecerit testamentum corā notario & duob. testibus, vel alia quædam requisita non observaverit, sed tàmen non pœna nullitas, ut probavi jā sæpius. Ex his etiam apparet, quid in praxi servandum sit circa testamentum scriptium patris inter liberos, quid circa testamentū ad pias causas factum, & quid circa testamentum tempore pestis confectum. Vide *Schultz. ad tit. præced. lit. d.*

*§. 1. Plane de testamentis militum divus Trajanus Catilio Severo ita rescripsit: Id privilegium, quod militantibus datum est, ut quoque modo facta ab his testamenta rata sint: sic intelligi debet, ut utique prius constare debeat, testamentum factum esse, quod & sine scriptura & à non militantibus fieri potest. Si ergo miles, de cujus bonis apud te quæritur, convocatis ad hoc hominibus, ut voluntatem suam testaretur, ita loquutus est, ut declararet, quem vellet sibi heredem esse, & cui libertatem tribueret: potest videri sine scripto hoc modo esse testatus, & voluntas ejus rata habenda est. Cæterum si (ut plerunque sermonibus fieri solet) dixit alicui,* ego te heredem facio *aut,* bona mea tibi relinquo: *non oportet hoc pro testamento observari. Nec ullorum magis interest, quam ipsorum, quibus id pri-*

*privilegium datum est, ejusmodi exemplum non admitti. Alioqui non difficulter post mortem alicujus militis testes existerent, qui adfirmarent, se audisse dicentem aliquem, relinquere se bona, cui visum sit, & per hoc vera judicia subverterentur.*

SUMMARIUM.

Latior ratio Summar. 2. ad pr. cum limitatione seu consilio Autor. ut sup.

HIc §. de verbo ad verbum descriptus est ex *l. Divus Trajanus* 24. *D. h. t.* Hoc autem privilegium nostris quoque militibui tribui posse, extra dubium est ex illis, quæ modo diximus *ad §. præced. &* §. 4. *tit. præced.* Quinimo cujuslibet pagani voluntas, sive in castris sive extra castra nuncupata coram duobus vel tribus testibus effectum sortiri debet. *Deut.* 19. *v.* 15. Quod jus cum gentium est, hoc est, jus quod Deus Opt. Max. nos sequi vult. *Rom.* 2. *v.* 15. & 16. procul dubio à Magistratu custodiendum est. Quin tamen ratione personarum determinari possit sub pœna pecuniaria, nemo ambigat. Vide quæ dixi *ad d.* §. 4. *tit. præced.*

*§. 2. Quinimo & mutus & surdus miles testamentum facere potest.*

HIc §. confirmatur & illustratur ex *l. jure milit.* 4. *D. h. t.* junct. *l.* 6. §. 1. *& l.* 7. *D. qui testam fac. poss.* Quod jure novo de surdo & muto simul, vel de surdo aut muto tantum constitutum sit, dicam *ad* §. 3. *tit seq.* ubi & hujus §. usum & latiorem explicationem videre licet.

§. 3.

*§. 3. Sed hactenus hoc illis à principalibu constitutionibus conceditur, quatenus militant, & in castris degunt. post missionem vero veterani vel extra castra (alii,) si faciant adhuc militante testamentum, communi omnium civium Romanorum jure id facere debent. Et quod in castri fecerint testamentum, non communi jure, sed quomodo voluerint, post missionem intra annum tantum valebit. Quid ergo si intra annum quis decesserit, conditio autem heredi adscripta post annum extiterit? an quasi militis testamentum valeat? Et placet valere quasi militis.*

SUMMARIUM.

Ratio cur testamentum militis etiam post ann. valeat, licet conditio existat post ann. & quæ praxis hic, quæque cautela?

PRincipium hujus §. excussi in *pr. h. t.* Quod vero testamentum in castris seu expeditionibus factum post missionem tantum intra annum valeat, comprobatur ex *l. 21. 26. & 38. D. h. t.* Ratio autem cur valeat quasi militis testamentum, licet etiam conditio heredi adscripta extiterit post annum, hæc est, quia conditio existens retro trahitur ad tempus mortis testatoris, & perinde institutio habetur, ac si pure facta fuisset. *l. si pupillus 26. de condit. instit.* Praxis hujus §. apud nos nulla esse potest, ut dixi *ad pr. h. t.* nisi forte ob commodum Reipub. pœna statuatur in eum, qui anno post missionem præterlapso non renovavit testamentum secundum suæ civitatis jura & solemnitates requisitas.

§. 4.

*§. 4. Sed & si quis ante militiam non jure fecit testamentum, & miles factus, in expeditione degẽs resignavit illud, & quædam adjecit, sive detraxit, vel alias manifesta est militis voluntas hoc valere volentis: dicendum est valere hoc testamentum, quasi ex nova militis voluntate.*

ILlud testamentum quod miles in castris degens, verbo vel facto adprobavit, jure militari valere, quamvis non jure factum sit, explorati juris est. *l.9. §. ult. l. Tribunus* 20. §. 1. *l. Titius* 25. *D.h.t.* sed controversi juris est, an non etiam tacite, hoc est, eo ipso quod non mutavit, approbatum censeatur. Vide *DD. ad h.§. & disp. nost. ad eund.*

*§. 5. Denique & si in adrogationem datus fuerit miles, vel filius familias emancipatus est, testamentum ejus quasi ex nova militis voluntate valet, nec videtur capitis deminutione irritum fieri.*

HIc §. compositus videtur ex *l. miles* 22. *& seqq. D.h.t.* quibus conveniens est §. *ult. l.* 6. *si quis. D. de injust. rupt. irrit. & l.* 1. §. *exigit* 8. *vers. sed si filiusf. D. de bon. poss. sec. tab.* Quod & cur secus sit in pagano, vide in *l.* 11. *qui ex liberis.* §. *ult. D. eod. &* §. 5. *Inst. quib. mod. testam. infirm.* Jure novo filiusfam. miles dignitate militari filius emancipatus intelligitur. *Nov.* 81. *c.* 1. §. 1. Moribus nec adrogatio, nec emancipatio proprie in usu est, ut dixi ad *Lib.* 1. *Inst.*

*§. 6. Sciendum tamen est, quod cum ad exemplum castrensis peculii, tam anteriores leges,*

*quam principales constitutiones quibusdam quasi castrensia dederant peculia, & horum quibusdam permissum fuerat etiam in potestate degentibus testari: nostra (id) constitutio latius extendens, permiserit omnibus in hujusmodi peculiis testari quidem, sed jure communi. Cujus constitutionis tenore perspecto, licentia est, nihil eorum, quæ ad præfatum jus pertinent, ignorare.*

SUMMARIA.

1. An etiam anteriores ll. agnoverint peculium quasi castrense.

2. Quibus personis privilegium indultum sit disponẽdi de peculio quasi castrensi.

1. QUod anteriores leges quoque agnoverint peculium quasi castrense, constare videtur ex *l.* 1. §. 15. *de collat. l.* 3. §. 5. *de bon. poss. l.* 1. §. 6. *ad SCt. Trebell. l. filiusf.* 7. §. *ult. D. de donat.* nisi dicamus (quod tamen durum est) dictos textus à Triboniano interpolatos esse, & hic alias leges indicari, quæ forte non extant. De Constitutionibus Principum dubium nullum est. Videsis *l.* 7. *C. de assessor. l. sacro sanct.* 34. *C. de Episc. & Cler. l. un. C. de castrens. omn. Palatin. l. ult. C. de cast. pecul. milit.* Primum autem qui-
2. busdam tantum facultatem testandi de bonis quasi castrensibus datam fuisse, puta Proconsulibus, Præfectis legion. Præsidibus Provinciar. non tamen Advocatis vel magistris studiorum, seu medicis apparet ex *l. ult. C. de inoff. testam.* Sed Imperatorem postea omnibus & singulis permisisse de præfatis bonis testari jure communi, docet *d. l. ult.* quæ hic attingitur. Moribus non solum filiusfam. miles vel quasi miles de bonis castrensibus vel quasi, sed etiam paganus de bonis adventitiis testari potest. Vide quæ dixi *ad pr. tit. seq.*

*QVI-*

# QVIBVS NON EST PERMISSUM FACERE TESTAMENTUM.

## TITULUS XII.

Non tamen omnibus licet facere testamentum. Statim enim ii, qui alieno juri subjecti sunt, testamenti faciendi jus non habent: adeo quidem, ut quamvis parentes eis permiserint, nihilo magis jure testari possunt: exceptis iis, quos antea enumeravimus, & præcipue militibus qui in potestate parentum sunt. quibus de eo, quod in castris adquisierunt, permißum est ex constitutionibus principum testamentum facere. Quod quidem jus ab initio tantum militantibus datum est, tam ex auctoritate divi Augusti, quam Nervæ, nec non optimi Imperatoris Trajani: postea vero subscriptione divi Hadriani, etiam dimißis à militia, id est, veteranis concessum est. Itaque si quidem fecerint de castrensi peculio testamentum, pertinebit hoc ad eum, quem heredem reliquerunt, si vero intestati decesserint, nullis liberis vel fratribus superstitibus, ad parentes eorum jure communi pertinebit. Ex hoc intellgere possumus, quod in castris adquisierit miles, qui in potestate patris est, neque ipsum patrem adimere posse, neque patris creditores id vendere, vel aliter inquietare, neque patre mortuo cum fratribus commune esse:

*ſed ſcilicet proprium ejus eſſe, qui id in caſtris adquiſierit: quanquam jure civili omnium, qui in poteſtate parentum ſunt, peculia perinde in bonis parentum computentur, ac ſervorum peculia in bonis dominorum numerantur: exceptis videlicet iis, quæ ex ſacris conſtitutionibus & præcipue noſtris propter diverſas cauſas non adquiruntur. præter hos igitur, qui caſtrenſe peculium vel quaſi caſtrenſe habent, ſi quis alius filius familias teſtamentum fecerit, inutile eſt, licet ſuæ poteſtatis factus deceſſerit.*

## SUMMARIA.

1. Textus probatio & ratio.
2. Cur Auctor hic de quibuſdam veteribus queſtionibus nec dicat nec diſputet?
3. Mores circa h. §. eorumque ratio.

Filiosfam. paganos non poſſe teſtamentum facere, quamvis parentes eis permiſerint, liquet ex *l. qui in poteſt 6. D. qui teſtam fac. poſſ.* Quod jus ex lege 12. tabal. deſcendit, *Auctore Cic. ad Herenn. lib.* 1. Rationem ejus reddit *Vlpianus d. tit. de teſtam.* §. 9. quia filiifam. nihil ſuum habent, ut teſtari de eo poſſint. Sed quoniam jure novo (ut conſtat ex *tit. 9. Lib. 2. Inſt.*) filiusfam. in bonis adventitiis habeat proprietatem, imo interdum plenam, dempto uſufructu patri, putant quidam ſuperius jus vetus correctum eſſe; ſed male, ut apparet ex *l. pen. & ult. C. qui teſtam. fac. poſſ.* Vide *diſp. noſt. ad h. pr.* De filiisfam. militibus & quaſi militibus quod & quomodo poſſint teſtari de bonis caſtrenſibus & quaſi, dixi ad *tit. præced.* De ſubſcriptione ſeu reſcripto Hadriani nihil nobis conſtat, niſi ex hoc §. Sed bona caſtrenſia filii-

filiifam. militis sine testamento mortui primo ad liberos, deinde ad fratres, & illis quoque deficientibus, ad parentes devolvisse, probari potest *arg. l. 3. & 4. C. de bon. quæ lib. & l. ult. C. de comm. de succes.* An vero illa successio patris fiat jure communi 2.
patriæ potestatis, an communi jure successionis ab intestato, hiç nec dico, nec disputo, ut nec hoc, an jure Pandectarum dicta bona ad patrem delata sunt, etiam liberis vel fratribus existentibus. Rationes silentii nostri duæ sunt: prima est, quod de illis disputatio instituto nostro repugnat. Altera est, quia jure Nov. certum est, bona filiifam. non tantum castrensia, sed etiã pagana adventitia jure hereditatis parentibus deferri, & quidem secundo ordine; ita tamen ut cum iis etiam fratres germani admittantur. *Nov.* 118. *c.* 2. de qua *Novel.* latius ad *Lib.* 3. Illud autem peculium castrense ita proprium esse filiifam. militis, ut nec pater illud adimere, nec creditores patris vendere possint, nec commune sit fratribus, testantur aperte *l. ex nota* 10. *de cast. pecul. l.* 3. *§. pen. de minorib. & l.* 1. *§. nec castrense* 15. *de collat.* Reliqua hujus §. probata sunt supra *tit.* 9. præter hoc quod hic dicitur filiifam. pagani testamentum inutile esse, licet suæ potestatis factus decesserit. Probatur tamen hoc. *l. si filiusf.* 19. *D. qui testam. fac.* Ratio propria est in *l. quod initio*. 29 *de R. J.* Moribus cessante patria potestate, 3.
recte cuilibet filio qui ejus judicii & intellectus est, ut de bonis suis disponere possit, libera facultas de bonis adventitiis testandi conceditur. *Matth.* 20. *v.* 25. Vide *Vinn. ad h. pr. in fin. Grot. d. Introd.* 1. *part.* 6. *Elbert. Leonin. lib.* 6. *emend. c.* 3. *in fin.* & nos *ad tit.* 9. & *tit.* 14. *Inst. lib.* 1.

*§. 1. Præterea testamentum facere non possunt impuberes, quia nullum eorum animi judici-*

*um est. Item furiosi, quia mente carent. Nec ad rem pertinet, si impubes, postea pubes aut furiosus, postea compos mentis factus fuerit, & deceßerit. Furiosi autem, si per id tempus fecerint testamentum, quo furor eorum intermißus est: jure testari esse videntur, certe eo, quod ante furorem fecerint, testamento valente. Nam neque testamentum recte factum, neque ullum aliud negotium recte gestum, postea furor interveniens perimit.*

SUMMARIA.

1. Textus probatio ac ratio.
2. Mores varii circa pubertatem hic definiendam, cum consilio Auctoris.

1. PUberes, non vero impuberes, testamentum facere posse, respondit & Ulpianus in *l. qua ætate 5. D. h. t.* quem sequuntur Impp. in *l. si frater 4. C. eod.* De furiosis extat constitutio Justiniani in *l. furios. 9. C. qui testam. fac. poss.* ex qua & hoc collectum est, quod hic dicitur de lucidis intervallis furiosi. *d. l. 9.* vel ex *Gajo tit. 2. lib. 2. §. ult.* Ratio vero cur testamentum impuberis vel furiosi non valeat, licet ille pubes hic compos mentis decesserit, jam allegata est ex *d. l. 29. de R. J.* junct. *pr. hujus §.* Quod testamentum ante furorem recte factum non infirmetur furore superveniente, scriptum itidem est in *l. ult. D. de injust. rupt. test.* & *l. 1. §. 9. de bonor. poss. sec. tab.* Ratio hic subjecta confirmatur *l. in ambiguis 85. §. 1. de R. J.*
2. Mores hic circa pubertatem variant, quidam sequuntur jus Romanorum; quidam plenam pubertatem requirunt id est, 18. annos, quidam 17. ann. Vide *Baron. ad h. t. part. post. Grot. Introd. 2. part. 15.* Sed quid, si Deus quibusdam ante annum 14. judi-

judicium disponendi dederit, valerentne illorum testamenta? Mallem igitur & hoc negotium arbitrio judicis committi, ut dixi ad *Lib.* 1. sæpius.

*§. 2. Item prodigus, cui bonorum suorum administratio interdicta est, testamentum facere non potest: sed id, quod ante fecerit, quam interdictio bonorum suorum ei fiat, ratum est.*

SUMMARIUM.

An recte prodigo aliquando testari permittatur?

HIc §. descriptus est ex *l.si is cui* 18. *D.qui testam. fac.poss.* Sed Imperator Leo permisit prodigo testari, modo prudenter testatus sit. *Nov. Leon.* 39. quod Viglio naturalem æquitatem habere videtur, nec displicet Vinnio, si jam quædam non levia sanioris mentis argumenta præcesserint. Inclinat & huc *Ioan. à Sande lib.*4.*tit.*1.*def.*3. His ego calculum meum adjicio, præsertim si bona relicta sunt iis, quibus jure meritoque debentur. Ratio est in simplici jure gent. quod præcipit, domini ultimum elogium de bonis suis cum judicio effatum, ratum habendum esse. Cur tamen hæc ratio non stringat in alienatione intervivos, dixi ad *tit.*23.*Lib.*1.

*§. 3. Item surdus & mutus non semper testamentum facere possuut. Vtique autem de eo surdo loquimur, qui omnino non exaudit, non qui tarde exaudit: nam & mutus is intelligitnr, qui eloqui nihil potest, non qui tarde loquitur. sæpe enim etiam literati & eruditi homines variis casibus & audiendi & loquendi faculattem amittunt. Vnde nostra constitutio etiam his subve-*

*nit, ut certis casibus & modis secundum normam ejus possint testari, aliaque facere, quæ eis permissa sunt. Sed si quis post testamentum factum, adversa valetudine, aut quolibet alio casu mutus aut surdus esse cœperit, ratum nihilominus manet ejus testamentum.*

SUMMARIA.

Hunc §. ex jure novo esse, | ejusque usus.

HIc §. partim ex *l. qui in potest.* 6. §. 1. *D. qui testam fac*, partim ex *l. discretis* 10. *C. eod* collectus est. Olim autem neque surdum neque mutum sine venia Principis testari potuisse, indicat. *l. 7. D. eod.* Rationem ad scripsit *Ulpian. d. tit. de test.* §. 12. *mutus. Paul. 3. sent. tit.* 3. Jure novo in *d. l.* 10. Imperat. cõcessit, ut ipso jure surdus vel Mutus vel surdus & Mutus simul testamentum facere possit, modo vel scribere vel loqui possit. Quod haud dubie usu tam in pagano, quam in milite receptum est.

*§. 4. Cæcus autem non potest facere testamentum, nisi per observationem, quam lex divi Iustini patris nostri introduxit.*

SUMMARIUM.

1. Quomodo hodie cœcus testari possit. | 2. An & quomodo inter liberos?

ANtiquitus quoque cæcum testamentum condere potuisse, testis est *Paul. lib. sent.* 3. *t.* 4. sed hodie non posse, nisi secundum constitutionem Justinï in *l. hac consulti* §. 8. *C. qui testam. fac. poss.* constituit hic
1. Justinianus. Multi practici putant etiamnum hodie dictam observationem à Justino præscriptam servan-

dam

dam esse. *arg.l.27.C. de testam & l.32.§.ult.C.de appellat.* Alii vero judicant, Notario & duobus testibus quartum addendum esse. Sed falluntur, meo judicio; quia Moribus in testando sequimur potius simplex jus gentium, quam exactum jus Romanum. Vide *Baron.ad h. t.part.alt.* Imo talem interpretationem, legem vel consuetudinem juri divino morali contrariam esse, probavi *ad §.4.tit.10.super.* Potest ergo Cæcus, ut quilibet alius, coram Notario & duobus testibus testamentum facere. An ei inter 2.
liberos disponenti possit remitti præfata solennitas, disp. *DD.* sed affirmativa sententia communior est, juxta quam & judicatum est in Curia Frisiæ, teste *Joan.à Sande d. lib.4.tit.1.def.* 8. Licet itaque cæcus inter liberos testatus non adhibuerit Notarium, sed duos vel tres alios testes, tamen ejus testamentum valebit. *Deut.19.v.15.* Adde nostra *ad pr. tit. Inst. de testam.milit.*

*§. 5. Ejus, qui apud hostes est, testamentum, quod ibi fecit, non valet, quamvis redierit. sed quod, dum in civitate fuerat, fecit, sive redierit, valet jure postliminii, sive illic deceßerit, valet ex lege Cornelia.*

SUMMARIA.

1. Usus huju §. & quid d captis Christianis à Turcis?
2. Cur adscriptitii non libera utantur facultate testandi?

HIc §. colligi & confirmari potest ex *l. ejus qui 8. pr.l.lege Cornel.12.D.qui testam.fac.& l.1.& l. captū.9. C. de postl. revers.Ulpian.tit.24.quemad.testam.ramp.§. si is 4.* Moribus servitute inter Christianos sublata, nullus hujus §. usus est, ut jam dixi

ad *Lib.* 1. Quinimo Christiani à Turcis vel Barbaris in servitutem redacti testamentum de bonis quæ in Imperio Christiano sita sunt, firmum ac validum esse, evincit superior regula, quæ voluntatem domini volentis rem suam in alium transferre, ratam haberi jubet, donec à fortiori ratione restringatur. Vi-
2. de *Nov.Leon.*40. Causa cur adscriptitii sive proprii homines non plena libertate testandi uti possint, hæc est, quia bona eorum à Dominis suis profecta intelliguntur. Vide *Mynſ.cent.*2.*obſ.*23.*Schultz.ad h. t. lit.a.& c. Vinn ad h.§. Baron.ad h.t.part. alt.Chaßan. ad consuet.Burg.pag.* 1459. Quid dicendum sit de peregrinis, obsidibus & nothis, vide apud *Gudelin. de jure novißs.lib.*5.*c.*10.

## *DE EXHEREDATIONE LIBERORUM.*

### TITULUS. XIII.

*Non tamen ut omnino valeat testamentum, sufficit hæc observatio, quam supra exposuimus: sed qui filium in potestate habet, curare debet, ut eum heredem instituat, vel exheredem eum nominarium faciat, alioqui si eum silentio præterierit, inutiliter testabitur: adeo quidem, ut si vivo patre, filius mortuus sit, nemo heres ex eo testamento existere possit, quia scilicet ab initio non constiterit testamentum. Sed non ita de filiabus, & aliis per virilem sexum descendentibus liberis utriusque sexus antiquitati fuerat observatum: sed si non fuerant scripti heredes scriptæve, vel ex-*

*exheredati exheredatæve: testamentum quidem non infirmabatur, jus tamen adcrescendi eis ad certam portionem præstabatur. sed nec nominatim eas personas exheredare parentibus necesse erat, sed licebat inter cæteros facere. Nominatim autem quis exheredari videtur, sive ita exheredetur,* Titius filius meus exheres esto: *sive ita,* filius meus exheres esto, *non adjecto proprio nomine, scilicet si alius non exstet.*

SUMMARIUM.

Textus confirmatio ejusdemque ratio.

JUre veteri quoque filium qui in potestate erat, aut heredem instituendum aut nominatim exheredãdum fuisse, constat ex *l.inter cætera* 30. *D.de lib.& posth.& l.*1.2.*&* 3.*D.eod.Ulpian.tit.*23.*qui hered.instit.*§.12.*&* 16. atque adeo testamentum patris in quo filius erat præteritus, nullum fuisse. *d.l.*30.*l.*1.*& l.filio* 17.*De injust.rupt.* nec convaluisse, licet filius vivo patre mortuus esset.*l.si filius*7.*D.de lib.& posth.* Ratio hic adjicitur, cui similis est. *l.*29. *de R. J.* Ratio rationis est, quia pater contra rationem & officium pietatis fecit, quod filium, qui cum patre eadem caro & persona censetur,& vivo patre quodammodo dominus rerum paternarum est. *l. in suis* 11. *D.de liber. & posth.* silentio prætererit. Secus autem fuisse in filiabus & nepotibus ex filio, iisdemque tantum jus accrescendi ad certam portionem datum, testantur quoque *Ulpian.d.tit.*§.*ex suis* 14. *&* 16.*l.*4.*C.de liber.præt.Gajus lib.*2. *tit.* 3.§.1.Præterea eosdem inter cæteros exheredari potuisse, prodidit idem *Ulpian. d. loc. & l.*4.*C. de liber. præt.* Rationem differentiæ vide apud *Paul.lib.*3.*t.*4.*Theoph.&*

*Gipb.*

*Giphan.hic.* jus novum & uſum vide in §. 5. *h. t.*

*§. 1. Poſthumi quoque liberi, vel heredes inſtitui debent, vel exheredari. Et in eo par omnium conditio eſt, quod & filio poſthumo, & quolibet ex cæteris liberis, ſive fœminini ſexus, ſive maſculini, præterito, valet quidem teſtamentum, ſed poſtea adgnatione poſthumi ſive poſthumæ rumpitur, & ea ratione totum infirmatur. Ideoque ſi mulier, ex qua poſthumus aut poſthuma ſperabatur, abortum fecerit: nihil impedimento eſt ſcriptis heredibus ad heredatem adeundum. Sed fœminini quidem ſexus perſonæ vel nominatim, vel inter cœteros exheredari ſolebant: dum tamen, ſi inter cæteros exheredarētur, aliquid eis legaretur, ne viderentur præteritæ eſſe per oblivionem. Maſculos vero poſthumos, id eſt, Filios, & deinceps, placuit non aliter recte exheredari, niſi nominatim exheredarentur: hoc ſcilicet modo,* quicunque mihi filius genitus fuerit, exheres eſto.

HIc §. deſcriptus eſt, aut ſaltem manifeſte confirmatur & illuſtratur ex *Ulpiano d.t.* §. 13. 15. 17. & 18. *Gajo d.lib.* 2. *t.* 3. §. 3. *l.quod dicitur* 12. *D. de liber.* & *poſt.l.* 1. & 3. *C.eod. l.* 3. & 8. *D.de injuſt. rupto irrit.* Jus novum & uſum hujus §. excuſſi ad §. 5. *h.t.*

*§. 2. Poſthumorum autem loco ſunt & hi, qui in ſui heredis locum ſuccedendo, quaſi adgnaſcendo fiunt parentibus ſui heredes: ut ecce, ſi quis filium, & ex eo nepotem neptēve in poteſtate habeat*

*beat: quia filius gradu præcedit, is solus jura sui heredis habet, quamvis nepos quoque & neptis ex eo in eadem potestate sint. Sed si filius ejus vivo eo moriatur aut qualibet alia ratione exeat de potestate ejus: incipit nepos neptisve in ejus locum succedere, & eo modo jura suorum heredum quasi adgnatione nanciscuntur. Ne ergo eo modo rumpatur ejus testamentum: sicut ipsum filium vel heredem instituere, vel nominatim exheredare debet testator, ne non jure faciat testamentum: ita & nepotem neptemve ex filio necesse est ei vel heredem instituere, vel exheredare: ne forte eo vivo filio mortuo succedendo in locum ejus nepos neptisve, quasi adgnatione rumpat testamentum. Idque lege Iulia Vellea provisum est, in qua similis exheredationis modus ad similitudinem posthumorum demonstratur.*

HIc §. ad verbum descriptus est ex *l. posth.* 13. *D. de injust. rupt. irrit. test.* De lege Vell. deque Galli Aquilii formula in veteribus posthumis recepta, vide *l. Gallus* 29. *pr.* & § *nunc de lege Vellea* & *seqq. D. de liber.* & *posthum.* Vide & *Cic.* 1. *de orat. Gell. lib.* 10. *c.* 16. Moribus nec emancipatio proprie in usu est, nec nepos patre mortuo agnascitur avo suus heres, sed tamen præteritus rumpit testamentum, aut saltem avo succedit ab intestato. Vide quæ diximus ad *tit.* 17. & 19. *h. Lib.* 2.

*§. 3. Emancipatos liberos jure civili neque heredes instituere, neque exheredare necesse est, quia non sunt sui heredes. Sed prætor omnes,*

*tam*

*tam fœminini sexus, quam masculini, si heredes non instituantur, exheredari jubet: virilis sexus nominatim, fœminini vero inter cæteros: quia si neque heredes instituti fuerint, neque ita (ut diximus) exheredati, permittit eis prætor contra tabulas testamenti bonorum possessionem.*

EAdem fere habet *Ulpian. in d. t. qui hered. instit. poss.* 23. §. *mancipatos* 19. & cōfirmantur *l.* 6. §. 1. *D. de bonor. poss.* & *tot. tit. de bonor. poss. cont. tab.* Æquitas autem quâ prætor motus est, perspicua est ex *l. cum ratio* 7. *pr. de bon. damnat.* & *l. jura* 8. *de R. J.* An jure prætorio testamentum in qua filius emancipatus præteritus est, ipso jure nullum sit, ut jure civili præteritione filiifam. hic non disputo, quia jure novo certum videtur, de quo in §. 5. *h. t.*

§. 4. *Adoptivi liberi, quamdiu sunt in potestate patris adoptivi, ejusdem juris habentur, cujus sunt justis nuptiis quæsiti. itaque heredes instituendi, vel exheredandi sunt secundum ea, quæ de natnralibus exposuimus. Emancipati vero à patre adoptivo, neque jure civili, neque (eo jure,) quod ad ad edictum prætoris attinet, inter liberos connumerantur. Qua ratione accidit, ut ex diverso (quod ad naturalem parentem attinet) quamdiu quidem sunt in adoptiva familia, extraneorum numero habeantur, ut eos neque heredes instituere, neque exheredare necesse sit: cum vero emancipati fuerint ab adoptivo patre, tunc incipiant in ea causa esse, in qua futuri essent, si à naturali patre emancipati fuissent.*

Hic

HIc §. confirmatur ex *l. 1. & tot.tit.de adopt. l. 5. C.de suis & legit.l.1.pr.& §.6.l 3.§.2.de bon.poss. cont.tabl.4.nu de liberi.Ulpian d. tit. §. 12.* Limitatur & corrigitur hic §. *per §.seq. ex l. pen.C. de adopt.* Moribus adoptio in usu non est ut dixi *Lib.1.tit. 11. de adopt.*

*§. 5. Sed hæc quidem vetustas introducebat, nostra vero constitutio inter masculos & fœminas in hoc jure nihil interesse existimans, quia utraque persona in hominum procreatione simili naturæ officio fungitur, & lege antiqua (duodecim tabularum) omnes similiter ad successionem ab intestato vocabantur, quod & prætores postea secuti esse videntur: ideo simplex, ac simile jus, & in filiis, & filiabus, & in cæteris descendentibus per virilem sexum personis, non solum jam natis, sed etiam posthumis, introduxit, ut omnes sive sui, sive emancipati sint, vel heredes instituantur, vel nominatim exheredentur, & eundem habeant effectum circa testamenti parentum suorum infirmanda & hereditatem auferendam, quem filii sui vel emancipati habent, sive jam nati sint, sive adhuc in utero constituti, postea nati sunt. Circa adoptivos autem (filios) certam induximus divisionem, quæ in nostra constitutione, quam super adoptivis tulimus, continetur.*

SUM-

SUMMARIA.

1, Cur Auctor quaſdã quæſtiones hic tractare negligat.
2. Contrarius apud Aliquos uſus ſed contra rationem.

HIc textus probatur & explicatur ex *l. maxi*-*mum* 4.*C.de liber.præt.&* *l.lege* 12.*tab.*14.*C. de* *legit.hered.* Diſputant quidam hic, an non ob-ſtante d. Conſtitutione *l.* 4. fœminæ inter cæteros
1. exheredari poſſint? Item an emancipati filii teſta-menta infirment per bonorum poſſeſſionem; ſed fruſtra, & ſine utilitate, quia jure Novellarum hæc certis certiora videntur. *Nov.*115.*c.*3.*pr.&* *Nov.*118 *c.* 1. ex quibus locis evidentiſſime apparet, Juſtin. jus ſanguinis ſpectaſſe, ideoque recte conſtituiſſe, ut õnes liberi ſive maſculini ſive fœminini generis ſint, ſive nati ſive poſthumi, ſive filiifam. ſive emancipati inſtituantur, vel nominatim exheredentur. *d. Nov* 115.*c.*3.*pr.* Si itaq; præteriti ſunt, teſtamentum ipſo jure nullum eſt, quia eſt contra *d. Nov.* junct. *l.* 5 *C de legib.* Quod quanquam tantam rationem ha-beat, ut ſi conſtitutum non eſſet, ſtatui deberet, ta-
2. men haud ubique in foro receptum eſt. Ratio vero aſſertionis noſtræ hæc eſt, quod id, quod contra jus divinum eſt. *Luc.*15.*v.*12.*&* 2.*Corinth.c.* 12.*v.* 14 *Rom.*8.*v.*17. contra jus naturæ & officium pietatis *l.*7.*§.*1.*unde lib.&* *l.*7.*pr. de bon.damn.&d.Nov.*115 *c.*5.*pr.* ne momento quidem ſubſiſtere debeat, ſed ipſo jure nullum ſit, præſertim teſtamentum matris. Quid? materne liberorũ ſuorum obliviſci poteſt? *Jeſ.* 49.*v.*15. Magnopere autem intereſſe ſæpe numero utrum dicamus teſtamentum ipſo jure nullum, aut ipſo jure ſubſiſtere, ſed debere reſcindi, apparet ex *Neoſtad.deciſ.*100.*Chriſtin.vol.*4.*deciſ.*20. Quænam ſit nova illa diviſio circa adoptionem introducta, vide in *l.pen.C.de adopt.*

§. 6

*§. 6. Sed si in expeditione occupatus miles testamentum faciat, & liberos suos jam natos, vel posthumos nominatim non exheredaverit, sed (silentio) præterierit, non ignorans, an habeat liberos: silentium ejus pro exheredatione nominatim facta valere, constitutionibus principum cautum est.*

HIc §. confirmatur ex *l.qui jure 7. D. de testam' milit.& l.sicut 9. & seq. C. eod.* Sed non dubito, quin & hoc jus vetus correctum sit per *d. Nov. 115. cap. 3. in pr.* aut saltem corrigi debeat, propter rationes in *§.præced.* allegatas. Imo contra privilegia militum dicimus, si statuamus voluntatem eorum valere contra jus divinum & contra jus naturæ.

*§. 7: Mater, vel avus maternus, necesse non habent liberos suos, aut heredes instituere, aut exheredare, sed poßunt eos silentio omittere, nam silentium matris, aut avi materni, & cæterorum per matrem ascendentium tantum facit, quantum exheredatio patris. Neq; enim matri filius filiamve, neque avo materno nepotem neptemve ex filia, si eum eamve heredem non instituat, exheredare necesse est: sive de jure civili quæramus, sive de edicto prætoris quo (prætor) præteritis liberis contra tabulas bonorum possessionem permittit: sed alius eis adminiculum servatur, quod paulo post vobis manifestum fiet.*

HIc §. corroboratur ex *l.4. §. 2. de bon. poss. cont tab l.27 §.ult.de inoff.testam.l.3 & l. 15. C. eod* Sed & hunc §. sine ulla distinctione correctum esse per *d.Nov.115.c.3.pr.* dixi in *disp. ad h.t.* Non me latet contrariam sententiam frequentius obtinuisse in foro, sed male, propter rationes supra allegatas in §.5.*h.t.*

## *DE HEREDIBUS INSTITUENDIS.*

### TITULUS XIV.

*Heredes instituere permissum est tam liberos homines, quam servos, & tam proprios quam alienos. Proprios autem olim quidem secundum plurium sententias non aliter, quam cum libertate recte instituere licebat: hodie vero etiam sine libertate, ex nostra constitutione heredes eos instituere permissum est. Quod non per innovationem induximus, sed quoniam æquius erat, & Atilicino placuisse Paulus suis liberis, quos tam ad Masurium Sabinum, quam ad Plautium scripsit, refert. Proprius autem servus etiam is intelligitur in quo nudam proprietatem testator habet alio usumfructum habente. Est tamen casus, in quo nec cum libertate utiliter servus à domino heres instituitur, ut constitutione divorum Severi & Antonini cavetur, cujus verba hæc sunt: Servum adulterio maculatum, non jure testamento manumissum ante sententiam ab e*

*mu*

*muliere videri, quæ rea fuerat ejusdem criminis postulata, rationis est. Quare sequitur, ut in eundem à domina collata heredis institutio, nullius momenti habeatur. Alienus servus etiam is intelligitur, in quo usumfructum testator habet.*

SUMMARIUM.

Ratio cur hic servus non possit manumitti, textusque probatio.

PRima pars hujus §. comprobatur & illustratur ex *l.non minus* 31.*pr.D.h.t.l.quidam* 5.*C.de necessar. serv.hered.inst.Ulpian.d.t.*23.*qui hered.§.servos* 6. *& seqq.& l.recte* 25.*de V.S.* Adde ea quæ diximus ad §.1.*&* 2.*Inst.quib.ex caus.man.* Altera pars quæ cum his verbis incipit. *Est tamen &c.* descripta est ex *l.* 48.*his verb.§.*2.*D.h.t.* Ratio vero, cujus hic fit mentio, probatur ex *Cic.pro Milone*, ubi testatur, servum manumissum non posse torqueri. Ne ergo fraus fieret judicio de adulterio, recte hic placuit, servum qui adulterii accusatus est, inutiliter heredem institui. Servum tamen alienum esse, licet testator in eo usumfructum habeat, ut proprium esse, licet alius usumfructum habeat, dixi per *d.l.*25.*de V.S.* De personis quæ heredes institui possint, plura vide apud *Christin.decis.*11.*&* 12.*vol.*3.*& Imbert. in Enchrid.jur.Gall.lit.*1.

*§. 1. Servus autem à domino suo heres institutus, siquidem in eadem causa manserit, fit ex testamento liber, heresque ei necessarius, si vero à vivo testatore manumissus fuerit, suo arbitrio adire hereditatem potest, quia non fit heres necessarius, cum utrumque ex domini testamento non*

*consequatur. Quod si alienatus fuerit, jussi novi dimini adire hereditatem debet, & ea ratio ne per eum dominus fit heres, nam ipse alienatus neque liber neque heres esse potest, etiamsi cum libertate heres institutus fuerit, destitisse enim à libertatis datione videtur dominus, qui eum alienavit. Alienus quoque servus heres institutu si in eadem causa duraverit, jussu ejus domini adire hereditatem debet. Si vero alienatus fueri ab eo, aut vivo testatore, aut post mortem ejus antequam adeat debet just domini adire. At si manumissus est vivo testatore, vel mortuo, antequam adeat, suo arbitrio adire potest hereditatem.*

HIc §. desumptus videtur ex *Ulpiano d. t. qui hered. 23. §. proprius* 10. *&* 11. & confirmatur primo de servo proprio. *l. 6. §. 3. l. quoties 9. §. servu 16. & l. servum 50. D. h. t. l. Antist. 62. §. 1. d hered. adq.* Adde & nostra ad *tit.* 6. *Lib.* 1. *& tit* 19. *Lib.* 2. De servo alieno vide *l. 7. l. si servo 84. h. t l. 2. §. ult. de bonor. poss. sec. tab. & l. 62. §. 1. de adq hered.*

*§. 2. Servus etiam alienus post domini morten recte heres instituitur, quia & cum hereditarii servis est testamenti factio. Nondum enim adit hereditas, personæ vicem sustinet, non heredis futuri, sed defuncti: cum etiam ejus, qui in utero est servus recte heres instituatur.*

Huc

HUnc §. Compositores Instit. mutuati sunt ex *d.l. non minus.* 31. §. 1. *l. servus hered.* 52. *& l. ejus* 64. *D.h.t.*

*§. 3. Servus (autem) plurium, cum quibus testamenti factio est, ab extraneo institutus heres, unicuique dominorum, cujus jussu adierit, pro portione dominii adquirit hereditatem.*

HIc §. desumptus viderur ex *l. servus commun.* 67. *de adq. hered.* Plura non addo, quia de servis loquimur, quorum apud Nos nullus usus est. Sed quid de adscriptitiis? Vide *Baron. ad h.t. partic. alt. in fin. Nicola. Burgund. tract.* 15. *Chassar. tit. de manumort. Zyp. tit. de serv. Gudelin. lib.* 1. *c.* 4. *&* 5. Quinam ex personis liberis & jure veteri & novo vetentur heredes institui, vide apud *Balduin. & Vinn. ad pr. h.t.*

*§. 4. Et unum hominem & plures usque in infinitum, quot quis heredes velit facere, licet.*

TEstatoribus nullum certum numerum heredum præscriptum esse, sed licere ipsis tot heredes instituere, quot lubet (modo non ridiculè testentur) liquidissimi juris est. *l. interd.* 13. § 1. *& tot. tit. de hered. instit.* Imo universos cives vel Civitatem instituere licet. *l.* 2. *&* 20. *D. reb. dub. l.* 12. *C. h.t.* Atque ita Moribus obtinere, dubio caret.

*§. 5. Hereditas plerumque dividitur in duodecim uncias, quæ assis appellatione continẽtur. Habent autem & hæ partes propria nomina ab uncia usque ad assem hæc: sextans, quadrans triens,*

*quincunx, ſemis, ſeptunx, bes, dodrans, dextan. deunx. Non autem utiq; (ſemper) duodecim unciæ eſſe oportet, nam tot unciæ aſsem efficiunt, quo teſtator voluerit, & ſi unum tantum quis ex ſe miſſe (verbi gratia) heredem ſcripſerit, totus as i ſemiſse erit: Neque enim idem ex parte teſtatus & ex parte inteſtatus decedere poteſt, niſi ſi miles, cujus ſola voluntas in teſtando ſpectatur Et è contrario poteſt quis in quotcunque voluerit plurimas uncias ſuam hereditatem dividere.*

SUMMARIA.

1. Textus confirmatio.
2. Ratio hujus §. ſed Moribus & prægnantioribus argumentis improbata.

1. PRincipium hujus §. deſcriptum eſt ex *l. ſervum* 50. *§. ult. h. t.* & confirmatur, *l. interd.* 13. §. 1. *D. eod.* Quod inſtitutus in ſemiſſe, intelligatur here ex aſſe, aperte reſponſum eſt in *l. ſi quis* 33. *D. ibid.* cu ſimilis eſt. *l.* 1. §. 4. *l.* 9. §. 13. *D. h. t. & l. coheredi* 41. *in fin. de vulg. & pup. ſubſt.* Ratio hic ſubjicitur, qua extat quoque in *l. jus noſtr.* 7. *de R. J.* Ratio rationi eſt, quia contra rei naturam eſt, & abſurditatem in ſe continere videtur, ut unus idemque teſtator paganus pro parte teſtatus, pro parte inteſtarus decedat ideoque in hoc caſu tanquam in caſu dubio heres inſtitutus in re certa, nullo dato coherede, præſumitur potius inſtitutus in omnibus bonis. Cæterum
2. generali Conſuetudine Belgii receptum eſt, ut cujuſlibet pagani ſimplex & ſola voluntas ſpectetur, ſicuti in teſtamento militis. Itaque heres illa parte in qua inſtitutes eſt, contentus eſſe debet, & reliqua

bnoa

bona de quibus testatotor nihil disposuit, ad her e des ab intestato pertinent. *Gudelin. de jure noviss lib.2.c.5,Grot.2.Introd.c.18.Christin. vol.1, decis. 51 & decis.312 Vinn. ad h. §. Tulden. ad h. t. c. 3. in fin. Lamd. Gor. advers.tract.4.§. 12. N. Burgund. ad consuetud. Fland.tract.13.n.32.* Quæ consuetudo mirum in modum nobis arridet,quia fundata est in simplici jure gentium, quod ideo Deus in nobis reliquit salvum,ut sequeremur. Cur non potius præsumimus pro heredibus ab intestato,quam pro institutis sæpe exrraneis? Utique si testaror in testatus decessisset, bona ejus delata fuissent ad heredes ab intest. Ergo quod illis non est ademptum, intelligitur relictum, & tantum pro illa parte testator à jure sanguinis discessisse censetur, quam in testamonto expressit. Sane si esset contta simplicem vel urgentem rationem, ut quis testato & intestato simul decederet, ne quidem miles posset. Subtilitas ergo quædam potius est, quam ingenua ratio. quæ pro hoc jure civili militat. Præterea Moribus vix institutio per partes & uncias in hoc §. expressas usurpari solet. *Schultz.hic.lit.a.*

*§. 6. Si plures instituantur heredes, ita demum in hoc casu partium distributio necessaria est, si nolit testator eos ex æquis partibus heredes esse, satis enim constat, nullis partibus nominatis ex æquis partibus eos heredes esse. Partibus autem in quorundam porsonis expressis, si quis alius sine parte nominatus erit: si quidem aliqua pars assi deerit, ex ea parte heres fit. Et si plures sine parte scripti sunt, omnes in eandem partem concurrunt. Si vero totus as completus sit: ii, qui*

*nominatim expreßas partes habent, in dimidiam partem vocantur, & ille vel illi omnes in alteram dimidiam. Nec intereſt, primus, an medius, an noviſſimus, ſine parte heres ſcriptus ſit, ea enim pars data intelligitur, quæ vacat.*

SUMMARIUM.

Textus probatio ejuſ- ¦ que uſus.

Plures heredes ſine partium nominatione inſtitutos ex æquis portionibus inſtitutos videri, reſpondit breviter *Ulpianus in d. l. quoties 9. §. heredes 12. D. h. t. & l. legata inutil. 19. §. ult. de leg. 1.* Ratio manifeſta eſt ex probabili voluntate teſtatoris, qui cum nullas partes expreſſit, haud dubie præſumitur, æquales ſervari voluiſſe. Par ratio facit pro altero caſu quando in quibuſdam heredibus partes expreſſæ ſunt, in quibuſdam non ſunt expreſſæ, & aſſi aliquid deeſt. *l. item quod Sabin. 17. pr. & §. 1. D. h. t.* De caſu quando as completus eſt, loquitur itidem *d. l. 17. §. ſed ſi aſſe 3. D. h. t. & l. 20. §. 1. eod.* Poſtrema verba hujus §. deſcripta videntur ex *d. l. 20. quo loco pr. D. h. t.* Hæc autem cum probabili conjectura nitantur, digna videntur, quæ ſimiliter in foro recipiantur.

*§. 7. Videamus, ſi pars aliqua vacet, nec tamen quiſquam ſine parte ſit heres inſtitutus, quid juris ſit, veluti ſi tres ex quartis patribus heredes ſcripti ſunt. Et conſtat vacantem partem ſingulis tacite pro hereditaria parte accedere, & perinde haberi, ac ſi ex tertiis partibus heredes ſcripti eſſent. & ex diverſo ſi plures heredes ſcripti in portionibus ſunt, tacite ſingulis decreſcere, (verbi gratia) quatuor ex tertiis partibus heredes ſcripti ſint,*

*ſint, perinde habeantur, ac ſi unuſquiſque ex quarta parte heres ſcriptus fuiſset.*

SUMMARIUM.

Jus decreſcendi hic correctum eſſe, & recte.

HIc §. depromptus eſt ex *d.l.interdum* 13. §. 2. & *ſeqq. D. h. t.* Sed Imperaror Juſtinianus in *l. cum quæſtio* 23. *C. de legat.* videtur hoc jus decreſcendi abrogaſſe, ſaltem eo caſu quo heredes inſtituti ſunt ex partibus inæqualibus: ex. grat. Titius inſtitutus eſt ex aſſe, Sejus ex ſemiſſe: Hoc caſu, inquam, non decreſcet ſingulis pro ſua portione, ſed Sejus retinebit ſuum Semiſſem, quia poſterior voluntas derogat priori. Quæ ratio tanti ponderis eſt, ut, ſi Juſtinianus (quod quidam volunt) jus vetus non mutavit, mutare debuerit. Jus accreſcendi, quod attinet, quod eſt ex diſpoſitione *d.leg.* 7. *de R. J.* apud Nos non ſervatur, ut dixi ad §. 5. *h. t.* ideoque pars vacans heredibus ab inteſt. adjudicanda foret.

*§. 8. Et ſi plures unciæ, quam duodecim diſtributæ ſint, is qui ſine parte inſtitutus eſt, quod dupondio deeſt, habebit. Idemque erit, ſi dupondius expletus ſit, quæ omnes partes ad aſsem poſtea revocantur, quamvis ſint plurium unciarum.*

HIc §. collectus eſt ex *d.l.* 17. *item quod* §. *ult.* & *l. ſeq. D. h. t.* Ratio hujus §. dicta eſt in §. 6. *h. t.* Plura de aſſe & dupondio videre licet apud *Varron. lib.* 4. *de ling. lat.* & *Mætian. de aſſe.*

*§. 9. Heres & pure & ſub conditione inſtitui poteſt: ex certo tempore, aut ad certum*

*tempus non potest: veluti*, post quinquennium quam moriar, *vel ex* calendis, *vel* usque ad Calendas illas heres esto. *Denique diem adjectum haberi pro supervacuo placet, & perinde esse, ac si pure heres institutus esset.*

SUMMARIUM.

Utriusque partis §. ratio, sed posterior Moribus & fortioribus rationibus rejecta.

RAtio cur quis paganus heres institui possit sub conditione, hæc est, quia conditio existens retrotrahitur ad initium mortis testatoris, ac si testator pure testatus esset. *l. potior* 11. §. 1. *in fin. D. qui pot. in pign. & l.* 26. *de condit. inst.* ideoque cessat ratio dubitandi, ne testator ex parte testatus & ex parte intestatus decessisse videatur. Ratio vero cur non possit institui heres ex die vel ad diem, sed vitio temporis sublato, statim intelligatur heres. *d.* §. 9. *& l.* 34. *D. h. t.* illa est, quam modo allegavi ex *l.* 7. *de R. J.* junct *l. ei qui* 88. *in fin. D. h. t.* Nostri inquit *Vinn. ad h.* §. *n.* 5. & Gallorum Mores hujusmodi subtilitates aversantur &c. Nos rationes allegavimus ad §. 5. *h. t.* Itaque heres ex certo die, illo die existente, accipiet hereditatem ab heredibus tectatoris ab intest. & heres ad certum tempus, illo tempore existente, hereditatem restituet heredibus ab intestato.

§. 10. *Impossibilis conditio in institutionibus & legatis, necnon in fidei commissis & libertatibus. pro non scripta habetur.*

SUM-

SUMMARIUM.

Ratio §. sed Moribus Holland. improbata.

HIc §. confirmatur ex *l.* 1. *&* 20. *mulier. in fin.pr. D.de condit.instit.l.abomnib.*104.§.1.*de leg.*1.*l.*5. §.4.*D.quando dies legat.l.*16.*in fin.D.de injust. rupt. irrit.l.servo* 58.*de condict.indeb.* Ratio generalis redditur in *l.si mævia.*45.*D.h.t.* Ratio rationis, cur talis impossibilis conditio nullam vim habeat, & pro non scripta censeatur, est favor ultimarum voluntatum, quæ benignius interpretandæ sunt. *l.* 12.*de R.J.* Sed *Grot. d. c.* 18. *lib.* 2. *introd.* existimat, Moribus Hollandiæ talem institutionem non subsistere, quia talis voluntas testatoris non videtur seria, sed potius ridicula & ne quidem voluntas dicenda. Deinde nec heres habet, quod conqueratur, quia conditionem non implevit.

*§. 11. Si plures conditiones in institutionibus adscriptæ sunt, siquidem conjunctim, ut puta* si illud & illud factum fuerit, *omnibus parendum est. si separatim, veluti* si illud aut illud factum erit, *cuilibet (conditioni) obtemperare satis est.*

HIc §. desumptus videtur ex *l.si heredi* 5.*D. de condit. instit.* ubi & ratio additur. Confirmatur autem *l.si is*13.§.3.*utrum ita.D.de reb.dub.&l.si quis* 129. *de V. O.* Altiori probatione aut indagine hic §. non eget, quia ratio ejus cuiq; obvia & perspicua est.

*§. 12. Ii, quos nunquam testator vidit, heredes institui possunt. veluti si fratris filios peregrinantes, ignorãs qui essent, heredes instituerit. ignoran-*

*tia*

*tia enim testantis inutilem institutionem non facit.*

HIc §. confirmatur ex *l.extran.*11.*C.h.t.*& *l. quidam* 46.*D.eod.* An vero hic legendum sit, peregri vel peregrinatos vel peregrinantes, vel peregrinantis, parum aut nihil curo. Moribus enim constat, ignotum heredem institui posse, modo constet de persona, & voluntas testatoris non sit contraria juri gentium, id est juri divino, quod sequimur.

## DE VVLGARI SVBSTITVTIONE.

### TITULUS XV.

*Potest autem quis in testamento suo plures gradus heredum facere: ut puta,* Si ille heres non erit, heres ille esto: *& deinceps, in quantum velit testator: ut novissimo loco in subsidium vel servum necessarium heredem instituere (possit.)*

HIc locus descriptus est ex *l. potest* 36.*pr. D. h. t.* Ratio ejus consistit in libertate disponendi, quæ cuilibet concedenda est super bonis suis.*l.verbis leg.* 120.*de V. S.* Quæ ratio cum naturalis & æterni juris sit, recte etiam hic juris articulus in foro nostro receptus est. In Gallia tamen substitutiones ultra quartũ gradum fieri nequeunt, teste *Tholosan. Syntagm. lib.* 42.*c.*10. Quare servus heres necessarius institui possit, diximus ad §.1.*tit.*6.*Lib.*1.*Inst.*

*§. 1. Et plures in unius locum possunt substitui, vel unus in plurium, vel singuli in singulorum,*

*vel*

*vel invicem ipsi, qui heredes instituti sunt.*

ETiam hic §. descriptus est ex *d.l.potest.* 36.§. 1.*D. h. t.* cui lucem & veritatem adferunt. *l. qui plures* 23.& *l.si pater* 25.*D. eod.* ubi & hoc *DD.* notant, quod, quando testator heredes sibi invicem substituit, facta sit substitutio reciproca, sive (ut barbare loquuntur) brevi loqua, quæ distincta est à vulgari substitutione; sed male, ut disputavi *ad h.§.* Ratio vero hujus §. eadem est cum superiori in *pr. h. t.* allegata, atque adeo idem usus.

*§. 2. Et si ex disparibus partibus heredes scriptos invicem substituerit, & nullam mentionem in substitutione partium habuerit: eas videtur in substitutione partes dedisse, quas in institutione expressit: & ita divus Pius rescripsit.*

SUMMARIUM.

Texrus probatio ac li- | mitatio.

HIc §. excerptus est ex *l. si plures* 24.*D. h. t.* ubi JCtus Ulpiauus appositum subjunxit exemplum cum exceptione, nisi alia forte mens fuerit testatoris, quod vix credendum, nisi evidenter fuerit expressum. Putant autem *DD.* hoc satis expressum, quando in substitutione testator usus est propriis nominibus heredum. Quo casu statuunt ex verisimili voluntate testatoris, novam factam heredum institutionem sine nominatione partium, atq; adeo heredes ex æquis partibus substitutos esse, licet in institutione partes datæ sint inæquales.*arg.l.quotiens* 23. & *seq.D.ad SCt.Trebell.*& *l. si heredes* 124. *de leg.* 1. De rescripto Divi Pii, vide *l.* 1.*C.de impub.*& *al.substit.* ex qua etiam hic §. noster desumptus videri potest.

*§. 3. Sed si instituto heredi, coherede substituto dato, alius ei substitutus fuerit, divi Severus & Antoninus sine distinctione rescripserunt, ad utramque partem substitutum admitti.*

SUMMARIUM.

Ratio §. cnm remotione | objectionis.

HIc §. descriptus ex *l. si Tit.* 27. & *l. coheredi* 41. *pr. D. h. t.* explicandus est ex iisdem. ll. Ratio decisionis rursus sumitur ex vero simili conjectura. Quoniam enim coheres substitutus est heredi sive coheredi suo, sequitur quod ille, qui coheredi substitutus est, etiam heredi substitutus intelligatur, sine ulla distinctione mortis aut scripturæ. *d. l.* 41. *pr.* quam omnino vide. Verum graviter his adversari videtur responsum Scævolæ in *l. qui habebat.* 47. *D. h. t.* sed respondendum, quod ibi vel particula negativa *non* in fine *leg.* expungenda sit; vel quod secus sit in pupillari substitutione; de qua in *d. l.* 47. agi videtur. Rationem differentiæ Alii negant dari posse, Alii aliam invenerunt. Vide *Baldum. Bacchov.* & *Vinn. ad h. §.* Nobis nostram rationem adjicere non vacat, quia substitutio pupillaris nullum usum habet, ut infra docebimus.

*§. 4. Si servum alienum quis patremfamilias arbitratus, heredem scripserit, & si heres non esset Mævium ei substituerit, isque servus jussu domini adierit hereditatem: (Mævius) substitutus in partem admittitur. Illa enim verba,* si heres non eris, *in eo quidem, quem alieno juri subjectum esse testator scit, sic accipiuntur: si neque ipse heres erit neque alium heredem effecerit, in eo vero quem* pa-

*patremfamilias eſſe arbitratur, illud ſignificant: ſi hereditatem ſibi, vel ei, cujus juri poteſtea ſubjectus eſſe cœperit, non adquiſierit. Idque Tiberius Cæſar in perſona Parthenii ſervi ſui conſtituit.*

SUMMARIUM.

Tuxtus confirmatio & illuſtratio cum nota Triboniani.

HIc §. deſumptus videtur ex *l.ſi paterfam.*40.*& l. ſeq.D.de hered.inſtit.*ideoque ex illis confirmandus & explicandus. Videtur autem *d.l.* 40. loqui de ſempronio qui coheres Titii fuit, ut apparet ex verbis final. Imo teſtatur Alciatus 1. *diſp.* 2. ſe in libris manu ſcriptis poſt verbum Sempronium vocabulum *coheredem* vidiſſe,& ipſe non video, quomodo aliter Sempronius ad dimidiam partem pervenire poſſit, niſi ut conheres. Vel dicendum cum Cujacio *ad d.l.* pro *alter ſemis*, legendum eſſe *as*, quaſi ſcriptum eſſet *a. ſ.* quod Alii interpretati ſunt, alter ſemis. Quo caſu ratio decidendi ſumpta videtur ex regula, quod in caſu dubio media via eligenda ſit. Sed illa explicatio verborum *ſi heres non erit*(quibus in eo quem teſtator ingenuum vel patremfam.credidit, nihil aliud ſignificari dicitur in *d. l.* 40. quàm ſi hereditatem vel ſibi adquiſierit,vel mutata conditione alterius poteſtati poſtea ſubjectus eſſe cœperit) nec præſenti caſui conveniens, nec propria aut vera videtur. Cur vero non conveniat præſenti caſui, ratio hæc eſt,quia hic agitur deo qui jam tempore ſubſtitutionis ſervus erat, niſi dicamus dictam interpretationem hic & in *d.l.*40. duntaxat adhiberi tanquam argumentum ad præſentem caſum á ſimili decidendum. Ratio autem cur dicta interpretatio etiam à ſimili accepta non valeat, hæc eſt, quia eſt contrà ſimplicem intellectum verborum. *arg.l.* 3. *&* 4. *C.*

*4.C.de hered.instit.Balduin.hic.* Sed hæc de servis, quorum apud Nos nullus usus est. Quid dicendum sit de adscriptitiis, collige ex antecedentibus. Vulgares tamen substitiones etiam apud Belgas suum habere usum, nemo dubitet. Vide etiam *Schultz. ad h.t.*

## *DE PVPLILARI SVBSTITVTIONE.*

### TITULUS. XVI.

*Liberis suis impuberibus, quos in potestate quis habet, non solum ita ut supra diximus, substituere potest, id est, ut si heredes ei non exstiterint, alius sit ei heres: sed eo amplius, ut si heredes ei exstiterint, & adhuc impuberes mortui fuerint, sit eis aliquis heres, veluti si quis dicat hoc modo,* Titius filius meus heres mihi esto. Et si filius meus heres mihi non erit sive heres erit, & prius mariatur, quam in suam tutelam venerit: tunc Sejus heres esto. *quo casu, siquidem non extiterit heres filius: tunc substitutus patri sit heres, si vero exstiterit heres filius, & ante pubertatem decesserit, ipsi filio sit heres substitutus. nam moribus institutum est, ut quum ejus ætatis filii sint, in qua ipsi sibi testamentum facere non possunt, parentes eis faciant.*

SUM-

SUMMARIA.

1. Ratio pupillaris substitutionis, sed rejecta.

2. Quid hic cautum Moribus?

HIc locus confirmatur & illustratur ex *l.2.Moribus pr.& l.sed si* 10.§.2 *& 5.D.h.t.* Ratio hujus juris, quæ etiam in calce hujus §. indicatur, hæc est; 1.
quia æquum & utile videtur, ut pater filio, qui propter ætatem de rebus suis disponere nequit, testamentum facere possit. *arg.l.* 42. *pr. de adq. hered. & §.3.h.t.* Hinc Plato *lib.* 11. *de legib.* Ἐὰν δὲ υἱὸς τελευτήσῃ &c. *quod si quis cujus filius,inquit, vel naturalis vel adoptivus antequam ex ephebis excesserit, moriatur, is qui testamentum scribit, caveat etiam de hac fortuna, & quem sibi meliore fortuna filium esse velit, adscribito.* Verum hæc ratio nullius valoris est; quoniam jus naturale,id est, divinum innatum & quod nonnisi fortiori innato mutari potest, prohibet, ne quis disponat de bonis alterius. *l.*120.*de V.S. & l.* 21. *C. mand.* Hæc, inquam, patria potestas contra sanam rationem est, quæ sæpe proximis consanguineis præteritis, imo ipsa etiam matre pupilli præterita, poterat extraneis bona filii impuberis relinquere.*l.8.§.sed nec impub.5.D.de inoff.test.* quem *§.d.l.* 8. *etiam accusavit impietatis Autumn. in cens.Gall.ad d.l.*8. Rectius ergo Moribus Belgii bona 2.
ejus devolvunt ad heredes ab intestato, quibus jure sanguinis debentur.*Gud.de jure noviss.lib.2.c.5.Grot. Introd.1.c.6.lib.2.c.19.Vinn. ad §. ult.h.t.* Jure Sax. aliter. Vide *Schultz.notas ad h.t. Christin vol.4.decis.* 15. Mores Gallicæ vide apud *Tholosan.syntagm. lib.* 42.*c.*22.*n.*23.

*§. 1. Qua ratione excitati, etiam constitutionem posuimus in nostro Codice, qua prospectum*

*est, ut si qui mente captos habeant filios, vel nep-tes, vel pronepotes, cujuscunque sexus vel gradu, liceat eis, & si puberes sint ad exemplum pupilla-ris substitutionis certas personas substituere. S[i] autem resipuerint, eandem substitutionem infi[r]-mari. & hoc ad exemplum pupillaris substituti-onis, quæ postquam pupillus adoleverit, infirma-tur.*

SUMMARIUM.

Probatio & ratio textus, sed reprobata Moribus & ra-tionibus.

OLim mente captis substitui non posse, nisi v[e]-nia impetrata à Principe, arguere videtur. *l.* [*ex*] *facto* 43. *D. h. t.* sed jure novo etiam sine permissu patre vel matre substitui posse, docet hic §. qui co[n]-firmatur & explicatur ex *l. humanitatis* 9. *C. de im-pub. & al. substit.* Ratio vero cur pupillaris substitut[io] pubertate, & quasi pupillaris vel exemplaris restit[u]-tione mentis evanescat, traditur in *d. l.* 43. *pr. ve[rb.] auferret enim. D. h. t.* Quæ ratio quoque absq[ue] dubio apud eos valet, apud quos hoc jus civile rec[e]-ptum est. Sed Moribus Belgii hæc quasi pupillar[is] substitutio, ut & pupillaris abolita est. *Grot.* [...] *lib. 2. part. 19. Gudelin. d lib. 2. c.* 5. aut saltem abole[ri] debet. Quanquam enim hæc substitutio non pr[o]-veniat ex vi patriæ potestatis (præsertim in mat[re] quæ liberos non habet in potestate) sed potius ex e[o] capite, quia furiosi vel mente capti sibi testamentu[m] facere non possunt; tamen altera ratio in *pr. hujus t[it.]* allegata longe fortior est, quam vide.

*§. 2. Igitur in pupillari substitutione se[-]*

*cun[-]*

*cundum præfatum modum ordinata, duo quodam-modo sunt testamenta, alterum patris, alterum filii, tanquam si ipse filius sibi heredem instituisset: aut certe unum testamentum est duarum causarum, id est, duarum hereditatum.*

QUo intuitu in pupillari substitutione modo unum testamentum factum dicatur, modo duo dicantur, vide apud *DD. ad h.* §. & inprimis apud *Hotom.* qui singulos casus persecutus videtur. Nobis satis est, si notamus hunc §. usu forensi indignum esse ut probavi ad *pr.h.t.*

§. 3. *Sin autem quis ita formidolosus sit, ut timeat, ne filius suus pupillus adhuc, ex eo, quod palam substitutum acceperit, post obitum ejus periculo insidiarum subjaceat: vulgarem quidem substitutionem palam facere, & in primis testamenti partibus (ordinare) debet: illam autem substitutionem, per quam, si heres exstiterit pupillus & intra pubertatem decesserit, substitutus vocatur, separatim in inferioribus partibus scribere, eamque partem proprio lino, propriaque cera consignare, & in priore parte testamenti cavere, ne inferiores tabulæ vivo filio & adhuc impubere aperiantur. Illud palam est, non ideo minus valere substitutionem impuberis filii, quod in eisdem tabulis scripta sit, quibus sibi quisque heredem instituißet, quamvis pupillo hoc periculosum sit.*

SUMMARIUM.

Confirmatio §. sed limita- | ta ex cautela Auctoris.

HIc §. confirmatur ex *Gajo lib. 2. tit. 4. §. 2.* D prima,deq; ima & extrema cera vide *Cic. Verr.* *Sueton. in Cæsare & Nerone.* Præterea pupillis ma gnas insidias metuendas esse à substitutis, nõ tantur Veterum exempla nos docẽt (quæ videre licet apu *Suet. in Gal.c.9.Cic.in orat.pro Cluent. Pers. Saty 2.Horat lib.2.satyr.5.*) Sed etiam quotidiana rerur experientia testis locuples est. Quid non mortal pectora cogit auri sacra fames? Quinimo tanta e dicta ratio formidandi, ut etiam recte pœna statu posset in illum Notarium, qui substitutionem fid commissariam pupillo factam non signaverit propri lino propriaque cera, & non caverit in priore par testamenti, ne inferior pars testamenti vivo filio adhuc impubere aperiatur. Sed quod eadem r tio tanti momenti sit (sicuti quidam volunt) ut pr pter eam pater quoque filio impuberi heredem da posset, ne vita ejus agnatorum insidiis sit exposita falsum & contra prægnantiorem rationem esse, d monstravi in *pr.h.t.* Pœnam ergo quidem dicta r tio in dicto casu extorquere posset, sed non dictar dispositionem juris civilis. Nec sane præsumendur temere est, Christianum Christiano violentas m nus illaturum esse propter lutum, licet etiam sple didum & aureum.

*§. 4. Non solum autem heredibus institu tis impuberibus liberis ita substituere parentes po sunt, ut si heredes eis exstiterint, & ante puber tatem mortui fuerint, sit eis heres is, quem ipsi v luerint: sed etiam exheredatis. Itaque eo casu*

*qui*

*quid (exheredato) pupillo ex hereditatibus, legatisve, aut donationibus propinquorum atque amicorum adquisitum fuerit: id omne ad substitutum pertinebit. Quæcumque diximus de substitione impuberum liberorum, vel heredum institutorum vel exheredatorum: eadem etiam de posthumis intelligimus.*

HIc §. confirmatur ex *d.l.sed si 10.§.ad substitutos 5.& l.1.§.2.& l 2.pr.D.h.t.* Adde *Quintil. lib. 7.c.6.Ciceron. 1. de orat. in Bruto pro Cæc.in Topic. & lib.2.vet. Rhet.* Sed quum in impuberem vix justa causa exheredationis cadat, dicendum est, hunc §. correctum esse per *Nov. 115. c. 3. Schultz. hic.lit.c.* Moribus hic §.ab omni usu destituitur, ut dixi in *pr.h.t.*

*§. 5. Liberis autem suis testamentum nemo facere potest, nisi & sibi faciat, nam pupillare testamentum, pars & sequela est paterni testamenti: adeo ut si patris testamentum non valeat: nec filii quidem valebit.*

HIc §. colligitur & confirmatur ex *d. l. 2. §.1. & 4. prius.D.h.t.& l.pen.D.quemad.testam.aper.* Exceptiones & jura nova hujus §. adderem, si usum haberent. Vide tamen *Vinn.ad h. §. & Schultz. d. loc.*

*§. 6. Vel singulis liberis, vel ei, qui eorum novissimus impubes morietur, substitui potest. singulis quidem, si neminem eorum intestatum decedere voluerit: novissimo, si jus legitimarum hereditatum integrum inter eos custodiri velit.*

HIc §. descriptus est ad verbum ex *l. vel singul* 37.*D.h.t.* & confirmatur & explicatur ex *l. si p* *ter* 25.*D.eod.* Adderem & hic quædam ex ju Novellarum, nisi controversa essent, & abunde a aliis agitata, ideoque ab instituto meo plane alien maxime, quando non habent usum forensem; hæc.

§. 7. *Substituitur autem impuberi aut nom natim, velut* Titius, *aut generaliter, ut,* quisqu mihi heres erit. *Quibus verbis vocantur ex su stitutione impubere mortuo filio, illi, qui & scri ti sunt heredes, & exstiterunt, & pro qua par heredes facti sunt.*

HIc §. confirmatur & illustratur ex *l. cum filio* 3 *qui liber* 8.*pr.* & §.1. *l. sed si plures* 10.*pr.l.*31 *substit.l. ex duob.*34.§.1.*D. h.t.* & *l.ult.C. eod de i pub.* & *al.subst.* Cur complura non addam, super ratio me prohibet.

§. 8. *Masculo igitur usque ad quatuordeci annos substitui potest, fœminæ usque ad duodeci annos: & si hoc tempus excesserint, substitut evanescit.*

SUMMARIUM.

Ratio textus ejusque usus | hodiernus.

HOc jus supra probavimus in *pr.* & §.1. *Inst. h.* Ratio ejus est, quia nemini puberi & sanæ me tis testamenti factio auferenda est. *d.l. ex facto* 43.*p* *D.h.t.* & *l. qua ætate* 5.*D. qui testam. fac. poss.* S quoniam miles in bonis suis filio etiam puberi p pillariter substituere potest. *l. centurio* 15.*D.h.t.* &

*pr*

*præcibus 8.C. de impub. & al. subst.* dicendum est, quod Moribus nostris quoque paganus possit, quia Moribus simplex voluntas testatoris servanda est, ideoque testamenta nostratium per omnia fere testamentis militum comparari dicuntur. *Gudelm. de jure noviss. lib. 2. c. 5. & 11. circa fin.* An autem illa voluntas jure directo valeat, an jure fidei commissi: Item an non obstante fidei commisso is qui gravatus est restituere, saltem quoad legitimam de bonis fidei commissariis testari possit, disputavimus ad *h. t. Inst.*

*§. 9. Extraneo vero, vel filio puberi heredi instituto, ita substituere nemo potest, ut si heres exstiterit, & intra aliquod tempus decesserit, alius ei sit heres: sed hoc solum permissum est, ut eum per fideicommissum testator obliget alii hereditatem ejus vel totam, vel pro parte restituere. quod jus quale sit, suo loco trademus.*

SUMMARIUM.

Textus probatio ejusque | usus in Belgio.

HIc §. corroboratur ex *l. verbis 7. l. in pupillari 14. & l. coheredi 41. § 2. D. h. t.* An tamen talis substitutio à pagano de bonis suis facta, valeat jure fideicommissi, disputavi *ad h. t.* Moribus hæc substitutio directo jure subsistere videtur, propter rationem in §. præcedenti allegatam. Sed hoc inprimis procederet in extraneo herede qui licet expresso fide commmisso gravatus sit, detractione Trebellianica uti non potest, ut infra latius demonstrabimus ad *tit. 23. h. t.* ubi & de filio dicta substitutione gravato, an saltem legitimam (quæ nullo onere gravari potest) deducat, & præter legitimam etiam Trebellianicam

deducere possit, videbimus. Plures quæstiones a[d] praxin & faciliorem intellectum hujus & præcedent[is] tituli facientes, vide in *disp.nost.ad dd.tit.*

## QVIBVS MODIS TESTAMEN[-] TA INFIRMENTUR.

### TITULUS. XVII.

*Testamentum jure factum usque eo valet, done[c] rumpatur, irritumve fiat.*

HOc *pr.* confirmatur & explanatur ex *l. 1. de i[n]just.rupt.irrit.fact.testam.* Itaque testamentu[m] jure factum rumpi dicitur, sed testamentum non ju[-] re factum, dicitur potius nullum vel nullius m[o]menti. *d.l.1.& l.5.vers.post defectum autem. D. eo[d].* Quin tamen & rumpi & rescindi & irritum fieri [...] tem improprie, & quatenus de facto rumpitur v[el] rescinditur, dici queat, negari non potest. Vid[e] §. 5. *h. t.*

§. 1. *Rumpitur autem testamentum, cu[m] in eodem statu manente testatore, ipsius testamen[ti] jus vitiatur. Si quis enim post factum testamen[-] tum adoptaverit sibi filium per Imperatorem, eu[m] qui est sui juris, aut per prætorem secundum no[-] stram constitutionem, eum, qui in potestate paren[-] tis fuerit, testamentum ejus rumpitur, quasi ad[-] gnatione sui heredis.*

TEstamentum per filium post testamentum ad[-] optatum vel adrogatum rumpi, respondit etia[m] *Ulpian. in l. verum est.8. D. h. t. de injust. rupt. & c[...]*

Plura

Plura de hac materia ideò non adjungo, quia inutilis videtur, ut dixi ad *tit. de adopt.* Usus tamen hujus §. conspicuus est in eo casu, quando testator post testamentum suum aliquem per legitimationem (venia detur modo loquendi *DD.* usitato) in filium adscivit. Vide quæ dixi ad §. 5. *tit.* 13. *h. L.* 2.

§. 2. *Posteriore quoque testamento, quod jure perfectum est, superius rumpitur. nec interest, exstiterit aliquis heres ex eo, an non: hoc enim solum spectatur, an aliquo casu existere potuerit. Ideoque si quis noluerit heres esse, aut vivo testatore, aut post mortem ejus, antequam hereditatem adiret, decesserit: aut conditone sub qua heres institutus est, defectus sit: in his casibus paterfamilias intestatus moritur. Nam & prius testamentum non valet, ruptum à posteriore: & posterius æque nullas habet vires, cum ex eo nemo heres exstiterit.*

SUMMARIA.

1. Textus probatio ejusque ratio.

2. Quid Moribus hic servetur?

HIc §. confirmatur & illustratur ex *l.* 2. & *l.* 16. *cum in secundo D. h. t.* & *l. sancimus* 27. *C. de testam.* Ratio hujus Juris Civilis hæc est, quia nemo paga- 1.
nus duobus testamentis decedere potest. Ratio rationis est, quia cum in omni testamento dispositio fiat de universis bonis, contra rei naturam est, ut quis bis de omnibus bonis testatus videatur. Sed quoniam miles duobus testamẽtis decedere potest, ideoque nec prius ejus testamentum à posteriore rumpitur, nisi in secundo hoc expressum, vel quatenus

nus contrarium quid priori reperiatur. *l.quærebatur.* *19.pr. D. de testam. milit.* videtur dicendum, quod
2. Moribus etiam paganus duobus testamentis decedere possit. Etenim non rei naturam, sed simplicem voluntatem testatoris sequimur. Unde non plane supervacaneæ sunt Notariorum revocationes, quibus priora testamenta vel codicillos revocare solent. Nam si istę clausulæ revocationum non sunt adhibitæ, non aliter prior voluntas mutata intelligitur, quàm quatenus contraria apparet posterior. Sed quid, si prius testamentum clausulam derogatoriam contineat? Quid si testator juraverit, se nullū aliud testamentū cōditurum esse? Quid si testamentum cancellaverit, aut in ignem conjecerit? Vide *disp.nost.ad h.t.Inst.*

*§. 3. Sed & si quis priore testamento jure perfecto, posterius æque jure fecerit, etiam si ex certis rebus in eo heredem instituerit: superius tamen testamentum sublatum eße, divi Severus & Antoninus rescripserunt, cujus constitutionis verba (& hic) inseri jussimus, quum aliud quoque præterea in ea constitutione expressum sit. Imperatores Severus & Antoninus Coccejo Campano. Testamentum secundo loco factum, licet in eo certarum rerum heres scriptus sit, perinde jure valere ac si rerum mentio facta non eßet: sed & teneri heredem scriptum, ut contentus rebus sibi datis, aut suppleta quarta ex lege Falcidia, hereditatem restituat his, qui in priore testamento scripti fuerant, propter inserta fideicommissi verba, quibus ut valeret prius testamentum, expressum est: dubitare non oportet. Et ruptum*

*qui-*

*quidem testamentum hoc modo efficitur.*

SUMMARIUM.

Quis usus hujus §. & quæ | ejus limitatio?

HIc §. ad verbum descriptus est ex *l. si quis* 29. *D. ad SCt. Trebell.* & confirmatur ac illustratur ex *l. postumus* 12. §. 1. *D. de injust. rupt. &c. & l.* 1. §. *si ex fundo* 4. *D. de hered. instit.* Moribus institutus in re certa non habet jus accrescendi, sed sua parte contentus esse debet. Vide quæ dixi *ad* §. 5. *Inst. de her. Inst.* Si itaque testator voluit, ut prius testamentum nihilominus valeret, tantum pro illa parte in qua heres in secundo testamento institutus est, priori derogatum intelligitur. *d.* §. 2. junct *notis nost.* Sed si generali clausula omnia sua priora testamenta & ultimas voluntates plane revocaverit, tunc tota hereditas dividetur inter institutum in rebus certis, & inter heredes testatoris ab intestato, ut dixi ad *d.* §. 5. *Inst. de hered. instit.* Videndum ergo quid actum sit, & quæ voluntas testatoris. Vide *l. pen. D. de his quæ in testam. del.*

§. 4. *Alio autem modo testamenta jure facta infirmantur, veluti cum is, qui fecit testamentum, capite deminutus sit, quod quibus modis accidat, primo libro retulimus.*

SUMMARIUM.

Textus comprobatio e- | jusque usus.

QUando testator manet in eodem statu, & ipsum tamen jus testamenti vitiatur, proprie testamentum ruptum dici, vidimus *in* §. 1. *h. t.* quando autem passus est capitis deminutionem, proprie irritum

ritum fieri teſtamentum, præter Imperatorem teſta-tur quoque JCtus in *l. ſi quis* 6. §. *irritum* 5. *D. h. t.* Moribus hic modus infirmandi non eſt in uſu, niſi damnatum ſequatur confiſcatio bonorum. Vide quæ dixi ad *tit. de capit. deminut.* & *Schulz. hic. lit. b.*

§. 5. *Hoc autem caſu irrita fieri teſtamenta dicuntur, quum alioqui & quæ rumpuntur, irrita fiant: & ea, quæ ſtatim ab initio non jure fiunt, irrita ſint. ſed & ea, quæ jure facta ſunt. & poſtea per capitis deminutionem irrita fiunt, poſſumus nihilominus rupta dicere. Sed quia ſane commodius erat ſingulas cauſas ſingulis appellationibus diſtingui: ideo quædam non jure facta dicuntur, quædam jure facta rumpi, vel irrita fieri.*

HIc §. probationem & lucem accipit ex *l.* 1. & *l.* 12. *poſtumus pr. D. h. t.* junct. *tot. tit. de V. S.* ex quo apparet, veteris JCtos verborum quoque ſtudioſiſſimos fuiſſe. Sed eadem hæc vocabula ſæpe confundi, ut & alia modo generaliter modo ſpecialiter modo proprie, modo improprie accipi, in confeſſo eſt.

§. 6. *Non tamen per omnia inutilia ſunt ea teſtamenta, quæ ab initio jure facta, per capitis deminutionẽ irrita facta ſunt. nam ſi ſeptem teſtium ſignis ſignata ſunt: poteſt ſcriptus heres ſecundũ tabulas teſtamenti bonorum poſſeſſionem agnoſcere. ſi modo defunctus, & civis Romanus, & ſuæ poteſtatis mortis tempore fuerit. Nam ſi ideo irritum factum ſit teſtamentum, quia civitatem vel etiam*

*libertatem testator amisit, aut quia in adoptionem se dedit, & mortis tempore in adoptivi patris potestate sit: non potest scriptus heres secundum tabulas bonorum possessionem petere.*

HIc §. confirmatur & illustratur ex *l. si quis* 6. §. *quatenus* 12. *D. h. t. de injust. rupt. l.* 1. §. *exigit* 8. *de bonor. poss. sec. tab. Ulpian. tit. quemad. testam. rump.* §. *si septem.* 5. Latiorem si quis explicationem desiderat, adeat *Hotom. Vinn. & Balduin. ad h.* §. Nos enim illam attingere, religio instituti vetat. Vide §. 4. *h. t.*

*§. 7. Ex eo autem solo non potest infirmari testamentum, quod postea testator id noluerit valere: usque adeo, ut & si quis post factum prius testamentum posterius facere cœperit, & aut mortalitate præventus, aut quia eum ejus rei pœnituit, id non perfecerit: divi Pertinacis oratione cautum sit, ne alias tabulæ priores jure factæ irritæ fiant, nisi sequentes jure ordinatæ & perfectæ fuerint. nam imperfectum testamentum sine dubio nullum est.*

SUMMARIUM.

Textus confirmatio, ejusque exceptiones ac consilium Auctoris.

HIc §. confirmatur ex *l. si jure* 18. *de leg.* 3. *l.* 2. *D. h. t. l. hac consultiss.* 21. §. *ult. C. de testam. & Jul. Capitol. in Pertinace. Quintil. declamat.* 308. Ratio hujus juris est in *l. nihil tam naturale* 35. *de R. J.* Notabiles exceptiones vide in *l. sancimus* 27. *C. de testam. & d. l.* 2. *&* 21. §. 3. Moribus, quibus testamenta nostratium instar testamentorum militum sunt, nu-

da

da voluntate infirmantur; sed quæ tamen manifest sit, vel propria scriptura testatoris, vel voce coram duobus vel tribus testibus declarata. *d.l.*2.junct. *Gu delin.lib.*2.*c.*11.*in fin.* Posset tamen & hic ob securitatem testamentorum, ob ansam litium excluder dam, vel alias ob causas publicas, pœna pecuniari statui in eos, qui testamentum coram Notario & duo bus testibus revocare neglexerint.

§. 8. *Eadem oratione expressit, non admissu rum se hereditatem ejus, qui litis causa principen reliquerit heredē: neq; tabulas non legitime factas in quibus ipse ob eam causam heres institutus erat probaturum: neque ex nuda voce heredis nomen admissurum, neque ex ulla scriptura, cui juris au ctoritas desit, aliquid adepturum. Secundum ho divi Severus & Antoninus sæpissime rescripse runt. Licet enim (inquiunt) legibus soluti simu attamen legibus vivimus.*

SUMMARIUM.

Textus probatio ejusque | usus & cautela Auctoris.

HÆc confirmantur ex *Capitol. d. loc. l. ex imper fecto* 23. *de legat.* 3. *l.* 3. *C. de test. l. Princeps.* 31. *d legib.* junct. *l.* 4. *C. eod.* Eadem & Moribus recepta vi dentur. Quanquam enim summus Princeps stricto jure & in abstracto philosophando, hoc est, secun dum naturam & potestatem suam legibus civilibus solutus sit, tamen secundum æquitatem & honesta tem iisdem allegatus esse debet, quia ratio dictitat Principem oportere bono exemplo præire. *Claud in panegyr.* de quarto consulatu Honorii.

In

*In commune jubes ſiquid cenſeſve tenendum,*
*Primus juſsa ſubi &c.*

Quin tamen & pœna circa teſtamentorum diſpoſitionem ex bono publico introducta Prrncipi remitti poſſit, omni dubio caret, quia fortior ratio publica pro Majeſtate Principis militare poteſt. Præterea Principem Moribus noſtris hereditatem vel legata capere ex teſtamento, quod ſola manu teſtatoris, vel coram duobus vel tribus teſtibus ſine Notario factum eſt, aperte evincunt noſtra *ad tit.* 10. *h. Lib.* 2.

## *DE INOFFICIOSO TESTAMENTO.*

### TITULUS XVIII.

*Quia plerumque parentes ſine cauſa liberos ſuos exheredant, vel omittunt: inductum eſt, ut de inofficioſo teſtamento agere poſſint liberi, qui queruntur, aut inique ſe exheredatos, aut inique præteritos, hoc colore quaſi non ſanæ mentis fuerint, cum teſtamentum ordinarunt. Sed hoc dicitur, non quaſi vere furioſus ſit, ſed recte quidem fecerit teſtamentum, non autem ex officio pietatis. Nam ſi vere furioſus ſit, nullum Teſtamentum eſt.*

SUMMARIUM.

Textus confirmatio & illuſtratio cum jure novo

HIc locus illuſtratur & confirmatur ex *l.* 1. 2. 3. & 4. *D. h. t.* De omiſſione ſeu præteritione matris & avi materni dixi latius ad §. *ult. tit.* 13. *h. Lib.* Hic lati-

latius dicam de exheredatione & querela ejus. Quo jure autem introducta sit hæc querela, disputavi ad *h. t. Inst.* Item, an sit actio, an distincta à petitione hereditatis, & an possit & soleat cumulari cum petit. hered. dixi *ibid.* Quod bono colore, vel bona ratione inducta sit, declarant aperte *l. nam etsi* 15. *pr. D. h. t. l.* 7. §. 1. *unde lib. l.* 7. *pr. de bon. damn.* Jure Novellarum vero liberi non nisi propter 14. causas vel unam ex illis exheredari possunt, quam etiam heres scriptus probare debet. *Nov.* 115. *c.* 3. An herede scripto non probante filius ipso jure heres sit, an etiam tunc conqueri debeat. Item an exheredatio extendi possit ad similes & graviores causas, quam quæ in *d. Nov.* enumerantur. Item, an nulla causa, vel non justa causa exheredationis expressa, testamentum nullum sit, an vero rescindi debeat per querelam (de cujus differentia dixi *ad tit.* 13. *h. lib.* 2.) Item an rescisso vel nullo testamento legata nihilominus debeantur, & similes quæstiones plures, vide in *disput. nost. ad h. t.* & *disp. ad tit.* 13. & *Christin. decis.* 169. *vol.* 2.

§. 1. *Non autem liberis tantum permissum est testamentum parentum inofficiosum accusare, verum etiam liberorum parentibus. Soror autem & frater turpibus personis scriptis heredibus, ex sacris constitutionibus prælati sunt. Non ergo contra omnes heredes agere possunt. Ultra fratres igitur & sorores cognati nullo modo aut agere possunt, aut agentes vincere.*

SUMMARIUM.

Textus probatio, correctio, ¦ limitatio & Mores.

QUod & cur parentes à liberis præteriti habeant querelam inoff. testam. traditur itidem in *l.1.l.* 14.*&* 15.*pr.h.t.& d.l.*7. §.1. *unde lib.* Sed an & quatenus hæc particula juris correcta sit per *d.Nov.*115. vide in *disput. nost. ad h. t.* Propter quot causas parentes exheredari possint, vide in *d. Nov.* 115. *c.* junct. *disp. nost.* De fratre & sorore loquuntur qu[...] que *d.l.*1. *h. t. & l. fratris* 21. junct. *l. fratres* 27. [...] *eod.* ubi hic §. noster manifeste restringitur ad fratres vel sorores germanas vel consanguineas *d. l.* 27. Propter quot causas, quas heredes scripti (ut supra in linea descendenti & ascendenti) probare debent, exheredari possint, vide in *Nov.*22. *c.*47. Cæteros vero cognatos ne quidem turpibus personis heredibus institutis querelā movere posse, innuunt. *d.l.*1.21.*&*27. Sed Moribus, quibus fiscus istiusmodi heredibus indignis hereditatem vix aufert (quia nullum proprie crimen, turpibus personis heredibus institutis, commissum videtur) bona defuncti ad fratrem uterinum & cæteros cognatos devolvunt, juxta *Nov.*118. Vide *Zyp.Notit. jur.Belg. lib.*8. *de jure fisci in fin. Joann. à Sande lib.* 4. *tit.* 4. *def* 5.

*§. 2. Tam autem natulares liberi, quam secundum nostræ constitutionis divisionem adoptati, ita demum de inofficioso testamento agere poßunt, si nullo alio jure ad defuncti bona venire poßunt. Nam qui ad hereditatem totam vel partem ejus alio jure veniunt, de inofficioso agere non possunt. Posthumi quoq; qui nullo alio jure venire possunt, de inofficioso, agere possunt.*

SUMMARIUM.

Ratio textus ejusque usus.

CUm querela inofficiosi juris remedium sit extr ordinarium & odiosum. *l.cum quidam 19. de ber.& post l.ult.vers. nã cum ultim. C.de liber.pra* mirum non est,eam cessare, quando alio jure ad b na defuncti venire licet. Plura non addo, quia ja dixi,querelam inoff. jure Novellar. sublatam esse, in linea descendenti & ascendenti. Quinimo M ribus testamentum fratris in quo turpis persona h res institutus est, & frater præteritus, ipso jure nu esse constat; quia quod contra rationem & æquit tem est, ne momento quidem subsistere debet. V de quæ dixi ad *tit.de exhered.liberor.* De adopti nis usu dixi *ad tit. de adopt.* De liberis posthum an jure novo alio modo ad hereditatem defun pervenire possint, dixi & disputavi ad *tit* 13. *Inst*

*§. 3. Sed hæc ita accipienda sunt, si nihil penitus à testatoribus testamento relictum est, qu nostra constitutio ad verecundiam naturæ introd xit. Sin vero quantacunq; pars hereditatis vel r eis fuerit relicta: de inofficioso querela quiescen id quod eis deest: usque ad quartam legitimæ pa tis repleatur: licet non fuerit adjectum, boni v arbitratu debere eam compleri.*

SUMMARIA.

1. Textus probatio & correctio.

2. Jus Novellar. hic, jusq Divinum hic sequendum.

OLim tunc demum querelam inoff.testam.cess se, quando quarta legitimæ portionis relicta

ra

at, vel tantum aliquid relictum, sed ut arbitrio bo-
ni viri ad quartam suppleretur, testantur *Cod.Theod.* 21
*h.t.l.*3. *& Cod. Gregor.eod. l.*1.*&*2. quibus adde *l.*8.§.
*quoniam* 8.*D.h.t.& l.*8.*parentib.C.eod.* Sed hoc jus
Constitut. Justin. correctum, aut saltem temperatum
esse, probat *l.omnimodo*30.*C.h.t.* ubi filius in illo casu,
quando ei aliqua pars vel res heriditatis relicta est,
licet sine arbitrio boni viri supplenda, tantum ad
supplementum legitimæ agere potest, nisi testator eũ
juste ingratum dixerit. *d.l.*30.*pr.* Jure vero Novella-
rum legitimam portionem quadrantem mutatum
esse in trientẽ vel semissem pro numero liberorum,
docet *Nov.*18.*cap.* 1. An etiam parentum & fra- 28
trum legitima aucta sit, disputavi *ad. h.t.* Porro an
& hic §. noster *Nov.*115.*c.*3. correctus sit, ita ut le-
gitima neque liberis neque parentibus relinqui pos-
sit, nisi titulo institutionis, dixi in *d.disp.nost. ad h. t.*
Jure divino & naturali omnia bona parentum li-
beris relinquenda sunt. Si filii, utique & heredes.
*Rom.*8.*v.*17.*Gal.*4.*v.ult.Luc.*15.2*Corinth.*12.*v.*14. *&*
*d.l.*7.*pr.de bon.damnat.Aristot.lib.*8.*Ethic.* Atque
ita olim Præceptor meus Antonius Matthæus inter-
pretatus est *d. Nov.* 115.*c.*3. *pr.* quasi Imperator
velit, ut non sufficiat, liberis relinquere legiti-
ma quocunque etiam titulo, sed ut omnia bona i-
psis relinquantur; nisi probabuntur ingrati. Quò
inclinat etiam *Ant. Fab. error. pragmat. decad.* 14.
*err.*6. Scio quidem patrem dominum esse rerum
suarum, atque adeo non plane ipsi liberam faculta-
tem disponendi auferendam esse, sed queror, quod
jure Civili nimis exiguum cogatur liberis relinquere.
Mallem tale jus receptum esse, ut parentes liberis
omnia bona relinquere tenerentur, nisi probaretur,
quædam quoque aliis extraneis justa de causa data
esse. Utut sit, semper in hac materia sequendum

jus naturale ſeu gentium, quod omnibus innatum & à ſimplici & ſana ratione adprobatum eſt. Ut eſt & hoc, quod pater uni ex liberis plus, alteri minus propter merita relinquere poſſit. Vide tamen *Baron. ad h. t. part poſter. Gudelin. d. tract. lib. 2. c. ult. in fin.*

*§. 4. Si tutor nomine pupilli, cujus tutelam gerebat, ex teſtamento patris ſui legatum acceperit, cum nihil erat ipſi tutori relictum à patre ſuo: nihilominus poterit nomine ſuo de inofficioſo patris teſtamento agere.*

RAtio hujus §. elegans redditur in *l. tutorem* 22. *D. de his quæ ut indign.* Similis caſus extat in *l. cum quædam* 26. *C. de adm. tut.* Uſum colligat lector facile ex §§. *antecedentibus.*

*§. 5. Sed ſi è contrario pupilli nomine, cui nihil relictum fuerat, de inofficioſo egerit, & ſuperatus eſt: ipſe (tutor) quod ſibi in teſtamento eodem legatum relictum eſt, non amittit.*

HIc §. deſumptus videtur ex *l. adverſ.* 30. §. *ult. D. h. t.* & confirmatur *d. l. tutor.* 22. ubi & ratio ſubjungitur, ob quam tutor in caſibus noſtris nec impugnaſſe voluntatem teſtatoris, nec adprobaſſe intelligitur. Uſus hic idem cum uſu §. *præcedentis.*

*§. 6. Igitur quartã quis debet habere, ut de inofficioſo agere nõ poſſit: ſive jure hereditario, ſive jure legati, vel fideicõmiſſi: vel ſi mortis cauſa ei quarta donata fuerit, vel inter vivos, in iis tantũmodo caſibus, quorũ mentionem facit noſtra conſtitutio: vel*

*modis,*

*modis, qui (in nostris) constitutionibus continentur. Quod autem de quarta diximus, ita intelligendum est, ut sive unus fuerit, sive plures, quibus agere de inofficioso testamento permittitur, una quarta eis dari possit; ut ea pro rata eis distribuatur.*

SUMMARIA.

1. Textus ex jure novo correctio, modorumque demonstratio

2. An & quæ donatio veniat in legitimam vel collationem?

QUod quarta pro numero liberorum mutata sit, dixi *ad* §. 3. *h.t.* Item, an legitima jure novo tantum titulo institutionis relinquenda sit, dixi *ibid.* Quinam autem illi casus & modi sunt, de quibus hic loquitur Imperator, admodum controversum est inter *DD. ad h.* §. sed frustra profecto, si legitima relinquenda est titulo institutionis; & multo magis frustra, si sententia nostra in §. 3. *h. t.* vera est. Sed posita legitimâ (ut hodie ubique fere receptum est) liberis relinquendâ, non tamen in eam imputatur simplex donatio inter vivos, nisi pater hoc vel filius expresserit, quod & Imperator forte hic vult ex Constitutione sua in *d.l.* 30. §. 2. *& l. si quando* 35. *C.h.t.* Hāc donationem non venire in collationem, certæ consuetudinis est *Wesemb. ad tit. de collat.* ergo nec in legitimam. *arg. l. quoniam* 29. *C. h. t.* junct. *l.* 17. *C. de collat.* Vel si illa consequentia non satis firmiter procedit, tamen sententia nostra vera est ex eo capite, quia pater absolute donavit. *d. l.* 30. §. 2. *& d. l.* 35. Sed quid de donatione dotis & donatione propter nupt.? jure civili & in legitimam & in collationem veniunt. *d. l.* 29. *& l.* 17. & his forte illi modi sunt, de quibus hic loquitur Justinianus. Sed hoc

jus non usquequaque receptum aut recipiendum puto. Vide *disp. nostr. ad tit. D. de collat. & Gudelin. de jure noviss. lib. 2. c. 19. in fin.* Plures quæstiones de legitima, vide in *disputat. nostr. ad h. t. Inst.*

## DE HEREDUM QUALITATE, ET DIFFERENTIA.

### TITULUS XIX.

*Heredes autem aut necessarii dicuntur, aut sui & necessarii, aut extranei.*

HÆc distributio heredum ex jure civili inducta latius probatur in §§. *seqq.* Sed Moribus nullum usum habet, ut etiam ex sequentibus apparet.

§. 1. *Necessarius heres est servus heres institutus. Ideoque sic appellatur, quia sive velit, sive nolit, omnino post mortem testatoris protinus liber & necessarius heres fit. Unde qui facultates suas suspectas habent, solent servum suum primo aut secundo, aut etiam ulteriore gradu heredem instituere: ut si creditoribus satis non fiat, potius ejus heredis bona, quam ipsius testatoris à creditoribus possideantur vel distrahantur vel inter eos dividantur. Pro hoc tamen incommodo, illud ei commodum præstatur: ut ea, quæ post mortem patroni sui sibi adquisierit, ipsi reserventur. Et quamvis bona defuncti non sufficiant creditoribus, (iterum) tamen ex ea causa res ejus, quas sibi adquisierit, non veneunt.*

Hunc

HUnc §. probavi & explicavi in §.1. *Inst. quib. ex caus. manum. & §.1. Inst. de hered. instit.* Hodie nullum apud Nos usum servorum esse, dixi sæpius. Sed forte hic §. adscriptitiis accomodari potest. Vide quæ dixi *ad* §.1. *&* §.2. *d. tit. quib. ex caus.*

*§. 2. Sui autem & necessarii heredes sunt, veluti filius filia, nepos neptisve ex filio, & deinceps cæteri liberi, qui in potestate morientis modo fuerint. Sed ut nepos, neptisve sui heredes sint, nō sufficit eum eamve in potestate avi mortis tempore fuisse, sed opus est, ut pater ejus vivo patre suo desierit suus heres esse, aut morte interceptus, aut qualibet alia ratione liberatus à patris potestate: tunc enim nepos neptisve in locum patris sui succedit. Sed sui quidē heredes ideo appellantur, quia domestici heredes sunt, & vivo quoque patre quodammodo domini exstimantur. Unde etiam si quis intestatus moriatur, prima causa est in successione liberorum. Necessarii vero ideo dicuntur, quia omnino, sive velint, sive nolint tam ab intestato (ex lege duodecim tabularum) heres fiunt. Sed his prætor permittit volentibus abstinere hereditate, ut potius parentis, quam ipsorum bona similiter à creditoribus possideantur.*

SUMMARIUM.

Textus probatio ejusque | correctio.

HIc §. confirmatur & illustratur ex *Ulpian. tit.* 23. *qui hered. instit.* §. *inter necessar.* 20. *l. in suis* 11. *de liber. & posthum. & l. necessar.* 57. *pr. de adq. vel amit. hered.*

*hered.* Non tantum hæc ſuitas jure Prætorio imminuta fuit circa beneficium abſtinendi, ſed etiam jure Novellarum in ſucceſſione ex teſtamento, de qua dixi ad *tit. de exheredat. liber.* & ſucceſſione ab inteſtato, de qua in *diſput. noſt. ad h. t.* Moribus ceſſante patria poteſtate & fictione dominii poſt mortem continuantis, in totum ſuitas ſublata intelligitur. Vide *Zyp. in Notit. jur. Belg. tit. de jure delib. ſub fin. Vinn. ad pr. h. t. Baron. ad h. t. part. reliq.*

*§. 3. Cæteri, qui teſtatoris juri ſubjecti non ſunt, extranei heredes appellantur. Itaque liberi quoque noſtri, qui in poteſtate noſtra non ſunt, heredes à nobis inſtituti, extranei heredes nobis videntur. Qua de cauſa, & qui heredes à matre inſtituuntur, eodem numero ſunt, quia fœminæ in poteſtate liberos non habent. Servus quoque heres à domino inſtitutus, & poſt teſtamentum factum ab eo manumiſſus, eodem numero habetur.*

SUMMARIA.

1. Textus probatio remiſſive.
2. Cur hodie heres extraneus etiam poſſeſſionem rerum hereditariarum adeptus fingatur?

1. DIxi modo, neque neceſſarios, neque ſuos heredes apud Nos reperiri; unde ſequitur omnes eſſe extraneos ſive voluntarios heredes. Mirum itaque nemini videatur, cur textum nullis aliis locis confirmavero. Si quis tamen ea ſcire cupit, adeat, *Ho-*
2. *tom. ad h.* §. Sed hoc mirum forſan videbitur, quod cum hodie omnes heredes cenſeantur extranei, in plerique tamen locis ipſo jure, non tantum dominium

nium rerum hereditariarum intelligatur translatum in heredes, sed etiam possessionem sine ulla apprehensione. *Gudelm.d.tract.lib. 2. c.18. Chaßan. ad consuetud.Burg. rub.7.§.1.Curt 1.conject.6.& 8.Gail 2.obs.29.Tulden. ad h. t. c. 2. in fin.* Ratio in promptu est, quia jure gentium, testatore mortuo quasi domino rerum suarum abdicato, heres ejus, quem vult dominum esse post mortem suam, statim intelligitur dominus cum omnibus accessionibus & juribus, quæ ad illud dominium tuendum pertinent. Itaqne si heres turbatus forte sit in possessione alicujus rei hereditariæ, quam necdum adprehendit, interdictum uti possid. impetrare potest. *Zyp. tit. unde liberi.* Vide quæ dixi ad *ad* §. 44. *de rer. divis.* Quid dicendum sit de feudis, vide apud *Schultz. ad h.t. lit.b.* ubi etiam in allodialibus bonis à nostra opinione dissentit, propter ea quæ tradit *Myns. cent. 3.obs.38.*

§. 4. *In extraneis heredibus illud observatur, ut sit cum eis testamenti factio: sive heredes ipsi instituantur, sive hi, qui in potestate eorum sunt. & id duobus temporibus inspicitur: testamenti quidem (facti) tempore, ut constiterit institutio: mortis vero testatoris, ut effectum habeat: hoc amplius, & cum adit hereditatem esse debet cum eo testamenti factio, sive pure sive sub conditione heres institutus sit, nam jus heredis eo maxime tempore inspiciendum est, quo adquirit hereditatem. Medio autem tempore inter factum testamentum, & mortem testatoris, vel conditionem institutionis existentem, mutatio juris non nocet heredi: quia (ut diximus) tria tempora inspici*

*debent. Testamenti autem factionem non solum is habere videtur, qui testamentum facere potest, sed etiam qui ex alieno testamento vel ipse capere potest, vel alii adquirere, licet non possit facere testamentum. Et ideo furiosus & mutus, & posthumus, & infans, & filius familias, & servus alienus testamenti factionem habere dicuntur. Licet enim testamentum facere non possint, attamen ex testamento vel sibi, vel alii adquirere possunt.*

SUMMARIUM.

Textus probatio ejusque Mores.

HIc §. usque ad explicationem Triboniani de testamenti factione, descriptus est ex *l. si alienum* 49. *D. de hered. instit.* Quod etiam illi, cum quibus proprie nobis dicitur esse testamenti factio, dicuntur testamenti factionem habere, significavi in § 6. *Inst. de testam. ordin.* Reliqua hujus §. desumpta sunt ex *l. filiusf.* 16. *D. de testam.* Moribus quoque hæc suum usum habere possunt, sed si quis heres incapax factus est propter delictum, ita ut proprie hereditate indignus sit, non fisco, sed testatoris heredibus ab intestato bona hereditaria addicuntur. Vide quæ dixi ad §. 1. *tit. præced.*

*§. 5. Extraneis autem heredibus deliberandi potestas est de adeunda hereditate, vel non adeunda. Sed sive is cui abstinendi potestas est, immiscuerit se bonis hereditatis: sive extraneus, cui de adeunda hereditate deliberare licet, adierit: postea relinquendæ hereditatis facultatem non habet, ni-*

*si*

*minor sit vigintiquinque annis: Nam hujus ætatis hominibus, sicut in cæteris omnibus causis deceptis, ita & si temere damnosam hereditatem susceperint, prætor succurrit. Sciendum est tamen divum Hadrianum etiam majori vigintiquinque annis veniam dedisse, cum post aditam hereditatem grande æs alienum, quod aditæ hereditatis tempore latebat, emersisset. Sed hoc quidem divus Hadrianus cuidam speciali beneficio præstitit: divus autem Gordianus postea militibus tantummodo hoc concessit.*

## SUMMARIA.

1. Textus probatio ejusque usus in paganis
2. Quid Moribus cautum sit circa jus deliberandi, & hereditatem transferendam?

1. HEredibus jus deliberandi competere, ne temere teneantur adire hereditatem, extra dubium est. *tot.tit.D.&C.de jure delib.* Præterea hereditatem semel aditã repudiari amplius nõ posse, docent.*l.4.& ult.C.de repud.hered.&l.10.si de bon.C.de jure delib.* nisi aditio facta sit à minore 25. ann. cui Prætor succurrit. *l.ait Prætor 7.§.2.& seqq.D. de minor.* junct. *l.ult.§.5.C.de bon.quæ lib.* Constitutio Adriani & Gord.specialis nõ extat,sed utriusq;mentionem facit Justinian.in *l.ult.C.de jure delib.* Vide *Zyp.tit.de tempor.in integr.* Moribus etiam paganos propter magnum æs alienum,quod latuit tempore aditæ hereditatis, in integr.restituendos esse, aut saltem non damnandos ultra vires hereditarias, evincit ratio æterni juris, quo justa & probabilis ignorantia (quæ eti-

etiam in cordatissimos mortales cadere potest, nem ni damnum adferre debeat. Vide *Zyp. d. tract. ti de integ.rest.* & *Schultz.ad h.t.lit.c.* & *e.Rebuff. trac*
2. *de rest.* & *relevamens.* Tempus deliberandi præscri ptum extat in *l.ult.§.* & *hæc quidem* 13.*C.de jure d lib.* Sed hodie arbitrarium puto, ut & olim fui *l.1.D.eod.* Porro jure civili heres, à quo tempo cognovit sibi hereditatem delatam esse, jus delib randi intra annum transfert ad quosvis heredes. *cum in antiq.*19.*C.de jure delib.* quod Mores Hollar diæ sequuntur. *Grot.*2 *part.*21. *Introd. ad juris Holl.* Quinimo *Zyp.d.tract.tit.unde liberi* testatu hodie hereditatem etiam nondum cognitam a quoslibet heredes transmitti, quod probo; quia he res plenario jure succedit in omne jus defuncti. Ad de omnino *Schultz..ad h.tit.lit.c..*

*§. 6. Sed nostra benevolentia commune omnibus subjectis Imperio nostro hoc beneficium præstitit, & constitutionem tam æquissimam, quàm nobilissimam scripsit cujus tenorem si observaverint homines, licet eis adire hereditatem & in tantum teneri, quantum valere bona hereditatis contingit: ut ex hac causa neque deliberationis auxilium sit eis necessarium, nisi omissa observatione nostræ constitutionis, & deliberandum existimaverint, & sese veteri gravamini aditionis supponere maluerint.*

SUM-

SUMMARIA.

1. Quomodo olim & hodie competat inventarium, ejusque ratio.

2. Tempus intra quod impetrandum aut inchoandum remissive?

3. An heres non confecto inventario teneatur ultra vires hereditarias, cum consilio Auctoris.

RESpicit hic Imperator ad Constitutionem suam, quæ extat in *l. sancimus* 22. *C. de jur. delib.* ubi beneficium inventarii omnibus & singulis heredibus 1. conceditur, sed sub illa lege, ut inventarium conficiatur intra legitimum tempus & coram legitimis personis, de quibus agitur in *d.l. ult.* §. 2. & 3. Moribus non competit ipso jure, sed impetrari debet à Principe vel suprema Curia. *Zyp. d. tit. de jure delib. Gud. d.l.* 2. *c.* 18. *Joan. à Sande lib.* 4. *tit.* 12. *def.* 1. *Vinn. ad d.* §. *in fin* Ratio est, ne quis temere alicujus bona suspecta habeat, atque adeo injuria quodammodo defunctum afficiat. Unde etiam Moribus permittitur cognatis defuncti, rejecto herede petente beneficium inventarii, sine inventarii confectione hereditatem adire. *Neost. dec.* 7. *supr. senat. Vinn. ad h.* §. *Gudelin. d. c.* 18. De tempore intra quod hodie dictum beneficium impetrari debeat, & intra quod tempus 2. post impetrationem inventarium inchoari & absolvi debeat, deque modo utriusque, vide Auctores jam allegatos. *dd. loc.* junct. *Treutl. disp.* 12. *vol.* 2. *thes.* 8. *lit. c.* & *Rebuff. tract. de inventar.* Quid ergo dicendum, si quis heres, non impetrato beneficio inventarii, hereditatem adivit? tenebitur etiam ultra vires hereditarias. Quod tamen durum videtur, & contra jus Canonicum *c. quanq.* 2. *de usur. in* 6. & 3. *ibi Gloss.* & *Canonistæ comm.* quos jus Saxonicum sequitur. *Schultz. in not. pract. ad h. t. lit. c.* ubi tamen recte monet, utile quandoque esse, ut heres inven-

tari-

tarium conficiat. Statuatur ergo pœna pecuniaria in eos, qui non impetrato beneficio hereditatem adiverunt, quæ non eſt ſuffectura creditoribus, & non facile adituri ſunt. Quod ſi quis tamen forte adierit, ſtandum erit ipſius juramento, donec contrarium probetur, plura bona relicta eſſe. Vide *Schultz.d.loc.*

*§. 7. Item extraneus heres teſtamento inſtitutus, aut ab inteſtato ad legitimam hereditatem vocatus, poteſt aut pro herede gerendo, aut etiam nuda voluntate ſuſcipiendæ hereditatis heres fieri. Pro herede autem gerere quis videtur, ſi rebus hereditariis tanquam heres utatur, vel vendendo res hereditarias, vel prædia colendo locandove, & quoquo modo voluntatem ſuam declaret, vel res vel verbo de adeunda hereditate: dummodo ſciat eum, in cujus bonis pro herede gerit, teſtatum inteſtatumve obiiſſe, & ſe ei heredē eſſe. Pro herede enim gerere eſt pro domino gerere. veteres enim heredes pro dominis appellabant. Sicut autem nuda volūtate extraneus heres fit: ita contraria deſtinatione ſtatim ab hereditate repellitur. Eum, qui ſurdus vel mutus natus, vel poſtea factus eſt, nihil prohibet pro herede gerere, & adquirere ſibi hereditatem, ſi tamen intelligit, quod agit.*

HIc §. confirmatur & illuſtratur ex *l. pro herede* 20. *pr. de adq. hered, l. ſi is ad quem* 22. & *l. gerit* 88. *D. eod.* De muto & ſurdo vide *l.* 5. *D. d. tit. junct. l. pupillus* 9. *D. ibid.* Moribus omnes heredes extraneos videri, diximus, ideoque nullam eſſe differentiam inter immiſcere ſe hereditati, & eam adire; ut nec inter repudiare & abſtinere. Vide etiam *Ba-*

*ron.*

*ron.ad h.t.part.reliq.* Sed licet quis vel verbo vel facto se pro herede gesserit, tamen securus esse videtur, secundum jura supra proposita, quæ videsis.

## *DE LEGATIS.*

### TITULUS. XX.

*Post hæc videamus de legatis, quæ pars juris extra propositam quidem materiam videtur. (nam loquimur de iis juris figuris, quibus per universitatem res nobis adquiruntur) sed cum omnino de testamentis, & de heredibus, qui in testamento instituuntur, loquuti sumus: non sine causa sequenti loco potest hæc juris materia tractari.*

CAusa verò cur Imperator hic agat de legatis, hæc esse videtur, quod legata (quæ plerumque etiam singularia sunt) plerumque in testamentis relinquantur, ac quodammodo partes testamenti sint. Itaque absoluta materia de testamentis & de heredibus, qui in illis instituuntur, recte Justinianus nunc tractat materiam de legatis. Sed hæc de ratione ordinis breviter, pergamus ad jura latius,

§. I. *Legatum itaque est donatio quædam à defuncto relicta, ab herede præstanda.*

SUMMARIUM

Definitio legati explicata & defensa.

QUod legatum donatio sit, apparet ex definitione donationis in *l.donari* 29.*de donat.* & *l.rem legat.* 18.*de adim.leg.l.legat.*36.*de leg.*2. sed quæ magis tamen

men donatio mortis causa est, quam donatio inte vivos. Vide quæ diximus *ad §. 1. Inst. de donat.* Re cte autem *à defuncto relicta*, quia jure novo no tantum in testamentis, sed etiam in codicillis re licta valent. *Ab herede præstanda*: quæ verba, lice à libris manuscriptis absint, non sunt otiosa: Primo quia legatum distinguunt à fideicommisso. Secundo quia aperte significant jus heredis & legatarii in so lutione rei legatæ servandum. Hinc & hodie lega tum petendum est, vel in loco ubi heres domic lium habet, vel in loco ubi hereditatem adiit, qua ex contractu, de quo *ad §. 5. Inst. de oblig. quasi e cont.*

§. 2. *Sed olim quidem erant legatorum gene ra quatuor: per vindicationem, per damnationem sinendi modo, per præceptionem: & certa quædam verba cuique generi legatorum adsignata erant per quæ singula genera legatorum significabantur Sed ex constitutionibus divorum Principũ solem nitas hujus modi verborum penitus sublata est Nostra autem constitutio, quam cum magna feci mus lucubratione, defunctorum voluntates vali diores esse cupientes, & non verbis, sed volunta tibus eorum faventes, disposuit; ut omnibus lega tis una sit natura, & quibuscunque verbis aliqui relictum sit, liceat legatariis id persequi, non solum per actiones personales, sed etiam per in rem, & per hypothecariam. Cujus constitutionis perpen sum modum ex ipsius tenore perfectissime accipere possibile est.*

SUM-

SUMMARIA.

1. Textus probatio & illustratio
2. Mores circa legatarios quoad hypothecam & quoad actiones.

OLim 4. genera legatorum in usu fuisse, quorum singula certis & distinctis verbis relinquebantur, proditum est in fragmentis *Ulpian. tit. de legat.* 25. *& Gaji.d.t.*5. Præterea illas solennitates verborum 1. penitus sublatas esse constitutionibus Principum, probat *l.in legat.*21. *C. de legat.* Denique Justinianum sua constitutione omnibus & singulis legatis eandem naturam tribuisse, ut, quibuscunque verbis relicta sunt, liceat ea petere una actione ex tribus hic enumeratis, contestatur. *l.*1.*C.comm.de legat.* Quæ sane constitutio elegans, æqua & justa est, quia non tam verba, quam simplicem voluntatem testatoris attendi oportet. *arg.* forte *l. ubi* 19. §. 1. *l. cum virum* 16.*C.de fideicom.* Moribus quoque legatarios taci- 2. tam habere hypothecam in omnibus bonis testatoris, certum puto. Vide *Schultz. hic. lit. b.* Sed disputant Pragmatici; an hodie legatarii legatum consequi possint via executiva, id est, per libellum, quem simplex præceptũ judicis sequitur. Vide *Mynſ. cent.*5.*obſ.*61.*& Hartm.Hartm. pract. forenſ. lib.* 2. *tit.* 42.*obſ.*1.*n.*12.*& diſp.noſt.ad h.t. Treutl. diſp.* 18. *vol.*1.*theſ.*10.*lit.*1 *& diſp.*14.*vol.*2.*theſ.*7.*lit.e.*

*§. 3. Sed non usque ad eam constitutionem standum esse existimavimus. Cum enim antiquitatem invenimus legata quidem stricte concludentem, fideicommissis autem, quæ ex voluntate magis descendebant defunctorum, pingniorem naturam indulgentem: necessarium esse duximus om-*

*nia legata fideicommissis exæquare, ut nulla sit in-ter ea differentia, sed quod deest legatis, hoc re-pleatur ex natura fideicommissorum, & si qui amplius est in legatis, per hoc crescat fideicom-missorum natura. Sed ne in primis legum cona-bulis permistum de his exponendo, studiosis ado-lescentibus quandam introducamus difficultatem operæpretium esse duximus, interim separatim pri-us de legatis, & postea de fideicommissis tractare ut natura utriusque juris cognita, facile possin permistionem eorum eruditi subtilioribus auribu accipere.*

SUMMARIUM.

Textus probatio & ratio & ¦ quid de fructibus rei legat

VEteres differentias inter legatum & fideicom-missum vide licet apud *Ulpian.d.tit.de legat.* ( *seq.de fideicom.* & *Gaj.tit.7.de fideicom.* Constitu-tio, qua Imperator legata & fideicommissa exa-quavit, id est (ut recte explicat *Pac.hic.*) eundem e-fectum habere voluit, extat in *l.2.C.de legat.* Opt-mo sane Consilio: nam simplex voluntas testator servanda est, quæque mortuo testatore statim do-minum facit, quem post mortem testator dominur esse voluit. Unde & fructus rei legatæ vel fideicom-missæ ante hereditatem etiam percepti ad legata-rium & fideicommissarium pertinere intelliguntu *Schultz. ad h. t. lit. a.* Vide etiam *disput. nost. a h.t.*

§. 4. *Non solum autem testatoris vel hered res, sed etiam aliena legari potest: ita, ut here*

coga-

*cogatur redimere eam , & præstare: vel si eam non potest redimere, æstimationem ejus dare, Sed si talis sit res cujus commercium non est, (vel adipisci non potest: ) nec æstimatio ejus debetur : veluti si campum Martium , vel basilicas , vel templa, vel quæ publico usui destinata sunt , legaverit. nam nullius momenti ( tale ) legatum est. Quod autem diximus alienam rem posse legari, ita intelligendum est, si defunctus sciebat alienam rem esse, non si ignorabat. Forsitan enim si scivisset alienam rem esse , non legasset: & ita divus Pius rescripsit. Et verius est ipsum qui agit , id est, legatarium probare oportere, scivisse alienam rem legare defunctum, non heredem probare oportere, ignoraße alienam: quia semper necessitas probandi incumbit illi, qui agit.*

SUMMARIUM.

Textus probatio , ratio & | exceptio & quid de feudis?

RES alienas sub illa interpretatione quæ hic adhibetur, legari posse, responsum quoque est in *l. cum serv.* 39. *§. constat* 7. *de legat.* 1. *l. fideicom.* 11. *§. si servo* 16. *l.* 14. *non dub. §. ult.* & *l. qui quat.* 30. *§. ult. de legat.* 3. Ratio est, quia toties voluntas testatoris servanda est, quoties commoda explicatione exitum sortiri potest. *l.* 5 *vel negare D. testam. quemad. aper.* & *l.* 1. *C. de SS. Eccles.* junct. *§.* 11. *h.t.* Exceptio regulæ extat in *l. cum alienam* 10. *C. h.t.* Adde *Fab. ad lib.* 6. *Cod. tit.* 18. *def.* 21. Posterior pars §. de probatione legatarii cum priori parte conjungenda & confirmanda , descripta videtur ex *l. verius* 21. *D. de probat.* Quod res quæ in commercio non est, legari

non possit, neque ejus debeatur æstimatio, sensit quoque *Ulpian. in d. l. cum servus* 39. §. *si vero Salustian.* 8. *& seqq. D. de legat.* 1. Imo furiosi est, inquit, talia legata testamento adscribere. Hæc cum rationibus plena ac plana sunt, haud dubie quoque in foro servantur. Vide *Joan. à Sande lib.* 4. *tit.* 4. *def.* 4. Quid varia consuetudine & rebus judicatis constitutum sit circa feuda, vide apud *Grot. d. tractat. lib.* 2. *c.* 42. *Christin. vol.* 2. *decis.* 28. *Gudelin. de feud. c.* 2. *part.* 4. *n.* 16. Adde *disput nostr. ad h.* §.

*§. 5. Sed & si rem obligatam creditori aliquis legaverit, necesse habet heres (eam) luere. Et (in) hoc quoque casu idem placet, quod in re aliena ut ita demum luere necesse habeat heres, si sciebat defunctus rem obligatam esse, & ita divi Severus & Antoninus rescripserunt. Si tamen defunctus voluerit legatarium luere, & hoc expresserit, non debet heres eam luere.*

HIc §. confirmatur & explicatur ex *l. si res* 57. *de legat.* 1. *& l. prædia* 6. *C. de fideicom. d. l. verius* 21. *de probat. Paul. lib.* 3. *tit.* 6. Adde *Carpzov. decis. illustr. Saxon.* 20. De exceptione hujus §. *in d. l.* 57 disputamus *ad h. t.* quam vide, & *Fachin. lib.* 12. *c.* 34 *& Vinn. ad h.* §. Quæ cum probabilem conjecturam habeant, in praxi observari probabile est.

*§. 6. Si res aliena legata fuerit, & ejus re[s] vivo testatore legatarius dominus factus fuerit: [si] quidem ex causa emptionis, ex testamento action[e] pretium consequi potest. Si vero ex causa lucrativa, veluti ex donatione, vel ex alia simili causa*

age-

*agere non potest: nam traditum est duas lucrativas causas in eundum hominem & eandem rem concurrere non posse. Hac ratione, si ex duobus testamentis eadem res eidem debeatur: interest, utrum rem, an æstimationem ex testamento consequutus sit. nam si rem habet, agere non potest, quia habet eam ex causa lucrativa. si æstimationem, agere potest.*

SUMMARIA.

1. Textus confirmatio ac ratio, sed fortioribus rationibus impugnata.

2. Quid de re sub conditione legata empta, remissive?

EUm qui rem alienam legatam titulo oneroso comparavit, postea pretium ab herede repetere posse, certi & boni juris est. *l. hujusmodi* 84. *§. qui serv.* 5. *D. de legat.* 1. *l. ex promiss.* 19. *de O. & A.* Sed quod duæ lucrativæ causæ non possint concurrere in unum hominem eandemque rem, liquidi quidem juris est Romani. *d l.* 19. *& l. Mævius* 66. *§. duorum* 1. *de legat.* 2. sed quod in subtilitate potius, quàm in sano ratione consistit. Cur donantis, 1.
cur legantis, Cur utriusque voluntas hic non servatur, cum exitum habere possit? Cur potius hic attenditur rei natura, quàm simplex voluntas dominorum res suas alienare volentium? Estne hoc benignius interpretari ultimas voluntates? Unde etiam apparet, legatum in duorum testamentis relictum bis peti posse, sive primo æstimatio, sive res petatur. Mirum est, hæc à nemine hactenus notata esse. Quid, si quis rem emerit, quæ sub conditio- 2.
ne legata vel per fideicommissum relicta est? Vide *Joan. à Sande lib.* 4. *tit.* 4. *def.* 12.

*§. 7. Ea quoque res quæ in rerum natura no[n] est, si modo futura est, recte legatur: veluti fru-ctus, qui in illo fundo nati erunt, aut quod ex ill[a] ancilla natum erit.*

SUMMARIUM.

Ratio §. & an & quomodo hoc legatum transferatur ad heredes.

HIc §. descriptus videtur ex *l. quod in rer.* 24. *D. de leg.* 1. & confirmatur *l. etiam ea* 17. *de legat.* 3 *l.* 1. §. *ult. de condit. & demonst.* Ratio propria, quæqu[e] usum hujus infert, hæc est; quia voluntas testato-ris instar sanctæ legis custodienda est. *d. l.* 1. *C. de SS. Eccles.* ideoque tale legatum haud dubie ad hered[es] transfertur, licet legatarius mortuus sit ante fru-ctus perceptos. Adhæc heres succedit in omne ju[s] defuncti, nisi appareat, testatorem plane soli legata-rio relinquere voluisse. *DD. comm. ad l. cum illud* 2 § 1. *quand. dies leg. ced.*

*§. 8. Si eadem res duobus legata sit, sive con-junctim, sive disjunctim: si ambo perveniant ad lega-tum, scinditur inter eos legatum; si alter defici[t] (quia aut spreverit legatum, aut vivo testatore de-cesserit, vel alio quoquo modo defecerit) totum a[d] collegatarium pertinet. Conjunctim autem lega-tur, veluti si quis dicat,* Titio & Sejo hominem Stichum do, lego. *disjunctim ita,* Titio homi-nem Stichum do, lego, Sejo hominem Sti-chum do lego. *Sed & si expresserit eundem homi-nem Stichum, æque disjunctim legatum intelligitu[r]*

SUM

SUMMARIA.

1. Textus confirmatio & illustratio, ratio & usus.
2. Quid de verbis conjunctis & veteri differentia conjunct. & disjudct. remissive.

LEgatum inter conjunctos & disjunctos legatarios dividi posse pro cujusque portione, quando uterque legatum agnoscit, probat itidem *l.33.si pluribus.D.de legat.1.l.duob.85.de legat.1.l. conjunctim 80.de legat.3.& l. re conjuncti.89.D. eod.l.23.§.1.C. h.t.& l un.§.10. & 11. C. de caduc. tollend.* Partem vero deficientis alteri accrescere, confirmatur ex *d.§.11.d.l.un.d.l.conjunctim* 80. *& l.Mævio 41.pr.de legat.* 1. quæ leges loquuntur de jure accrescendi, quod inter disjunctos locum habet. De conjunctis re & verbis simus vide *l.16.si duob.§.ult.de leg.1. & d.l. un. §.10.C.de caduc.toll.* ubi & ratio additur, quia conjuncti propter unionem rei & personarum quasi in unum corpus redacti sunt (vel, ut loquitur Ulpianus in *l.34. pr.de legat.1.* quia conjuncti unius personæ potestate funguntur. Uno ergo mortuo ante testatorem, vel repudiante portionem suam ante aditam hereditatem, portio ejus ex verisimili voluntate testatoris collegatario accrescit. Quæ profecto conjectura probabilis est, ideoque etiam Moribus recepta, donec probabiliori conjectura superetur. Vide *Gudel.de jure noviss.lib.2.c.5.vers. e contrario.*junct. *Grot. manud.lib.2. c. 23.* An jus accrescendi quoque locum habeat inter verbis conjunctos tantum, vide in *disp.nost. ad h. t.* Siquis etiam veterem differentiam conjunctorum & disjunctorum legatariorum scire avet, videat ille Ulpianum *d.tit.25.de legat.§.si duob.11.& seq.*

1 (margin, beside "Partem vero deficientis")
2 (margin, beside "Siquis etiam")

*§. 9. Si cui fundus alienus legatus sit, & emerit proprietatem deducto usufructu, & ususfructus ad eum pervenerit, & postea ex testamento agat: recte eum agere, & fundum petere: Iulianus ait: quia ususfructus, in petitione, servitutis locum obtinet. sed officio judicis continetur, ut deducto usufructu, jubeat æstimationem præstari.*

SUMMARIA.

1 Verus intellectus hujus §. & prima observatio Auctoris.

2. Quid contra Julian. hic dici queat.

1. HIc §. desumptus est ex *l. non quocunque* 82. §. *fundus*. 2. *de legat*. 1. quam si *DD*. paulo penitius introspexissent, non ita variassent circa sensum & intellectum hujus §. Dicit enim Julianus perspicue, judex tanti illam litem æstimare debet, quantum emptori aberit. Sed cum huic sententiæ Juliani obstare videbatur, quod ususfructus pars rei dicatur, ideoque emptor illam partem petere non possit, quia ei accrevit, vel ex causa lucrativa obvenit. §. 3. *d. l.* 82. Justinianus huic tacitæ objectioni in hoc §. occurrit, docens usumfructum in petitione hujus fundi non partem fundi, sed locum servitutis obtinere. Quasi dicat ex *l. recte* 25. *de V.S.* aliquem secure totum fundum petere posse, licet ipse tantum proprietatem, alter usumfructum ejus habeat, atque adeo non plus re petere. Vel dic, dictam rationem Triboniani non convenientem & supposititiam esse. *d. l.* 82. §. 2. 3. & 4. Idem dicendum puto de ratione *l. Mævius* 66. §. *fundo* 6. *de legat*. 2. (quæ lex omnino huc pertinet) vel verbum *etsi*, transponendum est, post verbum, *consistit*: quod omnium
2. primus observasse videor, Posset tamen quis & hoc

jure

jure ex ſimplici voluntate teſtatoris contra Julianum ſentire, tantum pretium huic emptori fundi ſolvendum, quanti fundus tempore mortis teſtatoris à duobus vel tribus peritis æſtimatoribus æſtimatus fuit. *arg.l.12.de R.J.*

§. 10. *Sed ſi rem legatarii quis ei legaverit, inutile eſt legatum: quia quod proprium eſt ipſius, amplius ejus fieri non poteſt: & licet alienaverit eam, non debetur nec ipſa res, nec æſtimatio ejus.*

SUMMARIUM

Textus exceptio, ratio & | quid dicendum ad l. 1. de R.Cat.

HIc §. confirmatur ex *l.proprias* 13.*C.h.t.* & *l. cetera* 41.§.2. *tractari. de legat.* 1. ubi & exceptio hujus §. ſubjungitur. Ratio cur legatario res ſua pure legari non poſſit, redditur in hoc §. & confirmatur §.*ſic itaque* 14.*Inſt.de act.* Quinimo deriſorium magis quàm utile legatum intelligitur, niſi forte appareat, quod pretium rei teſtator legare voluerit. Altera ratio quod ne quidem alienatione facta, debeat ur æſtimatio, confirmatur cum ex *d.* §.2.*l.*41. & *l.*29.*de R.J.* tum ex ratione noſtra ſupra allegata, quæ adeo efficax eſt, ut facile cedat *l.*1.§. *ult. de Reg. Caton.* ubi Celſus à cæteris JCtis diſſentire videtur.

§. 11. *Si quis rem ſuam quaſi alienam legaverit, valet legatum. nam plus valet quod in veritate eſt, quam quod in opinione. Sed & ſi legatarii eſſe putavit, valere conſtat: quia exitum voluntas defuncti habere poteſt.*

QUoniam justitia hujus §: eridens est. *arg.l.unum* 67. §. *si rem* 8. *de legat.* 2. non sum sollicitus de rationibus à Triboniano adjectis, an prior casui posteriori, posterior ratio priori casui hujus §. adplicanda sit. Vide *Bacchov.& Vinn.ad h.§.* A nobis supra quoque regula allegata est, quod omnis voluntas, quæ non est contra bonos mores, quæque commoda interpretatione salvari potest, servanda sit. *arg.l.cum in testam.*24.*de reb.dub.*

*§. 12. Si rem suã legaverit testator, post eaq; eam alienaverit, Celsus putat, si non adimendi animo vendidit, nihilominus deberi. Idemque divi Severus & Antoninus rescripserunt. Iidem rescripserunt eum, qui post testamentum factum prædia, quæ legata erant, pignori dedit, ademisse legatum non videri; & ideo legatarium cum herede (ejus) agere posse, ut prædia à creditore luantur. Si vero quis partem rei legatæ alienaverit, pars quæ non est alienata, omnino debetur, pars autem alienata ita debetur, si non adimendi animo alienata sit.*

SUMMARIUM.

Textus confirmatio & ratio vera.

HIc §. confirmatur regula, qúa traditur, rem pure legatam postea à vivo testatore ex urgente necessitate alienatã, non ademptam videri, nisi hoc probatum fuerit. *l.fideicommissa* 11. *§.si rem suam* 12. *de legat.* 3. Item illa regula, quæ etiam ex priori resultat, quod toties res legata adempta censeatur, quoties à testatore extra causam necessitatis alienata est. *l.rem legat.*18.*l.legat.* 24. §. 1. *de adim. vel transf. leg.* nisi con-

contrarium probatum fuerit. *arg. l. cum servus* 15. *D. eod.* Præterea accedit rescriptum Impp. Severi & Antonini in *l.* 3. *C. h. t.* quo manifeste constitutum est, rem legatam, postea pignori datam, non videri alienatam. Quod autem juris in toto quoad totum, idem juris est in parte quoad partem. *arg. l. quæ de tota* 76. *de R.V.* Itaque pars alienata tum demum intelligitur adempta, si animo adimendi alienata est, pars non alienata semper debetur. *l.* 8. *si ex toto. pr. de legat.* 1. ubi & ratio additur, sed minus fortis. Fortior hæc est, quod voluntas non mutata, stare debeat. *arg. l.* 32. §. *ult. C. de appellat.* & *l.* 27. *C. de testament.*

§. 13. *Si quis debitori suo liberationem legaverit, legatum utile est, & neque ab ipso debitore, neque ab herede ejus potest heres petere, neque ab alio qui heredis loco sit. Sed & potest à debitore conveniri, ut liberet eum. Potest etiam quis vel ad tempus jubere, ne heres petat.*

SUMMARIUM.

Textus probatio & ratio.

Liberationem, inquit Ulpianus, posse legari, jam certum est. *l.* 3. *pr. de liberat. leg.* quanquam enim domino res sua legata videatur *l.* 1. *pr. eod.* tamen revera debitum seu obligatio, id est, jus creditoris tantum relictum est. Quod vero hæc liberatio etiam heredibus, vel iis qui heredis loco sunt, competat, nec novum, nec infrequens in jure est, quum regulariter illa exceptio, quæ prodest reo, etiam heredi ejus prodesse soleat. *arg. l.* 62. *de R. J.* nisi plane sit personalis, ut in casu præsenti in *l.* 8. §. 3. & 4. & *l. Aurel.* 20. *pr. D. de liberat. legat.* Reliquam partem

§. con-

§. confirmatam vide in *d. l. 3. §. nunc aut. 3. & d. l. 8. §. 1. D. eod.*

*§. 14. Ex contrario, si debitor creditori suo quod debet legaverit, inutile est legatum, si nihil plus est in legato, quam in debito: quia nihil amplius per legatum habet. Quod si in diem; vel sub conditione debitum ei pure legaverit, utile est legatum propter repræsentationem. Quod si vivo testatore dies venerit, vel conditio extiterit, Papinianus scripsit, utile esse nihilominus legatum; quia semel constitit. quod & verum est. Non enim placuit sententia existimantium, extinctum esse legatum, quia in eam causam pervenerit, à qua incipere non potest.*

SUMMARIUM.

Textus confirmatio & ratio cur Pauli sententia rejecta sit?

HÆc regula, quod legatum debitoris quo creditori legavit, quod ipsi debetur, non valeat, nisi plus sit in legato, quàm est in debito, traditur in variis legibus, quibus & reliqua hujus §. confirmantur & illustrantur. *l. si debitor 11. l. legavi 25. v. contra D. de liberat. leg. l. 1. § si quis cred. 10. & l. 5. verbis. D. ad l. Falcid.* Ratio vero cur rejecta sententia Pauli in *l. debitor 82 pr. de legat.* 2. Justinianus adprobaverit sententiam Papiniani, hæc forte est; quia legatum semel constitit, id est, perfectum & absolutum fuit, ideoque durare debet. *arg. l. 85. in ambig. §. 1. de R. I.* Huic accedit, quod ultima voluntas benignius & plenius interpretanda sit. *l. 12. eod.* & toties servanda, quoties commoda interpretatione effectum sortiri

tiri potest; quod Moribus procedit omnimodo, quia illis simplex voluntas testatoris attenditur.

§. 15. *Sed si uxori maritus dotem legaverit, valet legatum: quia plenius est legatum, quam de dote actio. Sed si, quam non accepit dotem, legaverit: divi Severus & Antoninus rescripserunt, si quidem simpliciter legaverit, inutile esse legatum: si vero certa pecunia, vel certum corpus, aut instrumenta dotis in relegando demonstrata sunt, valere legatum.*

SUMMARIUM.

Textus comprobatio ejusque usus in Belgio cum ratione usus.

QUod legatum dotis plenius sit, quàm actio de dote, apparet primo ex utilitate repræsentationis, quia dos legata mobilis non annua bima trima die repeti potest, sed statim post mortem testatoris. *l.1.§ 2.de dot. præleg.* junct. *l. un.§.7. C. de rei uxor. act.* Secundo ex eo, quod dote relegata, cesset beneficium competentiæ. *DD.comm.ad h.§.* De dote simpliciter vel in genere legata, deque certa re vel quantitate, licet nulla in dotem accepta sit, idem quod hic, responsum est in *l.3.& ult.C.de falsa caus. adj.& l.25.legavi.sub fin.de liberat.leg. & l.si sic legat. 75.§.1.in fin. de legat.* 1. Moribus Belgii prima pars hujus §. vix ullum usum habet. Nam soluto matrimonio dos statim restituenda est. *Zyp. in notit. jur. Belg.tit.de jure dot.* Deinde beneficium competentiæ (quod maritus in restitutione dotis non teneatur ultra id quod facere potest) aut cessat in Belgio, ut in Gallia, teste *Autumno in Censura l.55.de donat.inter vir.*

*vir.* junct. tamen *Zyp.d.tit.* & tunc frustra legato dotis commodum adferret; aut competit, sed propter legatum dotis non videbitur tacite remissum, cum illa interpretatio dura sit, quam in foro minime sequimur. Plura de hoc beneficio vide in §.37. *de act.*

*§. 16. Si res legata sine facto heredis perierit, legatario decedit. Et si servus alienus legatus sine facto heredis manumissus fuerit, non tenetur heres. Si vero heredis servus legatus sit, & ipse eum manumiserit, teneri ipsum Iulianus scripsit. nec interest, sciverit, an ignoraverit à se legatum esse. Sed & si alii donaverit servum & is, cui donatus est, eum manumiserit: tenetur heres, quamvis ignoraverit a se eum legatum esse.*

SUMMARIUM.

Textus probatio ac ratio.

HIc §. confirmatur ex *l. non ampl.* 16. §. 1. & *l. Titiæ* 36. *in fin. de legat.* 1. *l. cum res* 47. §. *ult.* & *l. si quis inquil.* 112. §. 1. *D. de legat.* 1. Ratio facilis est, quia res perit suo domino. *l.* 9. *C. de pign. act.* Ratio cur pereat heredi, qui fuit in culpa interitus, æque intellectu facilis est, ex *l. factum* 155. *de R. J.* An tamen hoc casu heres liberetur quando res naturaliter interiit, ita ut eodē modo interiisset apud ipsum legatarium, vide in *disputat. nost. ad h. t.* De servis plura non addo, quia nulli apud Nos sunt.

*§. 17. Si quis ancillas cum suis natis legaverit, etiam si ancillæ mortuæ fuerint, partus legato cedunt. Idem est, & si ordinarii servi cum vicariis legati fuerint: quia licet mortui sunt ordinarii,*

*ta-*

*tamen vicarii legato cedunt. Sed si servus fuerit cum peculio legatus, mortuo servo, vel alienato, peculii legatum extinguitur. Idem est, si fundus instructus, vel cum instrumento legatus fuerit. Nam fundo alienato, & instrumenti legatum extinguitur.*

SUMMARIA.

1. Textus comprobatio ac ratio.

2. Adprobata sententia Labeonis contra hunc §.

QUoniam legatis ancillis cū natis suis. & ordinariis servis legatis vicariis, duo principalia legata relicta intelliguntur. *l.* 3. *D. de pec. leg.* non est mirum, ancillis & ordinariis servis mortuis, deberi nihilominus natos & vicarios. *d. l.* 3. *&* 4. *D. eod.* Cur secus sit in
servo cum Peculio legato. *l.* 1. *D. ibid.* vide in *l.* 2. *d. t.* 1.
De fundo cum instrumento & instructo legato vide *l.* 1. *junct. l.* 12. *§. sed si* 27. *de instruct. vel instrum. leg.* Ratio est in *d. l.* 2. *D. de pecul. leg.* Sed nobis magis
placet sententia Labeonis in *l.* 5. *de instruct. vel cum* 2.
*instrument. leg.* Nam sive quis fundum legaverit cum instrumentis sive fundum & instrumenta ejus, alienato vel extincto fundo, tamen instrumenta debentur; quia omnia & singula legata sunt, ergo omnia & singula debentur; & quod non est revocatum, cur subsistere prohibetur? Deinde illa regula, quod sublato principali, tollatur accessio, hic subtilitas potius est quàm ratio aut conjectura, & contra simplicem voluntatem testatoris, quā passim in foro benignius interpretamur. *l.* 12. *de R. J.* Adde *Autumn. in Cens. Gallic. ad l. mortuo bove* 49. *de legat.* 2.

*§.* 18. *Si grex legatus fuerit, & postea ad unam ovem pervenerit: quod superfuerit, vindi-*

*ca-*

*cari potest. Grege autem legato, etiam eas oves quæ post testamentum factum gregi adjiciuntur legato cedere, Iulianus ait. Est autem gregis unum corpus ex distantibus capitibus, sicut ædium unum corpus est ex coherentibus lapidibus.*

SUMMARIUM.

Textus confirmatio & ratio, & quid de usuf. gregis legato, & quid de 7 vel 8 ovib. legat?

HIc §. transcriptus videtur partim ex *l. grege* 21 *& seq. D. de legat.* 1. partim ex *l.* 30. *rerum pr. D. de usucap.* Ratio dubitandi apud nos nulla est, quia qui totum legavit, etiam singulas ejus partes legasse conjicitur. Facit quoque *l. solum* 49 §. 1. *de R.V.* An ergo in una etiam ove ususfructus retineri potest? quidni, propter rationes hic & in § precedenti allegatas? Quare JCtus in *l. ult. quib. mod. usus amitt.* verba testatoris captare videtur cum debuisset ea interpretari plenius. *d. l.* 12. *de R. I.* Quid? si voluit totius gregis usumfructum legare, multo magis unius ovis, nisi contraria appareat voluntas testatoris. Quid, si gregem ovium legavit testator, qui tantum 7 vel 8 habebat? puto & hoc casu servandam voluntatem esse; quia unusquisque gregem pro suo arbitrio constituere potest & non tam gregem quam singulas oves, quas habuit, legasse intelligitur. Quod quanquam non nihil videatur contra *l.* 3. *de abig.* tamen in foro receptum puto, ubi verisimiliorem conjecturam sequimur.

*§. 19. Ædibus denique legatis, columnas & marmora, quæ post testamentum factum adjecta sunt, legato (dicimus) cedere.*

Hic

HIc §. cum regula generali, quod scilicet accessorium sequatur jus & naturam sui principalis, tum legibus specialibus adjuvatur. *l. cætera* 41. §. *pen.* & *l. servum.* 44. §. *si areæ* 4. *D. de legat.* 1. Quod jus cum in probabili conjectura fundatum sit, etiam receptum dici potest.

§. 20. *Si peculium legatum fuerit, sine dubio, quicquid peculio accedit vel decedit vivo testatore, legatarii lucro vel damno est. Quod si post mortem testatoris ante aditam hereditatem (aliquid) servus adquisierit, Iulianus ait, si quidem ipsi manumisso peculium legatum fuerit, omne quod ante aditam hereditatem adquisitum est, legatario cedere, quia hujusmodi legati dies ab adita hereditate cedit. sed si extraneo peculium legatum fuerit, non cedere ea legato, nisi ex rebus peculiaribus auctum fuerit peculium. Peculium autem, nisi legatum fuerit manumisso non debetur: quamvis si vivus manumiserit, sufficit, si non adimatur, & ita divi Severus & Antoninus rescripserunt. Idem rescripserunt, peculio legato non videri id relictum, ut petitionem habeat pecuniæ, quam in rationes domnicas impenderit. Iidem rescripserunt, peculium videri legatum, cum rationibus redditis liber esse jussus est, & ex eo reliqua inferre.*

## SUMMARIUM.

Textus comprobatio ejuſ- | que limitatio aut reprehenſio.

DE jure & ratione cur peculium ſervi creſcat & decreſcat lucro & damno legatarii, dixi in §§. *proximè præcedentibus.* Reliqua hujus §. confirmantur & explicantur ex *l. denique* 8. §. *utrum* 8. *de pecul. legat.* ubi Ulpianus aliam rationem de peculio ipſi ſervo manumiſſo relicto adfert, quâ aut Triboniani ratio hic allata perſtringenda, aut ſaltem adjuvanda & ſupplenda eſt. Reſcriptum Severi & Antonini de differentia manumiſſionis inter vivos & in teſtamento factæ ratione peculii, non extat; ſed ſimile conſtitutum reperitur in *l. un. C. de pecul. ejus qui &c.* Sed reſcriptum de peculio legato quod non habet petitionem pecuniæ, extat in *l. 6. ſi pecul.* §. *ſicut* 4. *D. de pecul. leg.* Item & hoc extat, quod in fine hujus §. indicatur. Vide *d. l.* 8. §. *interdum* 7. *D. eod.* Sed hæc de ſervis, quorum tamen quædam filiisfamilias applicari poſſunt, ut colligere licet ex iis, quæ ſupra de peculio & patria poteſtate diximus.

*§. 21. Tam autem corporales res legari poßunt, quam incorporales & ideo quod defuncto debetur, poteſt alicui legari, ut actiones ſuas heres legatario præſtet, niſi exegerit vivus teſtator pecuniam. nam hoc caſu legatum extinguitur. Sed & tale legatum valet,* Damnas eſto heres meus domum illius reficere, *vel*, illum ære alieno liberare.

SUM-

SUMMARIUM.

Textus probatio ejusque | latior explicatio.

PRincipium hujus §. confirmatur ex *l. cætera* 41. *pr. de legat.* 1. & *Paul. lib.* 3. *sent. c.* 8. atque adeo etiam nomina legari posse, quia non tam res quam jus ad eam legatum intelligitur. Quo casu legatarius vel actiones directas ab herede petere debet, vel utili actione agere. *d. l. si sic* 75. §. 2. & *l. legatum* 105. *D. de legat.* 1. junct. *l. ex legato* 18. *C. h. t.* Extinctum videri ligatum actionis, quando ipse creditor exegit, dicitur quoque in *d. l.* 75. §. 2. quæ probabili conjectura, nititur, donec probabiliori vincatur. *arg. l.* 11. §. *ergo* 13. *de leg.* 3. De legatis facti, aut his similibus, vide *l. si cui* 49. §. *ult. de legat.* 1. & *l. mortuo* 49. §. *fin. de leg.* 2. An in stipulationibus facti promissor præcise ad ipsum factum teneatur, videre est ad §. *ult. Inst. de V. O.* De ratione vero, cur legatum rei vel facti valeat, nihil dixi, quia cuique obvia ex nostris quæ sæpius ad nauseam repetere non lubet.

*§. 22. Si generaliter servus vel res alia legetur: electio legatarii est, nisi aliud testator dixerit.*

SUMMARIUM.

Textus comprobatio ac imitatio, & quid de ædificiis | legatis?

HIc §. confirmatur ex *l.* 71 *si domus pr. l. si servus* 108. §. 2. *de legat.* 1. & *l.* 2. §. 1. *de opt. leg.* juncta tamen *l. legato.* 37. *D. de legat.* 1. Ratio hujus §. ita temperati ex *d. l.* 37. ex benigna & verisimili volun-

tate deprompta videtur. Sed si testator unum ex ædificiis suis, vel fundum ex fundis suis legavit, cum nec ædificium ullum, nec fundũ haberet, legatum haud dubie inutile erit. *d.l.71.pr.de leg.*1. Sed si simpliciter in genere legavit domum, puto valere legatum, licet nullam domum testator habeat. *arg.d.l.37.de legat.*1. Ratio est, quia voluntas testatoris, præsertim si commode exitum habere potest, ita interpretanda est, ut valeat potius quam pereat. Paulo aliter tamen Moribus Hollandiæ receptum putat *Grot.d.tract. lib. 2.part.22.* Vide & *disp.nostr.ad h.t.*

*§. 23. Optionis legatum, (id est,) ubi testator ex servis suis, vel aliis rebus optare legatarium jusserat, habebat olim in se conditionem: & ideo nisi ipse legatarius vivus optasset; ad heredem legatum non transmittebat: sed ex constitutione nostra & hoc in meliorem statum reformatum est, & data est licentia heredi legatarii optare (servum,) licet vivus legatarius hoc non fecerit. Et diligentiore tractatu habito, & hoc in nostra constitutione additum est, sive plures legatarii extiterint, quibus optio relicta est, & dissentiant in corpore eligendo: sive unius legatarii plures heredes (sint,) & inter se circa optandum dissentiant, alio aliud corpus eligere cupiente, ne pereat legatum (quod plerique prudentium contra benevolentiam introducebant) fortunam esse hujus optionis judicem, & sorte hoc esse dirimendum, ut ad quem sors venerit, illius sententia in optione præcellat.*

SUMMARIUM.

Juris veteris ac novi hic | tractatio ac ratio.

VEstigium juris veteris de optionis legato non translato ad heredem, extare videtur in *l. 3. in fin. d. qui & à quib. man.* Sed constitutio qua hoc Justinianus introduxit, non extat. Ratio tamen ejus probabilis est. *arg. l. 62. de R. J.* junct. §. 11. *h.t.* Constitutio quâ rem sorti committendam esse constituit, quando legatarii vel heredes in optione dissentiunt, extat in *l. ult. pr. C. comm. de legat.* quæ plane convenit principiis nostris, quibus diximus simpliciter voluntatem testatoris servandam, etiam in heredibus legatarii, nisi contraria conjectura aut probatio demonstrari possit. Facit huc eleganter. *c. 16. Prov. vers. ult & ibi annotat. 1. Samuel. 10. v. 20. Act. 1. v. pen. & ult. Christin. ad ll. Mechlin. tit. 16. art. 13.*

*§. 24. Legari autem illis solum potest cum quibus testamenti factio est.*

HIc §. confirmatur & illustratur ex *l. debitor* 82. §. 2. *& l. 101. si servo* §. 1. *de legat.* 1. & ex iis quæ supra diximus ad §. 4. *de hered. qual.* Ratio §. est, quia testamentum juris civilis est, ideoque in eo non possunt legata relinqui, nisi iis cum quibus jure Romano testamenti factio est. Moribus ei qui in captivitate est, legatum relinqui posse, indubitatæ consuetudinis est. Vide quæ dixi ad *tit.* 12. *lib.* 1. Sed nec homini turpi, aut infami, aut alii contra utilitatem publicam legare licet. An fisco, an heredibus ab intestato adjudicandum sit, dixi *supra ad* §. 1. *tit.* 18.

*§. 25. Incertis vero personis neque legata, neque fideicommissa olim relinqui concessum erat. Nam ne miles quidem incertæ personæ poterat relinquere, ut divus Hadrianus rescripsit. Incerta autem persona videbatur, quam incerta opinione animo suo testator subjiciebat, veluti si quis ita dicat,* quicunque filio meo filiam suam in matrimonium dederit, ei heres meus illum fundum dato. *Illud quoque, quod iis relinquebatur, qui post testamentum scriptum primi consules designati essent, æque incertæ personæ legari videbatur & denique multæ aliæ hujusmodi species sunt. Libertas quoque incertæ personæ non videbatur posse dari; quia placebat nominatim servos liberari. Sub certa vero demonstratione, id est; ex certis personis incertæ personæ recte legabatur: veluti* ex cognatis meis, qui nunc sunt, si quis filiam meam uxorem duxerit, ei heres meus illam rem dato. *Incertis autem personis legata vel fideicommissa relicta, & per errorem soluta, repeti non posse, sacris constitutionibus cautum erat.*

SUMMARIUM.

Quibus personis incertis ¦ legata relinqui possint,

HOc jus vetus confirmatur ex *Ulpiano tit. de legat.* 25. §. *incertæ* 17. & *Paulo* 3. *sent. tit.* 6. §. *legatum nisi.* Ratio ejus redditur ab Ulpiano *tit.* 23. *qui hered. instit.* §. 3. *incerta.* quoniam, inquit, consilium testatoris certum esse debet. Sed illam rationem

non

non plane fuisse civilem, nec voluntatem plane incertam in casibus hic propositis, significant finalia hujus §. ubi legatum talibus personis incertis solutum repeti non potest, quia naturaliter dedebatur. *arg.l.*13.*naturaliter.de condict.indeb.* Sed plane incertis personis neque hereditatem, neque legata relinqui posse, certissimi juris veteris & novi est. Vide *Ioan.à Sande lib.*4.*tit.*4.*def.*1.

*§. 26. Posthumo quoque alieno inutiliter (antea) legabatur. Est autem alienus posthumus qui natus inter suos heres testatori futurus non est. Ideoque ex emancipato filio conceptus nepos, extraneus erat posthumus avo.*

HIc §. ejusque ratio traditur in *d.* §.3.*tit.*23.*in fragment.Ulp.* apud quem *eod.tit.*§.*eos qui* 16. definitur postumus alienus, sed à contrario sensu ex definititione postumi sui.

*§. 27. Sed nec hujusmodi species penitus est sine justa emendatione relicta: quum in nostro Codice constitutio posita sit, per quam & huic parti medemur, non solum in hereditatibus, sed etiam in legatis & fideicommissis, quod evidenter ex ipsius constitutionis lectione clarescit. Tutor autem nec per nostram constitutionem incertus dari debet, quia certo judicio debet quis pro tutela suæ posteritati cavere.*

SUMMARIUM.

Ratio textus, quid hic de tutore, quid de collegiis illicitis.

QUanquam hæc constitutio non extet, nisi forte intelligatur *l.1.C. de incert. person.* tamen bona & æqua est, quia voluntas testatoris hic exitum accipere potest, cum illa persona quæ tempore quidem legati incerta est, postea certa fiat. Adde *l.1.C. de SS. Eccles.* Sed tamen talis incerta persona non posset dari tutor, quia posset esse homo inidoneus. Moribus Belgii collegiis illicitis legare non licet, quia illa non licet ad probare. Sed si quis pauperibus alicujus Collegii etiam illiciti aliquid legavit, valet. Vide *Iacob. Coren observat. Cur. Holl.* 9.

§. 28. *Posthumus autem alienus heres instituí & ante poterat, & nunc potest, nisi in utero ejus sit, quæ jure nostro uxor esse non potest.*

SUMMARIUM.

Textus explicatio ac probatio cum exprobat. Auctor.

PRima pars hujus §. aut negativa particula adjuvanda est post verbũ *autem*, aut de jure Prætorio accipienda est, quasi dicat Tribonianus, & olim jure prætorio postumus alienus institui potuit. *pr. Inst. de bonor poss.* & nunc jure Civili potest. Vide *DD. ad h.* §. Usus hujus certus est ex modo allegatis in §. 27. Posterior pars confirmatur ex *l. si quis posth.* §. 1. & *pen. D. de liber. & postum.* Sed cur Moribus nostris non posset quis postumum, qui ex sorore sua vel alia muliere nupta nasciturus est, heredem instituere, non video.

§. 29.

*§. 29. Si quidem in nomine, cognomine, prænomine (agnomine) legatarii testator erraverit, cum de persona constat, nihilominus valet legatum. Idemque in heredibus servatur, & recte. Nomina enim, significandorum hominum gratia reperta sunt, qui si alio quolibet modo intelligantur, nihil interest.*

HIc §. confirmarur ex *l. si in nomine* 4. *C. de testam. & l. quoties.* 9. §. 8. *de hered. instit l.* 8. *si ita* §. 2. *de bonor. poss. sec. tab. & l. nominatim* 34. *de condit. & demonstr.* Ratio ex superioribus evidens est, quia illa persona non est incerta, de qua ex aliis indiciis & demonstrationibus constat, ideoque voluntas quæ hic effectum sortiri potest, servanda est. Usum non addo, ut nec alibi, quando eum quilibet proprio Marte colligere potest.

*§. 30. Huic proxima est illa juris regula, falsa demonstratione legatum non permi, veluti si quis ita legaverit,* Stichum servum meum vernam do lego *licet enim nō verna, sed emptus sit, tamen de servo constat, utile est legatum. Et convenienter, si ita demonstraverit.* Stichum servum quem â Sejo emi, *sitque ab alio emptus, utile est legatum, si de servo constat.*

HIc §. confirmatur ex *l. demonstratio* 17. *l. falsa* 33. *de condit. & demonstrat. l. Quint. Muc.* 10. *vers. quia certo &c. de aur. & arg. leg. l. sic* 75. §. 1. *de legat.* 1. Ratio hujus juris allegata est in §. 29.

§. 31. *Longe magis legato falſa cauſa (a* *jecta) non nocet, veluti cum quia ita dixerit:* Titi quia me abſente negotia mea curavit, Stichu do lego. *vel ita,* Titio, quia patrocinio eju capitali crimine liberatus ſum, Stichum d lego. *Licet enim neque negotia teſtatoris ui quam geſſerit Titius, neque patrocinio ejus libe ratus ſit, legatum tamen valet. Sed ſi conditi naliter enunciata fuerit cauſa, aliud juris eſt, ve uti hoc modo.* Titio, ſi negotia mea curaveri fundum (meum) do lego.

HIc locus confirmatur ex *d.l. demonſtratio* 17. *quod autem* 2. *& ſeq.l.cum tale* 72.§. *falſam* *D.de condit.& demonſt.* ubi & ratio & exceptio pr ponitur, quibus ſi addas rationes noſtras ſupr traditas, nihil amplius de juſtitia & uſu hujus §. du bitabis.

§. 32. *An ſervo heredis recte legemus, quæ ritur: & conſtat pure inutiliter legari, nec quic quam proficere, ſi vivo teſtatore de poteſtate here dis exierit: quia quod inutile foret legatum, ſi ſta tim poſt factum teſtamentum deceſſiſſet teſtator hoc non debet ideo valere, quia diutius teſtator vi xerit. Sub conditione vero recte legatur (ſervo, ut requiramus, an quo tempore dies legati cedit, in poteſtate heredis non ſit.*

SUMMARIUM.

Textus comprobatio, usus | ejusque ratio.

HIc §.confirmatur & illustratur explicationibus & rationibus ex Ulpiano *tit. de legat.* 25. §. 20. & *seqq. l. Iulian.* 86. *de condit. & demonst. l. cum legato* 17. *quando dies legat. & l. cætera* 41. §. 2. *de legat.* 1. Moribus hujus §. usus exiguus est : nam nec servos habemus, nec adscriptitiis aut filiis nostris applicari potest. Ratio in promptu est, quia illa subtilitas & rei natura, quod heres alias simul & debitor & creditor videretur, apud Belgas non attenditur, sed simplex voluntas testatoris servatur, quandiu bonis Moribus nihil adversatur. Deinde hodie legatum filio relictum ne quidem patri quoad usumfrum adquiritur. Vide quæ dixi ad *tit. 9. h. Lib. 2.*

*§. 33. Ex diverso, herede instituto servo, quin domino recte etiam sine conditione legetur, non dubitatur. Nam etsi statim post factum testamentum decesserit testator, non tamen apud eum, qui heres sit, dies legati cedere intelligitur, cum hereditas à legato separata sit, & possit per eum servum alius heres effici, si prius, quam jussu domini adeat in alterius potestatem translatus sit, vel manumissus ipse heres efficitur; quibus casibus utile est legatum. Quod si in eadem causa permanserit, & jussu legatarii adierit, evanescet legatum.*

CUm hic hereditas à legato separata sit, id est, hereditas & legatum non concurrant in unam e-

an

andemque personam, non evanescit quoque legatum. Cessante enim ratione juris, cessat dispositio ejus. Adhæc legibus quoque hic §. confirmatur. *l. à filio* 25. & *l. quæsitum*. 91. *pr. de legat.* 1. Usum indicavi ad §. *præced.*

*§. 34. Ante heredis institutionem inutiliter antea legabatur: scilicet quia testamenta vim ex institutione heredis accipiunt, & ob id veluti caput atque fundamentum intelligitur totius testamenti heredis institutio. Pari ratione nec libertas ante heredis institutionem dari poterat. Sed quia incivile esse putavimus, scripturæ ordinem quidem sequi (quod & ipsi antiquitati vituperandum fuerat visum) sperni autem testatoris voluntatem: per nostram constitutionem & hoc vitium emendavimus, ut liceat & ante heredis institutionem, & inter medias heredum institutiones legatum relinquere, & multo magis libertatem, cujus usus favorabilior est.*

## SUMMARIA.

1. Juris veteris & novi hic probatio ac ratio
2. Quomodo Mores cõstit, Imperatoris intelligant, & intelligere debeant?

Jure veteri legatum ante heredis institutionem relictum inutile fuisse, aperte quoque scripsit *Ul-*
1. *pian. tit. de legat.* 25. §. *ante* 14. & *tit. seq.* §. 6. Ratio istius juris hic adjecta confirmatur per *dict.* §. 14. & *l.* 10. *quod per man. D. de jure codicill.* Sed recte Justinianus hoc correxit, & utinam in multis aliis juris

aris articulis voluntatem potius quam naturæ ordinem sive rei naturam sequutus fuisset! Constitutionem vero ejus quam vulgo putant non extare, reatam arbitror in *tit. C. de testam. l.* 24. & 25. Vestigium antiquitatis, cui etiam displicuit, magis ordinē scripturæ quàm voluntatem testatoris sequi, videre integrum est in *l. cum pater* 77. §. *fidei tuæ* 12. *de leg.* 2. Mores videntur dictam Constitutionem Imperatoris sic intellexisse, ac si constituisset, ut primo legata relinquerentur in testamento, deinde subjungeret heredis institutio; Sic enim hodie plerique Notarii testamenta conscribunt, sed male. Quamvis enim voluntas testatoris magis quam ordo testamenti spectandus sit, tamen rectius facturi sunt Notariis, si incipiant ab heredis institione, quia illa pars dignior, caput & basis totius testamenti est. An hodie heredis institutio sit caput & fundamentum necessarium, vide in *disp. nostr. Inst.* 11. & *apud Gudel. lib.* 2. *c.* 5. 2

§. 35. *Post mortem quoque heredis aut legatarii simili modo inutiliter legabatur: veluti si quis ita dicat* cum heres meus mortuus, fuerit, do lego. *Item*, pridie quam heres aut legatarius morietur. *Sed simili modo & hoc correximus, firmitatem hujusmodi legatis ad fideicommissorum similitudinem præstantes: ne in hoc casu deterior causa legatorum, quam fideicommissorum inveniatur.*

SUM-

SUMMARIUM.

Ratio juris veteris & novi, | & an & ubi correctio extet.

HOc jus vetus videre eſt apud *Ulp d. tit. de leg.* §. *poſt mortem* 15. *Paul.* 3. *ſent. tit.* 6. §. *poſt. mort.* Ratio eſt in *l.* 1. *C. ut act. ab hered.* Ratio rationis videtur, quia abſurdum eſt, ut quis poſt mortem legatum vel dare vel accipere jubeatur. Sed recte tamen ad exemplum fideicommiſſi *l.* 5. §. 1. *de legat.* 3. conſtituit Juſtinianus, ut hoc legatum valeat, quia voluntas teſtatoris commode hic ſervari poteſt. Sed extatne & illa correctio in Codice? puto extare in *l.* 11. *ſcrupuloſ. C. de cont. ſtipul.* Alii vero eam eruunt ex *l.* 1. *C. ut action* &c.

*§. 36. Pœnæ quoque nomine inutiliter (antea) legabatur & adimebatur, vel transferebatur. Pœnæ autem nomine legari videtur, quod coërcendi heredis cauſa relinquitur, quo magis aliquid faciat, aut non faciat: veluti ſi quis ita ſcripſerit:* heres meus ſi filiam ſuam in matrimonium Titio collocaverit: *vel ex diverſo*, ſi non collocaverit, dato decem aureos Sejo: *aut ſi ita ſcripſerit*, heres meus ſi ſervum Stichum alienaverit: *vel ex diverſo*, ſi non alienaverit, Titio decem aureos dato. *Et in tantum hæc regula obſervabatur, ut quam plurimis principalibus cõſtitutionibus ſignificaretur, nec principem agnoſcere, quod ei pœnæ nomine legatum ſit, nec ex militis quidem teſtamento talia legata valebant, quamvis aliæ militium volunta-*

*tes*

*es in ordinandis testamentis valde observabantur. quin etiam nec libertates pœnæ nomine dari posse placebat, eo amplius nec heredem pœnæ nomine adjici posse, Sabinus existimabat: veluti si quis ita dicat,* Titius hêres esto, si Titius filiam suam in matrimonium Sejo collocaverit, ejus quoque heres esto. *Nihil enim interrat, qua ratione Titius coërceretur, utrum legati atione, an coheredis adjectione. Sed hujusmodi rupulositas nobis non placuit, & generaliter ea uæ relinqũtur, licet pœnæ nomine fuerint relicta, el adempta vel in alium translata, nihil distare à eteris legatis constituimus, vel in dando vel in aimendo, vel in transferendo: exceptis videlicet s, quæ impossibilia sunt, vel legibus interdicta, ut alias probrosa. Hujusmodi enim testamentoum dispositiones valere, secta meorum temporum on patitur.*

SUMMARIUM.

Ratio juris antiqui & novi.

Js antiquum hujus §. refert etiam *Ulpian. d. tit. d. egat. 25. §. pœnæ causa. 16. & tit. seq. §. 11. Capito- in vita D. Pii.* Ratio ejus est, quia contra natum legati est, ut pœnæ nomine relinqui posset; vel uia contra rei naturam est, eundem heredem simul onorare & onerare sive coërcere. Sed recte & hanc crupulositatem sustulit Imperator in *l. 1. C. de his æ pœn. nom.* Ratio jam sæpius allegata est, quia oluntas testatoris religiose servanda est, nisi sit vel

contra

contra bonas leges vel contra bonos mores. *arg.* . *filius* 15*.de condit.instit.* Vide plura cum usu apu *Christin.decis.*39*.vol.*4.

# *DE ADEMPTIONE LEGATORUM.*

## TITULUS XXI.

*Ademptio legatorum (sive eodem testament adimantur, sive codicillis) firma est: sed & si contrariis verbis fiat ademptio: veluti si quis ita quid legaverit,* do lego: *ita adimatur,* non do non lego, *sive non contrariis, sed & aliis qu buscunque verbis.*

HIc §. confirmatur ex *l. Divi* 13. *l. nihil prohib* 17*.D.h.t.* & *l.si mihi* 12. §. *in legat.* §. *de lega* 1. Ratio est in *l.*4. *de adim. vel transl.leg.* quam pr bo, quia id quod ultima voluntate relinquitur, i relictum intelligitur, ut semper alia voluntate co traria pro libitu revocari possit. An idem sit in pr missione, cui nulla interrogatio præcessit, vide ad *t Inst.de V.O.*

*§. 1. Transferri quoque legatum ab alio alium potest: veluti si quis ita dixerit,* hominei Stichum quem Titio legavi, Sejo do lego: *si in eodem testamento sive in codicillis hoc feceri quo casu simul (&) Titio adimi videtur, & Se dari,*

Iden

Idem dixit Gajus in *l. ſicut* 5.*D.h.t.* quæ in tantum procedunt,ut licet noviſſimus talis ſit, in cujus perſona legatum non conſiſtit, tamen ademptum legatum intelligatur *l. plane ubi* 33. *pr. de legat.*1. An autem Moribus hoc legatum ad fiſcum pertineat,vide in §.1.*tit.*18.*h.Lib.*2.

## *DE LEGE FALCIDIA.*

### TITULUS. XXII.

*Supereſt, ut de lege Falcidia deſpiciamus,quã modus noviſſime legatis impoſitus eſt. Cum enim olim lege duodecim tabularum libera erat legandi poteſtas, ut liceret vel totum patrimonium legatis errogare(quippe (cum) ea lege ita cautum eſſet* uti quiſque legaſſet ſuæ rei, ita jus eſto) *viſum eſt hanc legandi licentiam coarctare: idque ipſorum teſtatorum gatia proviſum eſt, ob id, quod plerumq; inteſtati moriebantur,recuſantibus ſcriptis heredibus pro nullo aut minimo lucro hereditates adire. Et cum ſuper hoc tam lex Furia, quam lex Voconia latæ ſunt, quarum neutra ſufficiens ad rei conſummationem videbatur: noviſſimè lata eſt lex Falcidia, qua cavetur, ne plus legare liceat, quam dodrantem eorum bonorum: id eſt, ut ſive unus heres inſtitutus ſit, ſive plures apud eum eoſve pars quarta remaneat.*

SUMMARIA.

1. Textus probatio ejusque ratio.
2. Quid cautum hic jure novo & quę inde quæstiones
3. Quid hic servetur Moribus, eorumque ratio & adprobatio.

1. OLim lege 12. tabellar. unicuique liberam disponendi super rebus suis facultatem fuisse, testantur quoque *l. verb. 120. de V.S. Ulpian. tit. de tutel. 12. §. testamento 13. Cic. ad Herenn. lib* 1. Sed hanc postea coarctatam fuisse, memoriæ prodidit idem *Ulpian. tit. 1. §. 1. & tit. 29. de possess. dand. §. intestati* 6. ubi & modum & temperamentum adjecit. Legem seu plebiscitum Voconii memorat & explicat *Theophil. hic*. Meminit etiam ejus *Cic. lib. 2. de fin. & 1. accusat. in Verr. & Dion. lib.* 56. De lege Falcidia vide *l. 1. pr. h. t. Ulpian. de legat. 25. §. lex Falcid.* 30. *Dion.* 48. Ratio hujus juris hæc dicitur, ne alias testatores sæpe intestati morerentur (quod lugubre est *l. 6. pr. de interrogat.*) & heredes sine lucro hereditatem adirent. *hoc pr. & l. potest. 71. D. eod.* junct. *l. quod bon. 15. §. 1. & ult. D. d. tit.* Sed
2 quoniam jure novo testator detractionem Falcidiæ prohibere potest. *Nov. 1. c. 2. §. 2.* tantum Falcidia in favorem testatoris introducta videtur. *arg. l. pen. C. de pact.* An autem hæc prohibitio locum habere possit in liberis primi gradus: item an Falcidia, id est, legitima liberorum pro numero eorum aucta sit *Nov.* 18. Item an liberi gravati legatis, & legitimam & Falcidiam deducere possint, & plures alias
3. quæstiones vide in *disp. nost. ad h. t.* Moribus detractio Falcidiæ apud quasdam Gentes recepta, apud quasdam damnata est. *Zyp. tit. de testam. Gudelin. d. tract. lib. 2. c. 11. Grot. d. Introd. lib. 2. c. 23. Bar. ad h. t. part.*

*part. reliq. Schultz.ib.lit. a.* Nos censemus,illos Mores,qui ex eo capite libertatem testandi coercuerunt, quod testator alias facile intestatus discederet, & heres onera subiret sine aliquo commodo,contra jus divinum,jus gent.& sanam rationem esse. An nō unusquisq; dominus &arbiter rerum suarum *Matth.* 20.*v.* 15.? An non Reip.expedit,ultimas voluntates testatorum, qui jam amplius velle non possuut, religiose conservari *l.5.testam.quemad. aper.&l.1.C.deSS.Eccles.*? Unde quidam *DD.d.Nov.1.c.2.§.* 2. sic accipiunt, ac si tum demum detractioni Falcidiæ locum fecisset Imperator, quando heres probare potest, testatorem errasse in quantitate patrimonii, & ipsi aliquam saltem partem relinquere voluisse. Sane si Justinianus ex præsumptione ita constituit (ut stauunt DD.comm.)ipse errasse videtur. Cur nō potius quilibet dominus præsumitur scire vim & quantitatem bonorum suorum? Hæ, inquam, rationes longe fortiores sunt rationibns hujus juris Civilis.

*§. 2. Et cum quæsitum eßet, duobus heredibus institutis (veluti Titio & Sejo) si Titii pars, aut tota exhausta sit legatis, quæ nominatim ab eo data sunt, aut supra modum onerata: à Sejo vero aut nulla relicta sint legata, aut quæ partem ejus duntaxat in partem dimidiam minuant: an quia is quartam partem totius hereditatis aut amplius habet, Titio nihil ex legatis, quæ ab eo relicta sunt, retinere liceat, ut quartam partem suæ partis salvam habeat: placuit posse retinere. etenim in singulis heredibus ratio legis Falcidiæ ponenda est.*

HIc §. confirmatur *l. in singulis* 77. *D. h. t.* & in tan-
tum procedit, ut etiam locum habeat in eo c
ſu, quo portio unius heredis ad alium cohereden
pervenit vel jure accreſcendi vel ſubſtitutionis, m
do onerata portio acceſſerit non oneratæ. *l.* 1. §. 13. &
14. & *l. quod ſi* 78. *D. eod.* Vide *diſput. noſt. ad h.*
Uſum ſupra dixi in *pr.*

*§. 3. Quantitas autem patrimonii, ad quan
ratio legis Falcidiæ redigitur, mortis tempore ſpe
ctatur. Itaque (verbi gratia) ſi is, qui centum
aureorum patrimonium in bonis habeat, centum
aureos legaverit: nihil legatariis prodeſt, ſi ant
aditam hereditatem per ſervos hereditarios, aut e
partu ancillarum hereditariarum, aut ex fœtu pe
corum tantum acceſſerit hereditati, ut centum (au
reis) legatorum nomine erogatis heres quartam
partem hereditatis habiturus ſit: ſed neceſſe eſt, u
nihilominus quarta pars legatis detrahatur. Ex
diverſo, ſi ſeptuagintaquinque legaverit, & ant
aditam hereditatem in tantum decreverint bon
(incendiis forte, aut naufragiis, aut morte ſervo-
rum) ut non amplius, quam ſeptuagintaquinque
(aureorum ſubſtantia,) vel etiam minus relinqua-
tur: ſolida legata debentur: Nec ea res damnoſa
eſt heredi, cui liberum eſt non adire hereditatem:
quæ res efficit, ut ſit neceſſe legatariis, ne deſtituto*

*quæ res efficit, ut ſit neceſſe legatariis, ne deſtitu-*

*to teſtamento nihil conſequantur, cum herede in
portione paciſci,*

SUMMARIUM.

Textus probatio & ratio & | quid hic jure novo mutatum.

HIc §. ad verbum fere deſcriptus eſt ex *Gajo in l. in quantitate* 73.*pr.D.h.t.* cui ſuffragatur *JCtus in l.* 15.§. 3. *in fin.* & *l.cum quo* 56.*pr. D.eod.tit.* Ratio eſt, quia poſt mortem teſtatoris ſtatim hereditas exiſtit, & legatarii domini rei legatæ eſſe incipiunt. *l.a.Tit.*64.*in fin.de furt.* Legatarios vel fideicommiſſarios ſingulares heredem cogere non poſſe, ut adeat hereditatem, liquidi juris eſt. *l. ſi quis* 17.*D. ſi quis omiſſ.cauſ. teſtam.* Sed jure novo ipſos legatarios adire poſſe hereditatem, & non teneri in portione cum herede paciſci, puto perſpicuum ex *d. Nov.*1.*c.* 1.§. 1.*verſ.ſi vero nullus &c.* quod Moribus procedit extra aleam dubii, ut facile colligere eſt ex præcedentibus.

*§. 4. Cum autem ratio legis Falcidiæ ponitur, ante deducitur æs alienum, item funeris impenſa, & pretia ſervorum manumiſſorum: tunc demum in reliquo ita ratio habetur, ut ex eo quarta pars apud heredem remaneat, tres vero partes inter legatarios diſtribuantur, pro rata ſcilicet portione ejus, quod cuique eorum legatum fuerit. Itaque ſi fingamus quadringentos aureos legatos eſſe, & patrimonii quantitatem, ex qua legata erogari oportet, quadringentorum eſſe: quarta pars legatariis ſingulis debet detrahi. Quod ſi trecentos quinquaginta legatos fingamus: octava debet detrahi. Quod ſi quingentos legaverit, initio quin-*

*ta, deinde quarta detrahi debet. Ante enim de-trahendum est, quod extra bonorum quantitatem est, deinde quod ex bonis apud heredem remanere oportet.*

SUMMARIUM.

Textus confirmatio cum | reb. judicatis

CUm debitor in fraudem creditorum liberalis esse non debeat, quid mirum, si æs alienum ante Falcid. deducatur. *l. in imponenda 6. C. h. t. & l. qu fund.87.§ si quis 2. eod. Quintil. declamat.* 273. Multo minor dubitatio est de impensa funeris quæ cum ære alieno potior est *l. pen. de relig. sumt. fun.* multo magis legatis potior videri debet. *arg. l. & si quis* 14 §.1 *.vers. satius est &c. D. eod.* atque ita judicavit Senatus Neapolitanus & Mantuanus, teste *Tulden. ad h.t.c.6.* Cur Falcidia non pertineat ad legatum libertatis. *hic & l. si servus* 33. *D. h. t.* quilibet vel me tacente ex favore libertatis intelligit. Reliqua hujus §. descripta sunt ex *d.l. in quantitate* 73.§.*ult. D.h.t.* Moribus ad exemplum militis *l.* 7. *C. h. t.* mallem etiam in testamentis paganorum cessare. Vide ea quæ dixi *ad pr. h. t.*

*D E*

# *DE FIDEICOMMISSARIIS, HEREDITATIBUS: (ET AD SENATUSCONSULTUM TREBELLIANUM.)*

## TITULUS XXIII.

*Nunc transeamus ad fideicommissa, sed prius est ut de hereditatibus fideicommissariis videamus.*

QUin Compositores juris cum in *Institut.* tum in *Pandect.* & *Codic.* rationes habuerint istius methodi quæ hodie in dictis libris extat, non videtur dubium; sed an veræ & adæquatæ sint, an veræ & probabiles circa eas conjecturæ Interpretum, mei nec ingenii, nec instituti est inquirere.

§. I. *Sciendum itaque est, omnia fideicommissa primis temporibus infirma fuisse, quia nemo invitus cogebatur præstare id, de quo rogatus erat. Quibus enim non poterant hereditatem vel legata relinquere, si relinquebant, fideicommittebant eorum, qui capere ex testamento poterant (hereditatem.) Et ideo fideicommissa appellata sunt, quia nullo vinculo juris, sed tantum pudore eorum, qui rogabantur, continebantur. Postea divus Augustus primus, semel iterumque gratia personarum motus, vel quia per ipsius salutem rogatus quis diceretur, aut ob insignem quorundam*

*perfidiam, jussit consulibus auctoritatem suam interponere. Quod quia justum videbatur, & populare erat, paulatim conversum est in assiduam jurisdictionem, tantusque eorum favor factus est ut paulatim etiam prætor proprius crearetur, qui de fideicommissis jus diceret, quem fideicommissarium appellabant.*

SUMMARIA.

1. Varia interpretatio hujus loci
2. Quid de fideicommissis ad necessitatem traductis ex sententia DD. & quid hic usu servet?

AGit hic Imp. historico-juridicum, sed satis obs-
1. curum. Olim fideicommissa infirma ac pudore heredis relicta fuisse, probat Justinianus ab illa origine seu ratione, quod testatores, qui incapacibus vel heredatem vel legatum relinquere volebant, soliti sint primo capacibus relinquere, quorum fideicommittebant, ut vellent incapacibus restituere. Ergo hoc usu servabatur, ut istiusmodi heredes vel legatarii fideicommisso gravati possent restituere, si vellent, sed non cogebantur, nec poterant cogi, quia incapaces nullam habebāt actionem contra heredes. Unde sequitur, quod hic recte dicatur, fideicommissa primis temporibus infirma fuisse. Sed hæc eadem Alii alitet interpretantur ad *h.* §. Ut ut sit de origine quam hic Justinianus attingit, constat satis ex aliis Auctoribus, fideicommissa olim infirma fuisse. Vide *Fab. lib. 9. c. 2. Ciceron. 2. de finib. Valer. Max. lib. 4. c.* 2. Reliqua hujus §. confirmantur & illustrantur ex *pr. Inst. de codicill. Ulpian. tit. de fideicomm. 26. §. 10. l.* 2. *§. capta 32. de orig. jur. Plin. 10. c. 78 Senec. de tran-*
2. *quill. c. 11. Sueton. in Claud. c. 23. Fab. lib.* 3. 6. An autem

tem fideicommissa postquam ad necessitatem traducta fuerunt, adhuc iis relinqui potuerint, quibus per leges capere non licebat, vide apud *DD. ad h.* §. qui hoc vulgo negant. *arg. l. 29. & 30. de ll. & SCtis & l. 7. §. 1. de leg.* 3. & si clam. heres fidem dedit de restituendo, statuunt, fisco adplicari *l. Inperator* 43. *de jure fisc. Ulpian. d. tit. de fideicomm.* §. 15. Si palam rogatus est, manere apud heredem. *l. ult. §. ult. de his quæ ut indign. & l. filius* 14. §. 1. *ad Cornel. de fals.* Moribus fideicommissa & firma sunt, & frequentia, sed incapacibus vel indignis relicta tacite & in fraudem juris, non fisco, sed heredibus testatoris applicanda videntur. *arg. illorum quæ dixi ad tit.* 18. *de inoff. testament.*

*§. 2. In primis igitur sciendum est, opus esse, ut aliquis recto jure testamento heres instituatur, ejusque fideicommittatur, ut eam hereditatem alii restituat. alioqui inutile est testamentum, in quo nemo heres instituitur. Cum igitur aliquis scripserit,* Lucius, Titius heres esto: *potest adjicere,* rogo te Luci Titii, ut cum primum poteris hereditatem meam adire, eam Cajo Sejo reddas restituas. *Potest autem quisque & de parte restituenda heredem rogare. Et liberum est, vel pure, vel sub conditione relinquere fideicommissum, vel ex certo die.*

EUm, qui in testamento fideicommissum vult relinquere, primo debere aliquem directis verbis heredem instituere, quem roget, ut hereditatem restituat, liquidi juris est; quia heredis institutio caput & fundamentum testamenti est. *d. §. 34. Inst de legat*

*& tot. tit. ad SCt. Tribell.* De parte hereditatis restituenda ejusque effectu dicam *ad §.5.h.t.* Cur vero fideicommissum sub conditione relinqui possit, non tamen directa heredis institutio, dixi *ad §.9. de hered. instit.*

*§. 3. Restituta autem hereditate, is quidem qui restituit, nihilominus heres permanet: is vero, qui recipit hereditatem, aliquando heredis, aliquando legatarii loco habetur.*

SUMMARIUM.

Textus comprobatio & explanatio & quid si solverit heres.

QUoniam ille qui semel heres est, semper heres maneat. *l. ei qui 88. in fin. de hered. inst. & l. 7. §. sed quod 10. de minor.* haud absurde hic restituta hereditate, nihilominus heres permanere dicitur. Sed tamen eundem conventum à creditoribus hereditariis exceptione tutum esse, & convenientem debitores repelli posse, certi juris est. *l. 1. §. quanquam 4 D. ad SC. Treb.* Sed quid, si solverit? puto eum repetere posse. *l. 1. C. eod.* præsertim si stipulationes solennes inter heredem & fideicommissarium intervenerint, de quibus in §. 5. *h. t.* Illum autem qui hereditatem receperat, ex SCto Trebell. heredis loco habitum, ex SCto Pegasiano loco legatarii fuisse, indicat §. 6. *h. t. & Ulpian. in d tit. de fidcicom. §. 12. l. in pari 128. §. 1. de R. J. l. quamvis 40. D. h. t. l. 5. §. 1. quod cum eo qui in alien.* Latiorem explicationem & usum vide in sequentibus.

§. 4.

*§. 4. Et Neronis quidem temporibus Trebellio Maximo & Annæo Seneca consulibus senatusconsultum factum est: quo cautum est, ut si hereditas ex fideicommissi causa restituta sit, omnes actiones, quæ jure civili heredi, & in heredem competerent, ei, & in eum darentur, cui ex fideicommisso restituta esset hereditas. Post quod senatusconsultum prætor utiles actiones ei, & in eum, qui recipit hereditatem, quasi heredi, & in heredem dare cæpit.*

HÆc desumpta sunt ex *l. 1. §. 1. & 2. D. ad SCt. Trebell.* (*ubi & in §. 3. D. eod.* ratio etiam redditur) & confirmantur ex *l. quamvis 40. pr. & l. si ejus 64. pr. D. ibid.*

*§. 5. Sed quia heredes scripti, cum aut totam hereditatem, aut pæne totam plerumque restituere rogabantur, adire hereditatem ob nullum vel minimum lucrum recusabant, atque ob id extinguebantur fideicommissa: postea Vespasiani Augusti temporibus Pegaso & Pusione consulibus, senatus censuit, ut ei qui rogatus esse hereditatem restituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur. Ex singulis quoque rebus, quæ per fideicommissum relinquuntur, eadem retentio permissa est. Post quod senatusconsultum ipse heres onera hereditaria sustinebat. Ille autem, qui ex fideicommisso recipiebat partem hereditatis, legatarii partiarii loco erat, id est, legatarii, cui*

pars

*pars bonorum legabatur; quæ species legati, partitio vocabatur, quia cum herede legatarius partiebatur hereditatem. Vnde quæ solebant stipulationes inter heredem & partiarum legatarium interponi, eædem interponebantur inter eum, qui ex fideicommisso recipit hereditatem, & heredem, id est, ut lucrum & damnum hereditarium pro rata parte inter eos commune esset.*

HÆc confirmantur ex Ulpiano *d.tit.de fid* 26. §. 12. & 13. & *tit.de legat.* 25. §. 23. *Paul.* 4. *sent.tit.* 3. Plura non addo, quia statim latius in §. 7. *h.t.* An discrimen sit inter l. Falcid. & SCt. Pegasianum ratione legatorum imputandorum: Item, an heres ultra dodrantem fidei commissis singularibus gravatus quartam partem deducat beneficio legis Falcidiæ, an vero SCti Pegasiani sive Trebelliani, vide in *disp.nost. ad h.* §.

*§. 6. Ergo siquidem non plus quam dodrantem hereditatis scriptus heres rogatus sit restituere: tunc ex Trebelliano senatusconsulto restituebatur hereditas, & in utrumque actiones hereditariæ pro rata parte dabantur, in heredem quidem jure civili: in eum vero, qui recipiebat hereditatem, ex senatusconsulto Trebelliano tanquam in heredem. At si plus quam dodrantem, vel etiam totam hereditatem restituere rogatus esset: locus erat Pegasiano senatusconsulto, & heres, qui semel adierat hereditatem (si modo sua voluntate adierat) sive retinuerat quartam partem, sive retinere*

*no-*

*noluerat: ipse universa onera hereditaria sustinebat. Sed quarta quidem retenta, quasi partis & pro parte stipulationes interponebantur, tanquam inter partiarum legatarium & heredem. si vero totam hereditatem restitueret, emptæ & venditæ hereditatis stipulationes interponebantur. Sed si recusabat scriptus heres adire hereditatem; ob id, quod diceret eam sibi suspectam esse quasi damnosam: cavebatur Pegasiano senatusconsulto, ut desiderante eo cui, restituere rogatus esset; jussu prætoris adiret, & restitueret hereditatem: perindeque ei & in eum, qui reciperet hereditatem actiones darentur, ac juris est ex Trebelliano senatusconsulto. quo casu nullis stipulationibus est opus: quia simul & huic, qui restituit, securitas datur; & actiones hereditariæ ei & in eum tranferuntur, qui recipit hereditatem, utroque senatusconsulto in hac specie concurrente.*

HÆc partim probantur ex jam dictis, partim ex Ulpiano *d.tit. de fideicom.* 26. *§. si heres* 14. *& l. quia* 4. *h.t.ad SCt.Trebell.Paul. lib.*4.*sent. tit.*4. De stipulationibus emptæ & venditæ hereditatis vide *l. in illa* 50.*§.*1.*de V.O.* Jus & usum novum vide in *§.seq.*

*§. 7. Sed quia stipulationes ex senatusconsulto Pegasiano descendentes, & ipsi antiquitati displicuerunt, & quibusdam casibus captiosas eas homo excelsi ingenii Papinianus appellat, & nobis*

*in legibus magis ſimplicitas quam difficultas pla cet: ideo omnibus nobis ſuggeſtis tam ſimilitudini bus, quam differentiis utriuſque ſenatusconſulti placuit, exploſo ſenatusconſulto Pagaſiano, quo postea ſupervenit, omnem, auctoritatem Trebelli ano ſenatusconſulto præſtare, ut ex eo fideicom miſſariæ hereditates reſtituantur: ſive habeat here ex voluntate teſtatoris quartam, ſive plus, ſiv minus, ſive nihil penitus .: ut tunc quando ve nihil, vel minus quarta apud eum remanet, licea ei vel quartam, vel quod deeſt, ex noſtra aucto ritate retinere, vel repetere ſolutum quaſi ex Tre belliano ſenatusconſulto: pro rata portione actio nibus, tam in heredem, quam in fideicommiſſa rium competentibus. ſi vero totam hereditaten ſponte reſtituerit, omnes hereditariæ actiones fi deicommiſſario, & adverſus eum competant. Se etiam id, quod præcipuum Pagaſiani ſenatuscon ſulti fuerat, ut quando recuſaret heres ſcriptus ſi bi datam hereditatem adire, neceſſitas ei impone retur totam hereditatem volenti fideicommiſſari reſtituere, & omnes ad eum & contra eum trans ferre actiones: & hoc tranſpoſuimus ad ſenatuſ conſultum Trebellianum, ut ex hoc ſolo neceſſita heredi imponatur, ſi ipſo nolente adire, fidei commiſſarius deſideret reſtitui ſibi hereditatem nullo nec damno nec commodo apud heredem re manente.*

SUMMARIA.

1. An & quomodo hic ſtipulationes captioſæ fuerint.

2. Jus uſuſque circa quartam Trebell.

STipulationes inter heredem & fideicommiſſarium tanquam partiarium vel emptorem hereditatis, captioſas fuiſſe, apparet ex eo, quod actiones nihilominus ſalvæ manebant adverſus heredem. *l.2. C.de hered.vend.* ideoque anſam & ambages litium inducebant. *Balduin.& Vinn.hic.* Quod autem hoc dicitur, heredem quartam partem repetere poſſe, intelligi debet cum hoc temperamento, ſi forte per errorem facti plus reſtituit quam dodrantem. *l.error. 9.C.ad l.Falcid.& l.ſi heres 68.in fin.D. h. t. Paul. 4. ſent. tit.de SC.Pegaſ.* Vide tamen quæ dixi ad §.5. *Inſt.de hered.qual.& diff.* Hanc tamen detractionem Trebellianicam à teſtatore prohiberi poſſe, præterquam in liberis primi gradus, uſu receptum eſt. *Criſtin.vol.1.deciſ.316.& vol.4.deciſ.25. 51.& 52.Grot.2.c.21.* Ratio dicta eſt ſupra ad *tit. de lege Falcid.* Præterea & hoc ex *c.Raynut.& c. Raynald. ext.de teſtam.* tanquam Euangelium practicatur, quod filius gravatus fideicommiſſo & legitimam & Trebellianicam deducat. *Guid.Pap.quæſtion. 51. Bald.& Jaſ.in Auth.res quæ C.comm.de leg.Chriſtin. d.vol.1.dec. 245. Grot.d.lib.2.part.20.Neoſt. deciſ.3. & 17.* Rationem vide in *diſput.noſt.ad h.§.* Plures quæſtiones, quas vulgo Interpretes hic ſcholiis ſuis & paratitlis inſerunt, non addo; quia hoc contra præceptum Imperatoris, & meum inſtitutum arbitror: Vide tamen *d. diſputat. noſtr.* Sed quod dixi in foro ſervandum circa l.Falcid. idem puto recipiendum de SCto Trebell. Vide quæ dixi ad *d.tit. de leg.Falcid.& tit.de inoff.teſtam.*

§. 8.

*§. 8. Nihil autem interest, utrum aliquis ex asse heres institutus, aut totam hereditatem, aut pro parte restituere rogatur : an ex parte heres institutus, aut totam eam partem, aut partem partis restituere rogatur. Nam & hoc casu eadem observare præcipimus, quæ in totius hereditatis restitutione diximus.*

HÆc veteri regula confirmantur : *quod jus in toto quantum ad totum, idem jus in parte quoad partem statuitur l.3. pro derel. l. quæ de tota 76. de R.V.*

*§. 9. Si quis una aliqua re deducta, sive præcepta, quæ quartam continet (veluti fundo, vel alia re) rogatus sit restituere hereditatem : simili modo ex Trebelliano senatusconsulto restitutio fiet, perinde ac si quarta parte retenta rogatus esset reliquam hereditatem restituere. sed illud interest, quod altero casu, id est, cum deducta, sive præcepta aliqua re, restituitur hereditas : in solidum ex eo senatusconsulto actiones transferuntur : & res, quæ remanet apud heredem, sine ullo onere hereditario apud eum remanet, quasi ex legato ei adquisita. altero vero casu, id est, cum quarta parte retenta rogatus est heres restituere hereditatem, & restituit : scinduntur actiones, & pro dodrante quidem transferuntur ad fideicommissarium, pro quadrante remanent apud heredem. Quinetiam licet una re aliqua deducta*

*tut praecepta, restituere aliquis hereditatem roga-us sit, in qua maxima pars hereditatis continea-ur: aeque in solidum transferuntur actiones, & se-um deliberare debet is, cui restituitur hereditas, an expediat sibi restitui. Eadem scilicet interveni-unt, & si duabus pluribusve deductis praeceptisve rebus, restituere hereditatem rogatus sit. Sed & si certa summa deducta praeceptave, quae quartam vel etiam maximam partem hereditatis continet, rogatus sit aliquis hereditatem restituere, idem ju-ris est. Quae (autem) diximus de eo, qui ex asse institutus est, eadem transferimus & ad eum, qui ex parte heres scriptus est.*

S U M M A R I U M.

1 Textus probatio & ratio, & quid, si fideicommissarius satisfacere nequeat?

ETiam eum qui deducta aliqua re quae quartam continet, ex SCto Trebelliano reliquam heredi-tatem restituere debere, atque adeo à Praetore quo-que cogi posse, ut restituat, respondit JCt. in *l.* 1. §. *si heres* 16. & *l. ita tamen* 27. § *si praeceptis* 14. *ad SC. Treb.* Reliqua hujus §. confirmantur ex *l. si legatis* 30. §. *mult.* 3. *D. eod.* Nituntur autem probabili con-jectura, quae sumitur ex illis verbis testatoris, *dedu-cta illa re, vel illis rebus deductis*: quibus testator satis aperte innuere videtur, se illam rem deductam heredi sine onere relinquere. Sed quid, si fidei-commissarius ex bonis restitutis creditoribus & le-gatariis satisfacere nequeat? Creditores sine dubio nihilominus heredem convenire possunt. Rationem

dixi in §.3. *tit. anteced.* Sed legatarios quoque regressum habere adversus heredem, saltem quatenus res deducta quadrantem excedit, nego ac reprehendo; quia illa sententia est contra simplicem voluntatem testatoris, qui legata solvi voluit juxta vires rerum restitutarum. Vide tamen *Grot.d.lib.2.part* 20.*Vinn.&Mynſ.ad h.§.*

*§. 10. Præterea intestatus quoque moriturus potest rogare eum, ad quem bona sua vel legitimo jure, vel honorario pertinere intelligit: ut hereditatem suam totam, partemve ejus, aut rem aliquam (veluti fundum, hominem, pecuniam) alicui restituat: cum alioqui legata, nisi ex testamento, non valeant.*

HIc §. confirmatur ex *l.1.§.5.&l.6.§.1.D.h.t.l.3.C. eod. Ulpian.d.tit. de fideicom.§.9* Rationem dubitandi solvit Paulus in *l.8.§.1. de jure codicill.* Sed quod hic dicitur, legata non valere nisi ex testamento, puto jure *Nov.* correctum, ut dixi ad §.3 *.de legat* aut saltem Moribus, quibus legata etiam in nudis codicillis relicta valent. Vide omnino quæ dixi ad *tit.* 10. & 11.

*§. 11. Eum quoque, cui aliquid restituitur potest rogare, ut id rursum alii aut totum, aut partem, vel etiam aliquid aliud restituat.*

HIc §. confirmatur & illustratur ex *l.1.§.8.de illo & §. inde Nerat.19.D.h.t. ad SCt. Trebel. & mulier 22.§. ult.D.eod.* Ratio est simplici voluntati testatoris, quæ utramque paginam in testamentis facit, & instar legis servanda est.

§. 12. *Et quia prima fideicommissorum cunabula à fide heredum pendent, & tam nomen, quam substantiam acceperunt : ideo divus Augustus ad necessitatem juris ea retraxit. Nuper & nos eundem principem superare contendentes, ex facto, quod Tribonianus vir excellentissimus, exquæstor sacri palatii suggessit, constitutionem fecimus : per quam disposuimus, si testator fidei heredis sui commisit, ut vel hereditatem, vel speciale fideicommissum restituat, & neque ex scriptura, neque ex quinque testium numero (qui in fideicommissis legitimus esse noscitur) possit res manifestari, sed vel pauciores, quam quinque vel nemo penitus testis intervenerit: tunc sive pater heredis, sive alius quicunque sit, qui fidem heredis elegerit, & ab eo restitui aliquid voluerit, si heres perfidia tentus adimplere fidem recusat, negando rem ita esse subsequutam, si fideicommissarius jusjurandum ei detulerit, cum prius ipse de calumnia juraverit, necesse eum habere vel jusjurandum subire, quod nihil tale à testatore audiverit, vel recusantem ad fideicommissi vel universalis, vel specialis, solutionem coarctari, ne depereat ultima voluntas testatoris fidei heredis commissa. Eadem observari censuimus, & si à legatario vel fideicommissario aliquid similiter relictum sit. Quod si is, a quo relictum dicitur (postquam negaverit,) confiteatur quidem aliquid à se relictum esse, sed ad legis subtilitatem recurrat, omnino solvere cogendus est.*

SUMMARIA.

1. Ratio constit. & adprobatio ex jure Divino.
2. Quid, si testator ab uno teste aliquid petierit, & qui hic usus?

DE origine fideicommissorum diximus ad §. 1. *l*[illegible] *t.* Constitutio vero Justinian. cujus summa hi[illegible]
1. refertur, extat in *l. ult. C. de fideicom.* Ratio ejus a[illegible] quissima est, ne scilicet depereat ultima voluntas te[illegible] statoris, quæ hic præsumitur ex juramento calum[illegible] niæ, quod primo præstat fideicommissarius. Jusju[illegible] randum autem omnis controversiæ decisionem es[illegible] oportere, docet *Paul. ad Heb. c. 6. v. 16. & c. 22. Exo*[illegible] *v. 10. & 11.* Quare, si de jure divino loquamur, to[illegible] ties heredi dictum jusjurandum deferri potest, quo[illegible] ties probabilis præsumptio est, ipsius fidei à testa[illegible] tore aliquid commissum esse. Quid ergo, si testato[illegible] coram Notario & uno vel altero teste, vel coram sol[illegible]
2. Notario seu uno teste ab herede præsente petiit, ut a[illegible] liquid restitueret? Si fatetur, solvere debet, ut reus cō[illegible] fessus. *tot. tit. de conf.* si neget, haud dubie jusjurand[illegible] deferri potest. *d. c. 22. Exod. & d. c. 6. ad Heb.* quo[illegible] & jure Saxon. servatur. *Schultz. ad tit. seq. lit. a.* Qui[illegible] si absens fuerit? vide *disput. nostr. ad h. t.* Ulteriore[illegible] praxin hujus §. vide apud *Joan. à Sande lib. 4. tit.* [illegible] *def. 18.*

# *DE SINGVLIS REBVS PER FIDEICOMMISSUM RELICTIS.*

## TITULUS. XXIV.

*Potest tamen quis etiam singulas res per fideicomissum relinquere: veluti fundum, argentum, hominem, vestem, (&) pecuniam numeratam: & vel ipsum heredem rogare, ut alicui restituat, vel legatarium, quamvis à legatario legari non possit.*

### SUMMARIUM.

Textus probatio & ratio & cur à legatario legari non potuerit, hodie possit?

HÆc confirmantur ex *Ulpiano tit. de legat.* 25. §. 19. *Gajo tit.* 7. *lib.* 2. § 3. *l.* 5. §. 1. *de legat.* 1. *l. ab eo* 9. *C. de fideicom.* Ratio vero cur ab herede vel legatario fideicommissum etiam singulare relinqui possit, est simplex testatoris voluntas, quæ cum non est contra bonos mores, exitum habere debet. Sed dicat, quis cur ergo à legatario legari non potest? Rationem reddit *Ulpian. d. tit. pr.* Sed quoniam illa vetus civilis & subtilis est, videtur à Justiniano rejecta, ita ut legatum jure fidecommissi valeat. *l.* 2. *C. comm. de legat.* ut dixi ad §. 3. *Inst. de legat.* Moribus hæc extra dubium sunt.

§. 1. *Potest autem non solum proprias res te-*

*stator per fideicommissum relinquere, sed & her-dis, aut legatarii aut fideicommissarii, aut cujus-bet alterius. Itaque legatarius & fideicommis-sarius non solum de ea rogari potest, ut eam alic restituat, quæ ei relicta sit: sed etiam de alia, si ipsius, sive aliena sit. Hoc solum observandu est, ne plus quisquam rogetur alicui restituer quam ipse ex testamento ceperit: nam quod am plius est, inutiliter relinquitur. Cum autem liena res per fideicommissum relinquitur: nece est ei, qui rogatus est, aut ipsam redimere & pr stare, aut æstimationem ejus solvere.*

SUMMARIA.

1. Textus comprobatio & ratio.
2. Quid, si legatarius sub condit. acceperit, ut restit at?

1. Hæc descripta & composita videntur ex *Inst. Ga lib.2.tit.7. de fideicom.§. 4. 5. & 6.* Ratio ve cur fideicommissum valeat, & si in re aliena co sistat, redimi debeat, allegata est supra ad § 4. *In de legat.* Ratio regulæ quæ hic in fideicommiss observanda traditur, & multis aliis legibus confi matur. *l.1.§.si is qui 17.D.ad SC.Treb.& l.filiusfa 114.§.3.de legat.1.* hæc est; quia nemo plus onera debet, quam sit honoratus. *l.10.de R.J.&l.6.in fin.*
2. *leg.3.* Sed quid, si legatarius vel fideicomm. juraver aut sub illa conditione legatum vel fideicommiss. a ceperit, ut plus restitueret, quam ex hereditate t statoris percepit? omnino hoc jusjurandum servar dum, & fideicomissum præstandum est; quia unu quisque suæ conventioni sive expressæ sive tacitæ st

re debet: Quare Hotomann. hic dissentientem satis demirari nequeo, nisi forte loquatur de jure Romano. Plures exceptiones seu potius declarationes hujus §. vide apud *Balduin.* & *Vinn. ad h. §.*

*§. 2. Libertas quoque servo per fideicommissum dari potest, ut heres eum rogetur manumittere, vel legatarius, vel fideicommissarius. nec interest, utrum de suo proprio servo testator roget, an de eo, qui ipsius heredis, aut legatarii, vel etiam extranei sit. Itaq; & alienus servus redimi & manumitti debet. Quod si dominus eum non vendat, si modo nihil ex judicio ejus, qui reliquit libertatem, recipit; non statim extinguitur fideicommissaria libertas, sed differtur, quia possit tempore procedente, ubicunque occasio servi redimendi fuerit, præstari libertas. Qui autem ex fideicommissi causa manumittitur, non testatoris fit libertus, etiamsi testatoris servus sit, sed ejus qui manumittit. At is, qui directo ex testamento liber esse jubetur, ipsius testatoris libertus fit, qui etiam orcinus appellatur. Nec alius ullus directo ex testamento libertatem habere potest, quam utroque tempore testatoris fuerit, & quo faceret testamentum, & quo moreretur. Directa autem libertas tunc dari videtur, cum non ab alio servum manumitti rogat, sed velut ex suo testamento libertatem ei competere vult.*

Hæc quoque descripta videntur ex *Inst. Gaji d. tit. §. 7.* Sed quoniam talia sunt de servis, quæ

nec adſcriptitiis adplicari poſſunt, ulteriori co firmatione aut illuſtratione forenſi abſtineo. Vi quæ dixi ad *Lib.*1.

§. 3. *Verba autem fideicommiſſorum h maxime in uſu habentur,* peto, rogo, volo, mar do, fidei tuæ committo, *quæ perinde ſingu firma ſunt, atque ſi omnia in unum congeſta e ſent.*

SUMMARIUM.

Notatio circa quędam verba, ſed quæ hodie non attendenda.

HÆc confirmantur ex *Ulpiano tit. de fideicom.* §. & *Paulo* 4. *ſent*: 1. ubi tamen notandum, quo verba imperativa habeant vim precariorum, ſi ho ex veriſimili voluntate teſtatoris appareat. Sed fru ſtra de his verbis amplius laboramus, cum non ta tum Moribus, ſed etiam conſtitutione Juſtiniani i *l.* 2. *C. comm. de legat.* omne verbum, quo legare vel f deicommittere voluit teſtator, ratum & utile habe tur. Latiorem uſum de fideicommiſſis vide apu *Chriſtin. deciſ.* 40. & *ſeqq. plur. vol.* 4.

## DE CODICILLIS.

### TITULUS XXV.

*Ante Auguſti tempora conſtat codicillorun jus in uſu non fuiße, ſed primus Lucius Lentulu (ex cujus perſona etiam fideicommiſſa (eſſe) cæpe rant) codicillos introduxit. Nam cum decede*

*re*

*ret in Africa, scripsit codicillos testamento confirmatos, quibus ab Augusto petiit per fideicommissum, ut faceret aliquid. Et cum divus Augustus voluntatem ejus implesset, deinceps reliqui ejus auctoritatem sequuti, fideicommissa præstabant: & filia Lentuli legata, quæ jure non debebat, solvit. Dicitur autem Augustus convocasse sapientes viros, interque eos Trebatium quoque, cujus tunc auctoritas maxima erat, & quæsisse, an posset recipi hoc, nec absonans à juris ratione codicillorum usus esset? & Trebatium suasisse Augusto, quod diceret utilissimum & necessariũ hoc civibus esse propter magnas & longas peregrinationes, quæ apud veteres fuissent: ubi si quis testamentum facere non posset, tamen codicillos posset. Post quæ tempora cum & Labeo codicillos fecißet: jam nemini dubium erat, quin codicilli jure optimo admitterentur.*

SUMMARIUM.

Probatio juris veteris & novi, ejusque hic usus.

HÆc partim historiam, partim jus continent; sed quoniam juris professio magis, quam historiæ ad nos pertinet, dico tantũ, jure veteri legata non nisi in testamento relicta vim habuisse. *l. leg.* 36. *de leg.* 2. sed jure novo (quod mirum est à Tribon. in §. 3. *de leg.* indicatum, nec hic nec alibi repetitum esse) etiam in nudis codicillis, id est, nullo etiam testamento firmatis relicta firma esse. Quod Moribus sine controversia est; quia voluntas de qua constat ex ore

duorum vel trium testium, vel sola etiam scriptu[illegible] testatoris servanda est. Vide quæ dixi ad *tit. de te[illegible] ordin.*

§. 1. *Non tantum autem testamento facto po[illegible] test quis codicillos facere, sed (&) intestatus qu[illegible] decedens fideicommittere codicillis potest. Se[illegible] cum ante testamentum factum codicilli facti eran[illegible] Papinianus ait, non aliter vires habere, quam[illegible] speciali postea voluntate confirmentur. Sed di[illegible] Severus & Antoninus rescripserunt, ex iis cod[illegible] cillis, qui testamentum præcedunt, posse fideicom[illegible] missum peti, si appareat eum, qui testamentu[illegible] fecit, à voluntate, quam in codicillis expresse[illegible] rat, non recessisse.*

SUMMARIUM.

Probatio veteris & novi juris | & ratio hujus §.

QUod jure veteri fideicommissa tantum codicilli[illegible] ab intestato relinqui potuerint, dixit & *Paul.i[illegible] l. conficiuntur. 8. D. h. t.* Sed jure novo, aut saltem Moribus etiam legata codicillis ab intestato relinqu[illegible] posse, dixi jam sæpius. Recte autem hic Impp[illegible] Severum & Antoninum dissentire à Papiniano sive fideicommissum sive legatum in codicillis relictum sit, manifestum est. *arg. l. 27. C. de testam. l. 32. §. ult. C. de appel. & c. 1. & 2. ext. de nov. oper. nunt.* atque ita usu receptum esse, testis est. *Vinn.* ad *h. §.*

§. 2. *Codicillis autem hereditas neque dari, neque adimi potest, ne confundatur jus testamen-*

*torum & codicillorum, & ideo nec exheredatio scribi. Directo autem hereditas codicillis neque dari neque adimi potest: nam per fideicommissum hereditas codicillis jure relinquitur. Nec conditionem heredi instituto codicillis adjicere, neque substituere directo (quis) potest.*

SUMMARIUM.

Textus confirmatio, illustratio & ratio, & quid hic Moribus servetur?

QUod & cur non possit directo heres institui vel substitui in codicillis, dicitur itidem in *l.* 10. & 13. §. 1. *D.h.t.* & *l.*2. & 7. *C.eod.* Quod quis in illis non possit exheredari, vel hereditas alicui adimi, traditur etiam in *l. quidam* 27. §. 1. *D.de condit.instit.* & *d.l.*2. *C.h.t.l.non codicill.*14. *C.de testam.* Ratio est in *l.*3. *de R.J.* Junctis legibus superioribus. Quod conditio heredi jam scripto adjici in codicillis nequeat, affirmatur quoque in *l. Divi.*6.*pr.h.t.* Ratio redditur in *d.l.pen.*§. 1. *de condit.instit.* Quinimo heredi pure instituto ne quidem in testamento secundo conditio adjici potest. *l si te* 27. §. 1. *de heredib.instit.* ubi & ratio adjungitur. Sed Moribus Belgii neutrum observatur, quia ultima voluntas testatoris servanda est, præsertim cum hodie codicilli eadem solennitate fiant, qua fiunt testamenta. Vide ea quæ dixi *ad tit. de testam.ordin.* & *Jacob.Coren.consil.*27.

*§. 3. Codicillos etiam plures quis facere potest, & nullam solemnitatem ordinationis desiderant.*

SUM-

SUMMARIUM.

Textus confirmatio uſus & | quæſtiones remiſſive.

HIc §. confirmatur & illuſtratur ex *d.l.6.§1.D.* ... *t.de jure codicill.& l.ult.§.ult.C.eod.* Moribu... noſtris teſtatorem etiam duobus teſtamentis dec... dere poſſe, dixi ſupra *ad lib.2.tit.17.inſt.* An plu... res quam duo vel tres teſtes requiri poſſint, an ſub... ſcriptio teſtatoris & teſtium neceſſaria ſit, vide *a*... *tit.10.de teſtam.ordin.* An plane nulla, an vero fer... nulla ſolennitas in Codicillis requiratur, diſputo a... *h.§.ult.* ubi & *d.§.* poſteriora verba probantur & i... luſtrantur.

INSTI

# INSTITVTIONVM

*Seu Elementorum*

# D. JUSTINIANI

## Sacratissimi Principis

## LIBER TERTIUS.

## *DE HEREDITATIBVS QVÆ AB INTESTATO DEFERVNTVR.*

### TITULUS I.

*INtestatus decedit, qui aut omnino testamentum non fecit, aut non jure fecit: aut id, quod fecerat, ruptum irritumve factum est, aut si ex eo nemo heres extiterit.*

§. 1. *Intestatorum autem hereditates ex lege duodecim tabularum primum ad suos heredes pertinent.*

§. 2. *Sui autem heredes existimantur (ut supra diximus) qui in potestate morientis fuerint: veluti filius filiave, nepos neptisve ex filio, pronepos proneptisve ex nepote ex filio nato prognatus prognatave. Nec interest, utrum naturales sint liberi, an adoptivi. Quibus connumerari necesse*

se est etiam eos, qui ex legitimis quidem (nupti
vel) matrimoniis non sunt progeniti, curiis tame
civitatum dari secundum divalium constitutio
num quæ super his positæ sunt: tenorem, (heredū
suorum jura nanciscuntur. Necnon eos, quos nostr
amplexæ sunt constitutiones, per quas jussimus, (ut)
si quis mulierem in suo contubernio copulaveri
non ab initio affectione maritali, eam tamen, cu
qua poterat habere conjugium, & ex ea liber
sustulerit: postea vero affectione procedente, etian
nuptialia instrumenta cum ea faceret, & filios v
filias habuerit: non solum eos liberos, qui post do
tem editi sunt, justos & in potestate patris esse
sed etiam anteriores, qui & iis qui postea na
sunt, occasionem legitimi nominis præstiterun
Quod obtinere censuimus, & si non progeniti fue
rint post dotale instrumentum confectum liberi
vel etiam nati ab hac luce fuerint subtracti. It
demum tamen nepos neptisve, pronepos prone
ptisve, suorum heredum numero sunt, si præce
dens persona desierit in potestate parentis esse, si
alia ratione, velut emancipatione. Nam
per id tempus, quo quis moritur, filius in po
testate ejus sit: nepos ex eo, suus heres esse no
potest. Idque & in cæteris deinceps libero
rum personis dictum (esse) intelligimus. Post
humi quoque, qui si vivo parente nati es
sent, in potestate (ejus) futuri forent, sui herede
sunt.

§. 3

*§. 3. Sui autem heredes fiunt etiam ignorantes, & licet furiosi sint, heredes possunt existere: quia quibus ex causis ignorantibus nobis acquiritur, ex his causis & furiosis acquiri potest. Et statim morte parentis quasi continuatur dominium, & ideo nec tutoris auctoritate opus est pupillis, cum etiam ignorantibus acquiratur suis heredibus hereditas: nec curatoris assensu acquiritur furioso, sed ipso jure.*

*§. 4. Interdum autem, licet in potestate (parentis) mortis tempore suus heres non fuerit, tamen suus heres parenti efficitur: veluti (si) ab hostibus quis reversus fuerit post mortem patris (sui.) ius enim postliminii hoc facit.*

*§. 5. Per contrarium (autem hoc) evenit, ut licet quis in familia defuncti sit mortis tempore, tamen suus heres non fiat: veluti si post mortem suam pater judicatus fuerit perduellionis reus, ac per hoc memoria ejus damnata fuerit. suum enim heredem habere non potest, cum fiscus ei succedat, sed potest dici ipso (quidem) jure suum heredem esse, sed desinere.*

*§. 6. Cum filius filiave, & ex altero filio nepos neptisve existunt, pariter ad hereditatem (avi) vocantur: nec qui gradu proximior est, ulteriorem excludit. Æquum enim esse videtur, nepotes neptesque in patris sui locum succedere. Pari ratione & si nepos neptisve sit ex filio, & ex nepote pronepos proneptisve, simul vocantur. Et quia placuit nepotes neptisve, item pronepotes*

proneptesve in parentis sui locum succedere: conveniens esse visum est, non in capita, sed in stirpes hereditatem dividi, ut filius partem dimidiam hereditatis habeat, & ex altero filio duo pluresve nepotes alteram dimidiam. Item si ex duobus filiis nepotes neptesve existant, ex altero unus forte aut duo, ex altero tres aut quatuor: ad unum aut duos dimidia pars pertineat, ad tres vel ad quatuor altera dimidia.

§. 7. Cum autem quæritur, an quis suus heres existere possit: eo tempore quærendum est, quo certum est aliquem sine testamento decessisse, quod accidit & destituto testamento. Hac ratione, si filius exheredatus fuerit, & extraneus heres institutus, & filio mortuo, postea certum fuerit heredem institutum ex testamento non fieri heredem, aut quia noluit esse heres, aut quia non potuit, nepos avo suus heres existet: quia quo tempore certum est intestatum decessisse patremfamilias, solus invenitur nepos, & hoc certum est.

§. 8. Et licet post mortem avi natus sit, tamen avo vivo conceptus, mortuo patre ejus, posteaque deserto avi testamento, suus heres efficitur. Plane si & conceptus & natus fuerit post mortem avi: mortuo, patre suo, desertoque postea avi testamento, suus heres avo non existet: quia nullo jure cognationis patrem sui patris attigit. Sed nec ille est inter liberos avi, quem filius emancipatus adoptavit. Hi autem, cum non sint sui (quantum ad hereditatem) liberi, neque bo-

norum

*norum possessionem petere possunt quasi proximi cognati. Hæc de suis heredibus.*

*§. 9. Emancipati autem liberi, jure civili nihil juris habent (neque enim sui heredes sunt, qui in potestate parentis esse desierunt) neque ullo alio jure per legem duodecim tabularum vocantur. sed prætor naturali æquitate motus, dat eis bonorum possessionem* Vnde liberi, *perinde ac si in potestate parentis tempore mortis fuissent, sive soli sint, sive cum suis heredibus concurrant. Itaque duobus liberis existentibus, mancipato uno, & eo qui tempore mortis in potestate fuerit: sane quidem is, qui in potestate fuit, solus jure civili heres est, & solus suus heres. sed cum emancipatus beneficio prætoris in partem admittitur, evenit, ut suus heres pro parte heres fiat.*

*§. 10. At hi, qui emancipati à parente in adoptionem se dederunt, non admittuntur ad bona naturalis partis quasi liberi: si modo, cum is moreretur in adoptiva familia fuerint. Nam vivo eo emancipati ab adoptivo patre, perinde admittuntur ad bona naturalis patris, ac si emancipati ab ipso eßent, nec unquam in adoptiva familia fuiſſet. Et convenienter, quod ad adoptivum patrem pertinet, extraneorem loco esse incipiunt. Post mortem vero naturalis patris emancipati ab adoptivo patre, & quantum ad hunc adoptivum patrem pertinet, que extraneorum loco fiunt: & quantum ad naturalis patris bona pertinet, nihilo magis liberorum*

gradum nanciſcuntur. Quod ideo ſic placuit, quia iniquum erat eſſe in poteſtate patris adoptivi, ad quos bona naturalis patris pertineant, utrum ad liberos ejus, an ad agnatos.

§. 11. *Minus ergo juris habent adoptivi (filii) quam naturales. namque naturales emancipati, beneficio prætoris gradum liberorum retinent, licet jure civili perdant: adoptivi vero emancipati & jure civili perdunt gradum liberorum, & à prætore non admittuntur, & recte. naturalia enim jura civilis ratio perimere non poteſt. nec quia deſinunt ſui heredes eſſe, poſſunt deſinere filii filiæve, aut nepotes nepteſve eſſe. adoptivi vero emancipati, extraneorum loco incipiunt eſſe, quia jus nomenque filii filiæque, quod per adoptionem conſequuti ſunt, alia civili ratione, id eſt, emancipatione, perdunt.*

§. 12. *Eadem hæc obſervantur, & in ea bonorum poſſeſſione, quam contra tabulas teſtamenti parentis liberis præteritis, id eſt, neque heredibus inſtitutis, neque ut oportet exheredatis, prætor pollicetur. Nam eos quidem, qui in poteſtate mortis tempore fuerint, & emancipatos, vocat prætor ad eandem bonorum poſſeſſionem: eos vero, qui in adoptiva familia fuerint per hoc tempus quo naturalis parens moreretur, repellit. Item adoptivos liberos emancipatos ab adoptivo patre, ſicut ab inteſtato, ita longe minus contra tabulas teſtamenti ad bona ejus (non) admittit: quia deſinunt (in) numero liberorum (ejus) eſſe.*

§. 13.

§. 13. *Admonendi tamen sumus, eos, qui in adoptiva familia sunt, quive post mortem naturalis parentis ab adoptivo patre emancipati fuerint: intestato parente naturali mortuo, licet ea parte edicti, qua liberi ad bonorum possessionem vocantur, non admittantur, alia tamen parte vocari, scilicet qua cognati defuncti vocantur. Ex qua parte ita admittuntur, si neque sui heredes liberi, neque emancipati obstent, neque adgnatus quidem ullus interveniat. Ante enim prætor liberos vocat tam suos heredes, quam emancipatos, deinde legitimos heredes, deinde proximos cognatos.*

§. 14. *Sed ea omnia antiquitati (quidem) placuerunt: aliquam autem emendationem à nostra constitutione acceperunt, quam super iis personis composuimus, quæ à patribus suis naturalibus in adoptionem aliis dantur. Invenimus etenim nonnullos casus in quibus filii & naturalium parentum successionem propter adoptionem admittebant, & adoptione facile per emancipationem soluta, ad neutrius patris successionem vocabantur. Hoc solito more corrigentes, constitutionem scripsimus, per quam definimus, quando parens naturalis filium suum adoptandum alii dederit, integra omnia jura ita servari, atque si in patris naturalis potestate permansisset, nec penitus adoptio fuisset subsequuta: nisi in hoc tantummodo casu, ut possit ab intestato ad patris adoptivi venire successionem. Testamento autem ab eo facto: neque*

jure civili, neque prætorio, ex hereditate ejus aliquid persequi potest, neque contra tabulas bonorum possessione agnita, neque inofficiosi querela instituta: cum nec necessitas patri adoptivo imponatur vel heredem eum instituere, vel exheredatum eum facere, utpote nullo vinculo naturali copulatum, neque si ex Sabiniano senatusconsulto ex tribus maribus fuerit adoptatus. Nam & in ejusmodi casu, neque quarta ei servatur, neque ulla actio ad ejus persequutionem ei competit. Nostra autem constitutione exceptus est is, quem parens naturalis adoptandum susceperit. Vtroque enim jure, tam naturali, quam legitimo, in hanc personam concurrente: pristina jura tali adoptioni servamus, quemadmodum si paterfamilias sese dederit adrogandum: quæ specialiter & singulatim ex præfatæ constitutionis tenore possunt colligi.

§. 15. Item vetustas ex masculis progenitos plus diligens solos nepotes vel neptes, qui (quæve) ex virili sexu descendunt, ad suorum vocabat successionem, & jure adgnatorum eos anteponebat: nepotes autem, qui ex filiabus nati sunt, & pronepotes ex neptibus, cognatorũ loco connumerans, post adgnatorũ lineam eos vocabat tam in avi vel proavi materni, quam in aviæ vel proaviæ, sive paternæ, sive maternæ successionem. Divi autem principes non passi sunt talem contra naturam injuriam sine competenti emendatione relinquere : sed cum nepotis & pronepotis nomen commune sit utrisque, tam qui ex masculis quam qui ex fœminis descendunt

*dunt: ideo eundem gradum & ordinem successionis eis donaverunt. Sed ut amplius aliquid sit eis, qui non solum naturæ, sed etiam veteris juris suffragiis muniuntur: portionem nepotum, vel neptum, vel deinceps (de quibus supra diximus) paulo minuendam esse existimaverunt: ut minus tertia parte acciperent, quam mater eorum, vel avia fuerat acceptura, vel pater eorum, vel avus paternus, sive maternus, quando fœmina mortua sit, cujus de hereditate agitur: iisque (licet soli sint) adeuntibus, adgnatos minime vocabant. Et quemadmodum lex duodecim tabularum filio mortuo nepotes, vel neptes, pronepotes vel proneptes in locum patris sui ad successionem avi sui vocat: ita & principalis dispositio in locum matris suæ vel aviæ eos cum jam designata partis tertiæ deminutione vocat.*

*§. 16. Sed nos, cum adhuc dubitatio maneret inter adgnatos & memoratos nepotes, quartam partem substantiæ defuncti adgnatis sibi vindicantibus ex cujusdam constitutionis auctoritate: memoratam quidem constitutionem à nostro Codice segregavimus, neque inseri eam ex Theodosiano Codice in eo concessimus. Nostra autem constitutione promulgata, toti juri ejus derogatum est, & sanximus, talibus nepotibus ex filia, vel pronepotibus ex nepte, & deinceps, superstitibus, adgnatos nullam partem mortui successionis sibi vindicare: ne hi, qui ex transversa linea veniunt, potiores iis habeantur, qui*

recto jure descendunt. Quam constitutionem nostram obtinere secundum sui vigorem & tempora, & nunc sancimus: ita tamen, ut quemadmodum inter filios, & nepotes ex filio antiquitas statuit, non in capita, sed in stirpes dividi hereditatem: similiter nos inter filios & nepotes ex filia, distributionem fieri jubeamus, vel inter omnes nepotes & neptes, & inter pronepotes & proneptes, & alias deinceps personas: ut utraque progenies, matris vel patris, aviæ vel avi, portionem sine ulla deminutione consequatur: ut si forte unus vel duo ex una parte, ex altera tres aut quatuor extens, unus aut duo dimidiam, alteri tres aut quatuor alteram dimidiam hereditatis habeant.

## DE LEGITIMA ADGNATORUM SUCCESSIONE.

### TITULUS. II.

SI nemo suus heres, vel eorum quos inter suos heredes prætor, vel constitutiones vocant, existat, qui successionem quoquo modo amplectatur: tunc ex lege duodecim tabularum ad adgnatum proximum pertinet hereditas.

§. 1. Sunt autem adgnati (ut primo quoque libro tradidimus) cognati per virilis sexus personas cognatione conjuncti, quasi à patre cognati. Itaque (ex) eodem patre nati, fratres, adgnati sibi sunt, qui & consanguinei vocantur: nec requiritur,

*an etiam eandem matrem habuerint. Item patruus fratis filio, & invicem is illi adgnatus est. Eodem numero sunt fratres patrueles, id est, qui ex duobus fratribus procreati sunt, qui etiam consobrini vocantur. Qua ratione etiam ad plures gradus adgnationis pervenire poterimus. Ii etiam qui post mortem patris nascuntur, jura consanguinitatis nanciscuntur. Non tamen omnibus simul adgnatis dat lex hereditatem: sed iis, qui tunc proximiores gradu sunt, cum certum esse cœperit aliquem intestatum decessisse.*

*§. 2. Per adoptionem quoque adgnationis jus consistit: veluti inter filios naturales, & eos, quos pater eorum adoptavit. Nec dubium est, quin improprie consanguinei appellentur. Item siquis ex cæteris adgnatis (tuis), veluti frater, aut patruus, aut deniq; is, qui longiore gradu est, adoptaverit aliquē, adgnatus inter suos heredes esse non dubitatur.*

*§. 3. Cæterum inter masculos quidem adgnationis jure hereditas, etiam si longissimo gradu sint, ultro citroque capitur. Quod ad fœminas vero attinet, ita placebat, ut ipsæ consanguinitatis jure tantum capiant hereditatem, si sorores sint, ulterius non capiant, masculi autem ad earum hereditates (etiam si longissimo gradu sint) admittantur. Qua de causa fratris tui, aut patrui tui filiæ, vel amitæ tuæ hereditas ad te pertinebat: tua vero ad illas non pertinebat. Quod ideo ita constitutum erat, quia commodius videbatur ita jura constitui, ut plerumque hereditates*

*ad masculos confluerent. Sed quia sane iniquum erat, in universum eas quasi extraneas repelli, prætor eas ad bonorum possessionem admitti ea parte, qua proximitatis nomine bonorum possessionem pollicetur, ex qua parte ita scilicet admittuntur, si neque adgnatus ullus, neque proximior cognatus interveniat. Et hæc quidem lex duodecim tabularum nullo modo introduxit, sed simplicitatem legibus amicam amplexa, simili modo omnes adgnatos, sive masculos, sive fœminas, cujuscunque gradus, ad similitudinem suorum invicem ad successionem vocabat. Media autem jurisprudentia, quæ erat quidem lege duodecim tabularum junior, imperiali autem dispositione anterior: subtilitate quadam excogitata, præfatamdiffrentiam inducebat, & penitus eas à successione adgnatorum repellebat: omni alia successione incognita, donec prætores paulatim asperitatem juris civilis corrigentes, sive quod deerat, implentes, humano proposito alium ordinem suis edictis addiderunt: & cognationis linea proximitatis nomine introducta, per bonorum possessionem, eas adjuvabant, & pollicebantur his bonorum possessionem, quæ* unde cognati *appellatur. Nos vero, legem duodecim tabularum sequentes, & ejus vestigia in hac parte conservantes, laudamus quidem prætores suæ humanitatis, non tamen eos in plenum (huic) causæ mederi invenimus. Quare etenim uno eodemque gradu naturali concurrente & adgnationis titu-*

titulis, tam in masculis, quam in fœminis æqua lance constitutis, masculis quidem dabatur ad successionem venire omnium adgnatorum: ex adgnatis autem mulieribus nulli penitus, nisi soli sorori, ad adgnatorum successionem patebat aditus? Ideo (nos) in plenum omnia reducentes, & ad jus duodecim tabularum eandem dispositionem exæquantes, nostra constitutione sancimus omnes legitimas personas, id est, per virilem sexum descendentes (sive masculini generis, sive fœmini sint) simili modo ad jura successionis legitimæ ab intestato vocari secundum sui gradus prærogativam: nec ideo excludendas, quia consanguinitatis jura, sicut germanæ non habent.

§. 4. Hoc etiam addendum nostræ constitutioni existimavimus, ut transferatur unus tantummodo gradus à jure cognationis in legitimam successionem: ut non solum fratris filius & filia (secundum quod jam definivimus) ad successionem patris sui vocentur: sed etiam germanæ consanguineæ, vel sororis uterinæ filius & filia soli, & non deinceps personæ una cum his ad jura avunculi sui perveniant: & mortuo eo, qui patruus quidem est sui fratris filiis, avunculus autem sororis suæ soboli, simili modo ab utroq; latere succedant, tanquam si omnes ex masculis descendentes, legitimo jure veniant, scilicet ubi frater & soror superstites non sunt. His etenim personis præcedentibus & successionem admittentibus, cæteri gradus remanent penitus semoti, vide-

licet hereditate in stirpes, sed in capita dividenda.

§. 5. Si plures sint gradus adgnatorum aperte lex duodecim tabularum proximum vocat. Itaque si (verbi gratia) sint defuncti frater & alterius fratris filius, aut patruus: frater potior habetur. Et quamvis singulari numero usa lex (duodecim tabularum) proximum vocet, tamen dubium non est, quin, si plures sint ejusdem gradus, omnes admittantur. Nam & proprie proximus ex pluribus gradibus intelligitur & tamen non dubium est, quin licet unus sit gradus adgnatorum, pertineat ad eos hereditas.

§. 6. Proximus autem, si quidem nullo testamento facto quisquam decesserit, per hoc tempus requiritur, quo mortuus est is, cujus de hereditate quæritur. Quod si facto testamento quisquam decesserit, per hoc tempus requiritur, quo certum esse cœperit, nullum ex testamento heredem exstiturum, tunc enim proprie quisque intestatus decessisse intelligitur. Quod quidem aliquando longo tempore declaratur. In quo spatio temporis sæpe accidit, ut proximiore mortuo, proximus esse incipiat, qui moriente testatore non erat proximus.

§. 7. Placebat autem in eo genere percipiendarum hereditatum successionem non esse: id est, ut quamvis proximus, qui secundum ea, quæ diximus, vocatur ad hereditatem, aut spreverit he-

re-

*editatem, aut antequam adeat, decesserit: nihilo nagis legitimo jure sequentes admittantur. Quod iterum prætores imperfecto jure corrigentes, non in totum sine adminiculo relinquebant, sed ex cognatorum ordine eos vocabant, utpote adgnationis jure eis recluso. Sed nos nihil perfectißimo juri deesse cupientes, nostra constitutione, quam de jure patronatus, humanitate suggerente, protulimus, (sancimus) successionem in adgnatorum hereditatibus non esse eis denegandam: cum satis absurdum erat, quod cognatis à prætore apertum est, hoc adgnatis eße reclusum, maxime cum in onere quidem tutelarum & primo gradu definiente, sequens succedit: & quod in onere obtinebat, non erat in lucro permißum.*

§. 8. *Ad legitimam successionem nihilominus vocatur etiam parens, qui contracta fiducia filium vel filiam, nepotem vel neptem, ac deinceps emancipat. quod ex nostra constitutione omnino inducitur, ut emancipationes liberorum semper videatur quasi contracta fiducia fieri, cum apud veteres non aliter hoc obtinebat, nisi specialiter contracta fiducia parens manumisisset.*

DE

# DE SENATVSCONSVLTO TERTVLLIANO.

## TITULUS. III.

LEx duodecim tabularum ita stricto jure utebatur, & præponebat masculorum progeniem, & eos, qui per fœmini sexus necessitudinem sibi junguntur, adeo expellebat, ut ne quidem inter matrem & filium filiamve ultro citroque hereditatis capiendæ jus daret, nisi quod prætores ex proximitate cognatorum eas personas ad successionem, bonorum possessione, unde cognati adcommodata vocabant.

§. 1. Sed hæ juris angustiæ postea emendatæ sunt, Et primus quidem divus Claudius matri, ad solatium liberorum amissorum, legitimam eorum detulit hereditatem.

§. 2. Postea autem senatusconsulto Tertulliano quod divi Hadriani temporibus factum est, plenissime de tristi successione matri, non etiam aviæ deferenda, cautum est: ut ingenua trium liberorum jus habens, libertina quatuor ad bona filiorum filiarumve admittatur intestato mortuorum, licet in potestate parentis sit, scilicet cum alieno juri subjecta est, jussu ejus adeat (hereditatem,) cujus juri subjecta est.

§. 3.

*§. 3. Præferuntur autem matri liberi defuncti, qui sui sunt, quive suorum loco sunt, sive primi gradus, sive ulterioris. Sed & filiæ suæ mortuæ filius vel filia præponitur ex constitutionibus matri defunctæ, id est, aviæ suæ. Pater vero utriusque, non etiam avus & proavus matri anteponitur, scilicet cum inter eos solos de hereditate agitur. Frater autem consanguineus tam filii, quam filiæ excludebat matrem: soror autem consanguinea pariter cum matre admittebatur. Sed si fuerant frater & soror consanguinei, & mater liberis onerata: frater quidem matrem excludebat, communis autem erat hereditas ex æquis partibus fratribus & sororibus.*

*§. 4. Sed nos constitutione, quam in Codice nostro nomine decorato posuimus, matri subveniendum esse existimavimus, respicientes ad naturam & puerperium, & periculum, & sæpe mortem ex hoc casu matribus illatam. Ideoque impium esse credimus, casum fortuitum in ejus admitti detrimentum. si enim ingenua ter, vel libertina quater non peperit, immerito defraudabatur successione suorum liberorum: quid enim peccavit, si non plures sed paucos peperit? Et dedimus jus legitimum plenum matribus (sive libertinis) etsi non ter enixæ fuerint vel quater, sed eum tantum vel eam, qui quæve morte intercepti sunt, ut sic vocentur in liberorum suorum legitimam successionem.*

*§. 5. Sed cum antea constitutiones jura legi-*

gitimæ successionis perscrutantes, partim matrem adjuvabant, partim eam prægravabant, nec in solidum eam vocabant, sed in quibusdam casibus tertiam ei partem abstrahentes, certis legitimis dabant personis, in aliis autem contrarium faciebant, nobis visum est recta & simplici via matrem omnibus personis legitimis anteponi, & sine ulla deminutione filiorum suorum successionem accipere, excepta fratris & sororis persona, sive consanguinei sint, sive sola cognationis jura habentes, ut quemadmodum eam toti alii ordini legitimo præposuimus, ita omnes fratres & sorores, sive legitimi sint, sive non, ad capiendas hereditates simul vocemus, ita tamen ut si quidē solæ sorores adgnatæ vel cognatæ, & mater defuncti vel defunctæ supersint, dimidiam quidem mater, alteram vero dimidiam partem omnes sorores habeant. Si vero matre superstite & fratre, vel fratribus solis, vel etiam cum sororibus, sive legitima, sive sola cognationis jura habentibus, intestatus quis vel intestata moriatur, in capita distribuatur ejus hereditas.

§. 6. Sed quemadmodum nos matribus prospeximus, ita eas oportet suæ soboli consulere: scituris eis, quod si tutores liberis non petierint, vel in locum remoti vel excusati, intra annum petere neglexerint, ab eorum impuberum morientium successione merito repellentur.

§. 7. Licet autem vulgo quæsitus sit filius

fi-

*filiave, potest (tamen) ad bona ejus mater ex Tertulliano senatusconsulto admitti.*

## *DE SENATVSCONSVLTO ORPHITIANO.*

### TITULUS. IV.

*PEr contrarium autem liberi ad bona matrum intestatarum admittuntur ex senatusconsulto Orphitiano, quod Orphitio & Rufo consulibus effectum est, divi Marci temporibus, & data est tam filio quam filiæ legitima hereditas, etiam si alieno juri subjecti sint, & præferuntur consanguineis & adgnatis defunctæ matris.*

*§. 1. Sed cum ex hoc senatusconsulto nepotes (& neptes) ad aviæ successionem legitimo jure non vocarentur, postea hoc constitutionibus principalibus emendatum est, ut ad similitudinem filiorum filiarumque, & nepotes & neptes vocentur.*

*§. 2. Sciendum autem est hujusmodi successiones, quæ ex Tertulliano & Orphitiano senatusconsultis deferuntur, capitis deminutione non perimi, propter illam regulam, qua novæ hereditates legitimæ capitis deminutione non pereunt, sed illæ solæ, quæ ex lege duodecim tabularum deferuntur.*

*§. 3. Novissime sciendum est, etiam illos liberos, qui vulgo quæsiti sunt, ad matris heredi-*

ta-

*tatem ex hoc senatusconsulto admitti.*

§. 4. *Si ex pluribus legitimis heredibus qui-dam omiserint hereditatem, vel morte, vel ali- causa impediti fuerint, quominus adeant: reli- quis, qui adierint, adcrescit illorum portio, & li- cet ante decesserint, ad heredes tamen eorum per- tinet.*

## DE SVCCESSIONE COGNATORVM.

### TITULUS. V.

POst *suos heredes, eosque quos inter suos here- des prætor & constitutiones vocant, & post le- gitimos (quo numero sunt adgnati, & hi, quos i- locum adgnatorum tam supradicta senatusconsul- ta, quam nostra erexit constitutio) proximos co- gnatos prætor vocat.*

§. I. *Qua parte naturalis cognatio spectatur- nam adgnati capite deminuti, quique ex his proge- niti sunt, ex lege duodecim tabularum inter legi- timos non habentur, sed à prætore tertio ordine vo- cantur, exceptis solis tantummodo fratre & soror- emancipatis, non etiam liberis eorum, quos le- Anastasiana cum fratribus integri juris consti- tutis, vocat quidem ad legitimam fratris heredita- tem, sive sororis: non æquis tamen partibus, sed cum aliqua deminutione, quam facile est ex ipsius con- stitutionis verbis colligere. Aliis vero adgna-*

t

*is inferioris gradus, licet capitis deminutionem passi non sunt, tamen anteponit eos, & proculdubio cognatis.*

*§. 2. Eos etiam, qui per fœminini sexus personas ex transverso cognatione junguntur, tertio gradu proximitatis nomine prætor ad successionem vocat.*

*§. 3. Liberi quoque, qui in adoptiva familia sunt, ad naturalium parentum hereditatem hoc eodem gradu vocantur.*

*§. 4. Vulgo quæsitos, nullos habere adgnatos, manifestum est: quum adgnatio à patre sit, cognatio à matre, hi autem nullum patrem habere intelligantur. Eadem ratione ne inter se quidem possunt videri consanguinei esse: quia consanguinitatis jus species est adgnationis. Tantum ergo cognati sunt sibi, sicut & matri cognati sunt. Itaque omnibus istis (ex) ea parte competit bonorum poßessio, qua proximitatis nomine cognati vocantur.*

*§. 5. Hoc loco & illud neceßario admonendi sumus: adgnationis quidem jure admitti aliquem ad hereditatem, etsi decimo gradu sit: sive de lege duodecim tabularum quæramus, sive de edicto, quo prætor legitimis heredibus daturum se bonorum possessionem pollicetur. Proximitatis vero nomine iis solis prætor promittit bonorum possessionem, qui usque ad sextum gradum cognationis sunt, & ex septimo sobrino sobrinaque nato natave.*

# DE GRADIBVS COGNATIONVM.

## TITULUS. VI.

HOc loco necessarium est exponere, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Quare in primis admonendi sumus, cognationem aliam supra numerari, aliam infra, aliam ex transverso, quæ etiam à latere dicitur. Superior cognatio est parentum, inferior liberorum, ex transverso fratrum sororumve, & eorum qui quave ex his generantur, & convenienter patrui, amitæ, avunculi, materteræ. Et superior quidem & inferior cognatio à primo gradu incipit; at ea quæ ex transverso numeratur, à secundo.

1. §. Primo gradu est supra pater, mater infra filius, filia.

2. §. Secundo (gradu) supra avus, avia: infra nepos, neptis: ex transverso, frater, soror.

3. §. Tertio (gradu) supra proavus, proavia: infra pronepos proneptis: ex transverso fratres sororisque filius, filia: & convenienter patruus, amita, avunculus, matertera. Patruus est frater patris, qui Græce πατράδελφος appellatur. Avunculus est frater matris, qui Græce μητράδελφος dicitur. & uterque promiscue θεῖος appelletur: amita est patris soror, (quæ Græce πατραδέλφη appellatur.) Matertera vero

*matris soror, (quæ Græce* μητραδέλφη *dicitur,) & utraque promiscue* θεία *appellatur.*

4. §. *Quarto (gradu) supra abavus, abavia: infra abnepos, abneptis: ex transverso fratris sororisque nepos neptisve: & convenienter patruus magnus, amita magna, id est, avi frater & soror, item avunculus magnus, & matertera magna, id est, aviæ frater & soror; consobrinus, consobrina, id est, qui quæve ex sororibus aut fratribus procreantur. Sed quidam recte consobrinos eos proprie dici putant, qui ex duabus sororibus progenerantur, quasi consororinos. eos vero, qui ex duobus fratribus progenerantur, proprie fratres patrueles vocari. Si autem ex duobus fratribus filiæ nascantur, sorores patrueles appellari. At eos, qui ex fratre & sorore progenerantur, amitinos proprie dici (putant). Amitæ tuæ filii, consobrinum te appellant, tu illos amitinos.*

5. §. *Quinto (gradu) supra adavus, adavia: infra adnepos, adneptis: ex transverso fratris sororisque pronepos, proneptis: & convenienter propatruus, proamita, id est, proavi frater & soror: (&) proavunculus & promatertera, id est, proaviæ frater & soror. Item fratris patruelis, vel sororis patruelis, consobrini & consobrinæ, amitini & amitinæ filius filia, propius sobrino, propius sobrina. hi sunt patrui magni, amitæ magnæ, avunculi magni, materteræ magnæ filius filia.*

6. §. *Sexto (gradu) supra tritavus, tritavia:*

infra trinepos trineptis: ex transverso fratris sororisque abnepos, abneptis: & convenienter abpatruus, abamita, id est, abavi frater & soror: abavunculus, abmatertera, id est, abaviæ frater & soror. (item propatrui, proamitæ, proavunculi promaterteræ filius filia. item propius sobrino sobrinave filius filia:) item sobrini, sobrinæ, id est qui quæve ex fratribus vel sororibus patruelibus vel consobrinis vel amitinis progenerantur.

§. 7. Hactenus ostendisse sufficiat, quemadmodum gradus cognationis numerentur. Nam quæ ex his palam est intelligere, quemadmodum ulteriores quoque gradus numerare debeamus: quippe semper generata persona gradum adjicit, ut longe facilius sit respondere, quoto quisque gradu sit, quam propria cognationis appellatione quenquam denotare.

§. 8. Adgnationis quoque gradus eodem modo numerantur.

§. 9. Sed cum magis veritas oculata fide quam per aures animis hominum infigatur, ideo necessarium duximus post narrationem graduum eos etiam præsenti libro inscribi, quatenus possint & auribus, & oculorum inspectione adolescentes perfectissimam graduum doctrinam adipisci.

DE

## DE SERVILI COGNATIONE.

### TITULUS. VII.

*Illud certum est, ad serviles cognationes illam partem edicti, qua proximitatis nomine bonorum possessio promittitur, non pertinere: nam nec ulla antiqua lege talis cognatio computabatur. Sed nostra constitutione, quam pro jure patronatus fecimus (quod jus usque ad nostra tempora satis obscurum, atque nube plenum & undique confusum fuerat) & hoc humanitate suggerente concessimus, ut si quis in servili constitutus consortio, liberum vel liberos habuerit, sive ex libera, sive ex servilis conditionis muliere, vel contra serva mulier ex libero vel servo habuerit liberos cujuscũque sexus: & ad libertatem his pervenientibus, ii, qui ex servili ventre nati sunt, libertatem meruerint, vel dum mulieres liberæ erant, ipsi in servitute eos habuerint, & postea ad libertatem pervenerint, ut hi omnes ad successionem patris vel matris veniant, patronatus jure in hac parte sopito. Hos enim liberos non solum in suorum parentum successionem, sed etiam alterum in alterius successionem mutuam vocavimus, ex illa lege specialiter eos vocantes, sive soli inveniantur, qui in servitute nati, & postea manumissi sunt: sive una cum aliis, qui post libertatem parentum concepti sunt, sive ex*

*eodem patre, sive ex eadem matre, sive ex ali nuptiis, ad similitudinem eorum, qui ex justis nu ptiis procreati sunt.*

*§. 1. Repetitis itaque omnibus, quæ jam tradidimus, apparet non semper eos, qui paren gradum cognationis obtinent, pariter vocari. eoqu amplius, ne eum quidem, qui proximior sit cogna tus, semper potiorem esse. Cum enim prima caus sit suorum heredum, & eorum, quos inter sui heredes enumeravimus, apparet pronepotem v abnepotem defuncti potiorem esse, quam fra trem aut patrem matremque defuncti: cum a lioqui pater quidem & mater (ut supra quoqu tradidimus) primum gradum cognationis ob tineant, frater vero secundum, pronepos au tem tertio gradu sit cognationis, & abne pos quarto. Nec interest, in potestate morien tis fuerit, an non, quod vel emancipatus, vel e emancipato, aut ex fœmineo sexu propagatus es Amotis quoque suis heredibus, & quos inter su heredes vocari diximus: adgnatus, qui integru jus habet adgnationis, etiam si longißimo grad sit, plerumque potior habetur, quam proximi cognatus. Nam patrui nepos vel pronepos a vunculo vel matertera præfertur. Totiens igit dicimus aut potiorem haberi eum, qui proximi rem gradum cognationis obtinet, aut pariter vo cari eos, qui cognati sunt, quotiens neque suoru heredum, quique inter suos heredes sunt, neq*

*ad*

adgnationis (jure), aliquis præferri debeat, secundum ea quæ tradidimus: exceptis fratre & sorore emancipatis, qui ad successionem fratrum vel sororum vocantur, qui etsi capite deminuti sunt, tamen præferuntur cæteris ulterioris gradus adgnatis.

## DE SVCCESSIONE LIBERTORVM.

### TITULUS. VIII.

NVnc de libertorum bonis videamus. Olim itaque licebat liberto patronum suum impune testamento præterire, nam ita demum lex duodecim tabularum ad hereditatem liberti vocabat patronum, si intestatus mortuus esset libertus, herede suo nullo relicto. Itaque intestato mortuo liberto, si is suum heredem reliquisset, patrono nihil in bonis ejus juris erat. Et si quidem ex naturalibus liberis aliquem suum heredem reliquisset, nulla videbatur querela, si vero adoptivus filius fuisset, aperte iniquum erat, nihil juris patrono superesse.

§. I. Qua de causa postea prætoris edicto hæc juris iniquitas emendata est: sive enim faciebat testamentum libertus, jubebatur ita testari, ut patrono partem dimidiam bonorum suorum relinqueret, & si aut nihil, aut minus parte dimidia reliquerat, dabatur patrono contra tabulas testa-

menti patris dimidiæ bonorum possessio. Sive in- testatus moriebatur suo herede relicto filio adoptivo, dabatur æque patrono contra hunc suum heredem, patris dimidiæ bonorum possessio. Prodesse autem liberto solebant ad excludendum patronum naturales liberi, non solum quos in potestate mortis tempore habebat; sed etiam emancipati, & in adoptionem dati, si modo ex aliqua parte scripti heredes erant, aut præteriti contra tabulas, bonorum possessionem ex edicto (prætorio) petierant: nam exheredati nullo modo repellebant patronum.

§. 2. Postea (vero) lege Papia adaucta sunt jura patronorum, qui locupletiores libertos habebant. Cautum est enim, ut ex bonis ejus qui sestertium centum millium patrimonium reliquerat & pauciores, quam tres liberos habebat, sive is testamento facto, sive intestatus mortuus erat, virilis pars patrono deberetur. Itaque cum unum (quidem) filium filiamve heredem reliquerat libertus, perinde pars dimidia debebatur patrono, ac si is sine ullo filio filiave intestatus decessisset, cum (vero) duos duasve heredes reliquerat, tertia pars debebatur patrono, si tres reliquerat, repellebatur patronus.

§. 3. Sed nostra constitutio, quam pro omni natione, Græca lingua compendioso tractatu habito composuimus, ita hujusmodi causam definivit, ut si quidem libertus vel liberta minores centenariis sint, id est, minus centum

aurei

aureis habeant substantiam (sic enim legis Papiæ summam interpretati sumus, ut pro mille sestertiis unus aureus computetur) nullum locum habeat patronus in eorum successione: si tamen testamentum fecerint. Sin autem intestati decesserint, nullo liberorum relicto, tunc patronatus jus (quod erat ex lege duodecim tabularum) integrum reservavit. Cum vero majores centenariis sint, si heredes vel bonorum possessores liberos habeant, sive unum, sive plures, cujuscunque sexus vel gradus: ad eos successiones parentum deduximus, patronis omnibus modis una cum sua progenie semotis. Sin autem sine liberis decesserint, si quidem intestati, ad omnem hereditatem patronos patronasq; vocavimus. si vero testam. quidem fecerint, patronos autẽ aut patronas præterierint, cum nullos liberos haberent, vel habentes eos exheredaverint, vel mater sive avus maternus eos præterierint, ita quod non possint argui inofficiosa eorum testamenta, tunc ex nostra constitutione per bonorum possessionem contra tabulas, non dimidiam (ut antea) sed tertiam partem bonorum liberti consequãtur, vel quod deest, eis ex constitutione nostra repleatur, si quando minus tertia parte bonorum suorum libertus vel liberta eis reliquerit: ita sine onere, ut nec liberis liberti libertæve ex ea patre legata vel fideicommissa præstentur, sed ad coheredes eorum hoc onus redundet, multis aliis casibus à nobis in præfata constitutione congregatis, quos necessarios esse ad hujusmodi dispositionem juris perspeximus,

*mus, ut tam patroni patronæque, quam liberi eorum, nec non qui ex transverso latere veniunt usque ad quintum gradum ad successionem libertorum libertarumve vocentur, sicut ex ea constitutione intelligendum est, & si ejusdem patroni vel patronæ, vel duorum duarumque pluriumve liberi sint, qui proximior est ad liberti vel libertæ vocetur successionem, & in capita non in stripes dividatur successio eodem modo & in iis, qui ex transverso latere veniunt, servando. Pæne enim consonantia jura ingenuitatis & libertinitatis in successionibus fecimus.*

§. 4. *Sed hæc de iis libertinis hodie dicenda sunt, qui in civitatem Romanam pervenerunt cum nec sint alii liberti, simul & Dedititiis & Latinis sublatis, cum Latinorum legitimæ successiones nullæ penitus erant, quia licet ut liberi vitam suam peragebant, attamen ipso ultimo spiritu simul animam atque libertatem amittebant, & quasi servorum bona eorum jure quodammodo peculii ex lege Iunia (Norbana) manumissores detinebant. Postea vero senatusconsulto Largiano cautum fuerat, ut liberi manumissoris non nominatim exheredati facti, extraneis heredibus eorum in bonis Latinorum præponerentur. Quibus etiam supervenit divi Trajani edictum, quod eundem hominem, si invito vel ignorante patrono ad civitatem Romanam venire ex beneficio principis festinarat, faciebat quidem vivum civem Romanum, Lati-*

num

[n]um vero morientem. Sed nostra constitutione [p]ropter hujusmodi conditionum vices & alias [d]ifficultates, cum ipsis Latinis etiam legem Iu[n]iam, & senatusconsultum Largianum, & e[d]ictum divi Trajani, in perpetuum deleri cen[s]uimus: ut omnes liberti civitate Romana fru[a]ntur, & mirabili modo quibusdam adjectio[n]ibus ipsas vias, quæ in Latinitatem ducebant, [a]d civitatem Romanam capiendam transposui-mus.

## DE ADSIGNATIONE LIBERTORUM.

### TITULUS. IX.

IN summa (quod ad bona libertorum (attinet)) admonendi sumus, censuisse senatum, ut quamvis ad omnes patroni liberos, qui ejusdem gradus sunt, æqualiter bona libertorum pertineant: tamen licere parenti, uni ex liberis adsignare libertum, ut post mortem ejus solus is patronus habeatur, cui adsignatus est, & cæteri, qui ipsi quoque ad eadem bona, nulla adsignatione interveniente pariter admitterentur, nihil juris in his bonis habeant, sed ita demum pristinum jus recipiant, si is, cui adsignatus est, decesserit nullis liberis relictis

§. 1. Nec tantum libertum, sed etiam libertam, & non tantum filio nepotive, sed etiam nep-

tave

tive adsignare permittitur.

§. 2. Datur autem hæc adsignandi facultas ei, qui duos pluresve liberos in potestate habebit, ut eis, quos in potestate habet, adsignare libertum libertamve liceat. Vnde quærebatur si eum, cui adsignavit, postea emancipaverit num evanescat adsignatio? Sed placuit evanescere, quod & Iuliano & aliis plerisque visum est.

§. 3. Nec interest, (an) testamento quis adsignet, an sine testamento, sed etiam quibuscunque verbis patronis hoc permittitur facere, ex ipso senatusconsulto, quod Claudianis temporibus factum est, Sabellio Rufo & Asterio Scapula consulibus.

## DE BONORVM POSSESSIONIBVS.

### TITULUS. X.

IVs bonorum possessionis introductum est à prætore emendandi veteris juris gratia. Nec solum in intestatorum hereditatibus vetus jus eo modo prætor emendavit, sicut supra dictum est, sed in eorum quoque, qui testamento facto decesserint. Nam si alienus posthumus heres fuerit institutus quamvis hereditatem jure civili adire non poterat, cum institutio non valebat, honorario tamen jure bonorum possessor efficiebatur, videlicet

cum

*um à prætore adjuvabatur. sed & is à nostra constitutione hodie recte heres instituitur, quasi & jure civili non incognitus. Aliquando tamen, neque emendandi, neque impugnandi veteris juris, sed magis confirmandi gratia (prætor) pollicetur bonorum possessionem. Nam illis quoque, qui recte testamento facto heredes instituti sunt, dat secundum tabulas bonorum possessionem. Item ab intestato suos heredes, & adgnatos ad bonorum possessionem vocat. Sed & remota quoque bonorum possessione, ad eos pertinet hereditas jure civili.*

*§. 2. Quos autem solus vocat prætor ad hereditatem, heredes quidem ipso jure non fiunt, nam prætor heredem facere non potest: per legem enim tantum, vel similem juris constitutionem heredes fiunt, veluti per senatusconsulta, & constitutiones principales: sed cum eis prætor dat bonorum possessionem, loco heredum constituuntur, & vocantur bonorum possessores. Adhuc autem & alios complures gradus prætor fecit in bonorum possessionibus dandis, dum id agebat, ne quis sine successore moreretur. Nam angustissimis finibus constitutum per legem duodecim tabularum jus percipiendarum hereditatum, prætor ex bono & æquo dilatavit.*

*§. 3. Sunt autem bonorum possessiones ex testamento quidem hæ. Prima, quæ præteritis liberis datur, vocaturque* contra tabulas. *Secunda quam omnibus jure scriptis heredibus præ-*

*tor*

*tor pollicetur, ideoque vocatur* ſecundum tabu-
las. *Et cum de teſtamentis prius locutus eſt,*
*ad inteſtatos tranſitum fecit. Et primo lo-*
*ſuis heredibus, & iis, qui ex edicto prætoris int-*
*ſuos heredes connumerantur, dat bonorum po-*
*ſeſſionem, quæ vocatur* unde liberi. *Secundo*
*legitimis heredibus. Tertio, decem perſonis, qu-*
*extraneo manumiſsori præferebat. ſunt aute-*
*decem perſonæ hæ: pater, avus, avia tam pate-*
*ni, quam materni: item filius, filia, nepos, nep-*
*tis, tam ex filio, quam ex filia: frater, ſororve*
*conſanguinei, vel uterini. Quarta, cognatis pro-*
*ximis. Quinto,* tanquam ex familia. *Sexto*
*patrono patronæque, liberiſque eorum, & paren-*
*tibus. Septimo, viro & uxori. Octavo, cogna-*
*tis manumiſsoris.*

§. 4. *Sed eas quidem prætoria introduxit ju-*
*riſdictio: à nobis tamen nihil incurioſum præter-*
*miſsum eſt, ſed noſtris conſtitutionibus omni-*
*corrigentes, contra tabulas quidem & ſecundum*
*tabulas bonorum poſſeſſiones admiſimus, utpote ne-*
*ceſſarias conſtitutas: nec non ab inteſtato* unde li-
beri et unde legitimi *bonorum poſſeſſiones. Qu-*
*autem in prætoris edicto quinto loco poſita fuerat, i-*
*eſt,* unde decem perſonæ, *eam pio propoſito, &*
*compendioſo ſermone ſupervacuam oſtendimus.*
*Cum enim præfata bonorum poſſeſſio decem per-*
*ſonas præponebat extraneo manumiſſori: no-*
*ſtra conſtitutio, quam de emancipatione libero-*
*rum*

*rum fecimus, omnibus, eiſdemque manumiſſoribus contracta fiducia manumiſſionem facere dedit: ut ipſa manumiſſio eorum hoc in ſe habeat privilegium, & ſupervacua fiat ſupradicta bonorum poſſeſſio. Sublata igitur prædicta quinta bonorum poſſeſſione, in gradum ejus ſextam antea bonorum poſſeſſionem induximus, & quintam fecimus, quam prætor proximis cognatis pollicetur. Cumque antea fuerat ſeptimo loco bonorum poſſeſſio* tantum ex familia, *& octavo* unde patroni patronæque et parentes eorum: *utramque per conſtitutionem noſtram, quam de iure patronatus fecimus, penitus evacuavimus. Cum enim ad ſimilitudinem ſucceſſionis ingenuorum, libertinorum ſucceſſiones poſuimus, quas uſque ad quintum gradum tantummodo coarctavimus, ut ſit aliqua inter ingenuos & libertinos differentia: ſufficit eis tam contra tabulas bonorum poſſeſſio, quam* unde legitimi & unde cognati, *ex quibus poſſunt ſua jura vindicare, omni ſcrupuloſitate & inextricabili errore iſtarum duarum bonorum poſſeſſionum reſoluta. Aliam vero bonorum poſſeſſionem, quæ* unde vir et uxor *appellatur, & nono loco inter veteres bonorum poſſeſſiones poſita fuerat, & in ſuo vigore ſervavimus, & altiore loco, id eſt, ſexto eam poſuimus: decima quoque bonorum poſſeſſione, quæ erat* unde cognati manumiſſoris *propter cauſas enumeratas merito ſublata: ut ſex tantummodo bonorum poſſeſſiones ordinariæ*

per-

permaneant, suo vigore pollentes. Septin eas secuta, quam optima ratione prætores intr duxerunt. Novissime enim promittitur edic iis etiam bonorum possessio, quibus ut detur, leg vel senatusconsulto, vel constitutione comprehen sum est: quam neque bonorum possessionibus, qu ab intestato veniunt, neque iis, quæ ex testamen to sunt, prætor stabili jure connumeravit sed quasi ultimum & extraordinarium auxi lium (prout res exegit) accommodavit, scil cet iis qui ex legibus, senatusconsultis, const tutionibusve principum, ex novo jure, vel e testamento, vel ab intestato veniunt. Cum ig tur plures species successionum prætor intr duxisset, easque per ordinem disposuisset: C in unaquaque specie successionis sæpe plures ex stent dispari gradu personæ: ne actiones credi torum differrentur, sed haberent quos conven rent, & ne facile in possessionem bonoru defuncti mitterentur, & eo modo sibi consu lerent: ideo petendæ bonorum possessioni cer tum tempus præfinivit. Liberis itaque & paren tibus, tam naturalibus quam adoptivis in petenc bonorum possessione anni spatium, cæteris (au tem) adgnatis, vel cognatis centum dierum de dit.

§. 5. Et si intra hoc tempus aliquis bonoru possessionem non petierit, ejusdem gradus pers sonis adcrescit: vel si nullus sit, deinceps cæt ris bonorum possessionem perinde ex successor

ed

edicto pollicetur, ac si is, qui praecedebat, ex eo numero non eßet. Si quis itaque delatam sibi bonorum possessionem repudiaverit, non quousque tempus bonorum possessioni praefinitum excesserit, expectatur, sed statim caeteri ex eodem edicto admittuntur. In petenda autem bonorum possessione dies utiles singuli considerantur.

§. 6. Sed bene anteriores principes & huic causae providerunt, ut quis pro petenda bonorum possessione curet, sed quocunque modo admittentis eam judicium (intra statuta tamen tempora) ostenderit, plenum habeat earum beneficium.

## DE ADQUISITIONE PER ADROGATIONEM.

### TITULUS XI.

EST & alterius generis per universitatem successio, quae neque lege duodecim tabularum, neque praetoris edicto, sed eo jure, quod consensu receptum est, introducta est.

§. 1. Ecce enim cum paterfamilias sese in adrogationem dat, omnes res ejus corporales & incorporales, quaeque ei debitae sunt, adrogatori antea quidem pleno jure adquirebantur: exceptis iis, quae per capitis deminutionem pereunt, quales sunt operarum obligationes, & jus adgnationis. Usus enim & ususfructus, licet his antea connumerabantur, attamen capitis deminutione minima

eos tolli prohibuit nostra constitutio.

§. 2. Nunc autem nos eandem adquisiti nem, quæ per adrogationem fiebat, coarctavim ad similitudinem naturalium parentum. Nil enim aliud, nisi tantummodo usufructus tam n turalibus parentibus quam adoptivis per filios f miliarum adquiritur in iis rebus, quæ extrinsec filiis obveniunt, dominio eis integro servat. Mortuo autem filio adrogato, in adoptiva fam lia, etiam dominium (rerum) ejus ad adrogatore pertransit, nisi supersint aliæ personæ, quæ ex co stitutione nostra patrem in iis, quæ adquiri n possunt, antecedant.

§. 3. Sed ex diverso, pro eo, quod is debi qui se in adoptionem dedit, ipso quidem jure a rogator non tenetur, sed nomine filii convenitu & si noluerit eum defendere, permittitur credit ribus per competentes nostros magistratus bona quæ ejus cum usufructu futura fuissent, si se alie juri non subjecisset, possidere, & legitimo modo disponere.

## DE EO, CVI LIBERTATIS CAV SA BONA ADDICVNTVR.

### TITULUS XII.

ACcessit novus casus successionis ex constituti ne divi Marci. Nam si iis, qui libertate acceperunt à domino in testamento, ex quo no

*aditur hereditas, velint bona sibi addici libertatum conservandarum causa, audiuntur.*

*§. 1. Et ita divi Marci rescripto ad Pompilium Rufum continetur, verba rescripti ita se habent: Si Verginio Valenti, qui testamento suo libertatem quibusdam adscripsit, nemine successore ab intestato existente, in ea causa bona (ejus) esse cœperunt, ut venire debeant: is, cujus de ea re notitio est, aditus rationem desiderii tui habebit, ut libertatum tam earum, quæ directo, quam earum, quæ per speciem fideicommissi relictæ sunt, tuendarum gratia addicantur tibi: si idoneè creditoribus caveris de solido, quod cuique debetur, solvendo. Et ii quidem, quibus directa libertas data est, perinde liberi erunt, ac si hereditas adita esset. Ii autem, quos heres manumittere rogatus est, à te libertatem consequentur, ita, ut si non alia conditione velis tibi bona addici, quam ut (ii) etiam, qui directo libertatem acceperunt, tui liberti fiant. Nam huic etiam voluntati tuæ, si ii, quorum de statu agitur, consentiant, auctoritatem nostram accommodamus. Et ne hujus rescriptionis nostræ emolumentum alia ratione irritum fiat: si fiscus bona agnoscere voluerit, & ii, qui rebus nostris attendunt, sciant commodo pecuniario præferendam esse libertatis causam: & ita bona cogenda, ut libertas iis salva sit, qui eam adipisci potuerunt, ac si hereditas ex testamento adita esset.*

*§. 2. Hoc rescripto subventum est & liber-*

*tatibus, & defunctis, ne bona eorum à creditoribus possideantur & veneant. Certe si fuerint hac de causa bona addicta: cessat bonorum venditio: existit enim defuncti defensor, & quidem idoneus: qui de solido creditoribus cavet.*

*§. 3. In primis hoc rescriptum toties locum habet, quoties testamento libertates datæ sunt. Quid ergo si quis intestatus decedens, codicillis libertates dederit, neque adita sit ab intestato hereditas: (an) favor constitutionis debebit locum habere? Certe si intestatus decesserit, & codicillis dederit libertatem: competere eam, nemini dubium est.*

*§. 4. Tunc (enim) constitutioni locum esse verba ostendunt, cum nemo successor ab intestato existat. Ergo quandiu incertum erit, utrum existat, an non: cessabit constitutio. Si vero certum esse cœperit, neminem existere, tunc erit constitutioni locus.*

*§. 5. Si is, qui in integrum restitui potest abstinuerit hereditate: an quamvis potest in integrum restitui, possit admitti constitutio & bonorum addictio fieri? Quid ergo si post addictionem libertatum conservandarum causa factam in integrum restitutus? Utique non erit dicendum revocari libertates: quia semel competierunt.*

*§. 6. Hæc constitutio libertatum tuendarum causa introducta est. Ergo si libertates nullæ sunt datæ, cessat (hæc) constitutio. Quid ergo si vivus dederit libertates, vel mortis causa; & ne d-*

*ho*

*hoc quæratur, utrum in fraudem creditorum, an non factum sit, idcirco velint sibi addici bona: an audiendi sint? Et magis est, ut audiri debeant, etsi deficiant verba constitutionis.*

*§. 7. Sed cum multas divisiones ejusmodi constitutioni deesse perspeximus, lata est à nobis plenissima constitutio, in qua multæ species collatæ sunt, duobus jus hujusmodi successionis plenissimum est effectum, quas ex ipsius lectione constitutionis potest quis cognoscere.*

## *DE SUCCESSIONIBUS SUBLATIS, QUÆ FIEBANT PER BONORUM VENDITIONES, ET EX SENATUSCONSULTO CLAUDIANO.*

### TITULUS. XIII.

*ERant ante prædictam successionem olim & aliæ per universitatem successiones, qualis fuerat bonorum emptio, quæ de bonis debitoris vendendis per multas ambages fuerat introducta, & tunc locum habebat, quando judicia ordinaria in usu fuerant. sed cum extraordinariis judiciis posteritas usa est, ideo cum ipsis ordinariis judiciis etiam bonorum venditiones expiraverunt, & tantummodo creditoribus datur officio judicis bona possidere, & prout utile eis visum est, ea dispone-*

*re. quod ex latioribus Digestorum libris perfecti-us apparebit.*

*§. 1. Erat & ex Senatusconsulto Claudiano miserabilis per universitatem adquisitio: cum libera mulier servili amore bacchata, ipsam libertatem per Senatusconsultum amittebat, & cum libertate substantiam, quod indignum nostris temporibus esse existimantes, & à nostra civitate deleri, & non inseri nostris Digestis concessimus.*

## SUMMARIUM.

Ratio cur hic Nov. 118. & 127. excutiantur, non vero | reliqui Tituli 13.

HActenus diximus de hereditatibus, quæ ex testamento obveniunt, sequuntur nunc hereditates, quæ ab intesto deferuntur, quæ tredecim prioribus hujus *lib.* 3. titulis continentur. Sed quoniam multi ex illis titulis inutiles sunt, ut *tit. de successione servorum, libertorũ & adrogatorum*; reliqui vero valde mutati & correcti Novellis Constitutionibus Imperatoris Justiniani, recte & ordine videmur facturi, si jus novissimum de hac materia proponamus, & juxta institutum nostrum illustremus. Duæ autem Novellæ sunt quibus hoc jus potissimum continetur. *Nov.* 118. & 127. Caput primum *d. Nov.* 118. de descendentium successione sic habet:

N O

# NOVELLA CXVIII.

## CAPUT. I.

## *DE DESCENDENTIVM SVCCESSIONE.*

SI quis igitur deſcendentium fuerit ei qui inteſtatus moritur, cujuſlibet naturę aut gradus, ſive ex maſculorum genere, ſive ex fœminarum deſcendens, & ſive ſuæ poteſtatis, ſive ſub poteſtate ſit: omnibus aſcendentibus & ex latere cognatis præponatur. Licet enim defunctus ſub alterius poteſtate fuerit: tamen ejus filii, cujuſlibet ſexus ſint aut gradus, etiam ipſis parentibus præponi præcipimus, quorum ſub poteſtate fuerit qui defunctus eſt, in illis videlicet rebus quę ſecundum noſtras alias leges patribus non acquiruntur. nam in uſu harum rerum qui debet acquiri, aut ſervari, noſtras de his omnibus leges parentibus cuſtodimus: ſic tamen, ut ſi quem horum deſcendentium filios relinquentem mori contigerit, illius filios aut filias aut alios deſcendentes, in proprii parentis locum ſuccedere, ſive ſub poteſtate defuncti, ſive ſuę poteſtatis inveniantur: tantam de hereditate morientis accipientes partem, quanticunque ſint, quantam eorum parens ſi

viveret, habuisset: quam successionem in stirpes vocavit antiquitas. In hoc enim ordine gradum quæri nolumus, sed cum filii & filiabus ex præmortuo filio aut filia, nepotes vocari sancimus: nulla introducenda differentia sive masculi sive fœminæ sint, & seu ex masculorum seu fœminarum prole descēdant, sive suæ potestatis sive sub potestate sint constituti. Et hæc quidem de successionibus descendentium disposuimus. Consequens autem esse perspeximus & de ascendentibus constituere quomodo ad descendentium successionem vocentur.

## SUMMARIA.

1. Quod & cur primo liberi sine discrimine sexus & suitatis succedant parentibus?
2. Quid olim apud quasd. Gentes in nepotibus observatum, sed male, & quæ ratio?
3. An ex successione ab intest. uni liberor. plus quam alteri deberi possit?
4. Quid hic cautum in liberis legitimatis, adoptivis, naturalibus, spuriis, incestuosis.

1. QUod liberi jure sanguinis, atq; adeo sine discrimine sexus & suitatis succedere debeāt parentibus, & nepotes in locum parentum suorum respectu avi, exclusis omnibus ascendentibus & ex latere cognatis, probatur evidentissime ex jure Divino, rationibus & Moribus omnium populorum. Jus divinum extat *Num.* 27. *v.* 7. *& seqq. Rom.* 8. *v.* 17. *Gal.* 4. *v. ult.* 2. *Corinth. c.* 12. *v.* 14. Rationes suppeditant *l. scripto* 7. §. *ult. D. unde lib. l. nam & si* 15. *& l. cum ratio* 7. *pr. de bon. damnat.* Pro Moribus multos adducere testes

haud

haud necessum videtur, quia noti sunt, ideoque eos allegasse sufficit. *Gail.2.obs.31.n.17.* Olim quidem 2.
ob tritam forte regulam, **die naest is in tbloet/ is naest in tgoet** / nepotes per patruos excludebantur à successione avi in variis locis, ut & in hac Provincia Ultrajectina, Velavia, Comitatu Zutphaniæ, & multis locis Hollandiæ, Brabantiæ & Flandriæ. Sed hoc postea recte correctum est, aut saltem corrigi debet. Quanquam enim superior regula magnam vim habeat, tamen intuitu nepotum à fortiori vincitur, quæ hæc est, quod satis lugubre sit, istos nepotes orbatos esse suis parentibus, ideoque eos saltem partem parentum ad solatium consequi oportet. *Gudelin.lib. 2. cap.13. in fin.* Deinde hæc ratio quoque facit, quod filius vivente patre heres quodammodo intelligatur. *d. cap.*8 *Rom. vers.* 17 ergo mortuus illud jus transfert in liberos suos. *arg. l.62.de R.J.* Imo hoc jus Moribus in tantum procedit, ut ne quidem usumfructum pater sive avus retineat. Vide quæ dixi *ad tit.* 9. *Lib.* 2. Cæterum 3.
statuto vel lege ob specialem rationem introduci posse, ut uni ex liberis plus quam alteri debeatur, vel soror fratri postponatur, nullum est dubium. *arg. d.c.27.Num.& Deut.21.v.17.Gudelin.d.lib.2.c.* 13. *in fin. Bodin. de Repub. lib.* 5. *c.* 2. Moribus quoque multarum Regionum jus πρωτογενίας sive primogenituræ aliqua prærogativa gaudet. Vide *Baron.ad h. t.1.part.alt. Bodin.d.loc. Tulden.ad d.t.c.* 3. ubi & rationes addit; & olim ex legibus Lycurgi apud Lacedæmonios obtinuisse, testatur. Quinimo quidam hoc jus naturale & immutabile pronunciant. Vide *Zepper.de leg.Mosaic.lib.1.c.11.pag.91.& seq.* Quomodo Moribus liberi masculi excludant fœminas in feudis, vide apud *Sande & Gudelin. de feud. & Schultz.ad h.t. Zyp.tit.unde legit.in Notit.jur.Belg.*

4. *& tit.de feud.* Quod autem diximus de liberis legitimis, id eſt, naturalibus & legitimis ſimul, idem tenendum eſt de legitimatis. *Nov.74.c.2. & Nov.89.c.8.& 9.* Sed legitimati tamen per reſcriptum Principis non aliter patri, nedum cæteris patris cognatis ſuccedunt, quam ſi nulli liberi legitimi extent. *d.c.2.nov.74.* ſed legitimati per ſubſequens matrimonium cum cæteris liberis & patri, & cognatis ejus ſuccedunt. *d.nov.89.c.8.c.tanta 6.ext.qui fil.ſint leg.* Atque ita Moribus obtinet, cum in bonis allodialibus, tum in feudis. Vide *Grot.d.tract.lib.2.part.31. Schultz.ad h.t.§.de ſucceſſ.liber. legitimator. lit. a & ſeqq. Tulden. ad tit. c.13. Vinn. ad §. 2. tit. 1. n.1. & diſputat. noſtr. ad h.t.* De adoptivis liberis hic nihil noto, quia adoptio vix in uſu eſt. Vide tamen quæ dixi ad *tit.de adopt.Schulz. de ſucceſſ. adopt. & Baron.ad tit.11.lib.3.* Liberi autem naturales, id eſt, ex concubina nati patri non ſuccedunt, niſi deficientibus juſtis liberis & juſta uxore; quo caſu ſuccedunt in ſextantem hereditatis cum matre dividendum. *Nov.18.c.5.& Nov.89.c.12.* matri vero etiam cum legitimis liberis ſuccedunt. *l.ſi qua 5.C.ad SCt. Orphitian.l.1.§.2.ad SCt.Tertull.* Sed hoc poſtremū damnare videtur *Paul.Gal.4.v.pen.* Moribus quoque plerorumq; locorum dicti liberi nec patri neque matri unquam ſuccedunt. *Tuld.ad h.t.c.11. Zyp.de jure pontif.nov.3.h.t.Gudel.lib.2.de jure noviſſ.c.13.in fin.* An vero tantum ſit crimen peperiſſe aut feciſſe nothum ſeu filium naturalem, ut propterea bona omnia fiſco adplicari debeant, maxime ſi mater jam propter delictum ſuum mulctata ſit, hic non definio. Vide quæ dixi *ad §.1.de inoff. teſtam.* Sed alimenta ipſi pro dignitate parentum relinquenda eſſe, intrepide ſtatuo. *d.Nov.18.c.5.* Vide *Schultz. ad h.t.§.de ſucceſſ.liberor.natural.lit.a Vinn. ad tit. 4. §. 3.*

*Lib.*

*Lib.* 3.*Zyp.in notit. jur. Belg. tit. und. lib.* Quid de ſpuriis, qui ex publice impudica nati ſunt ? jure civili nullo modo patri ſuccedunt, ſed tamen matri, niſi forſan illuſtris perſona ſit. *d.l.*1.§.2.*ad SC.Tertull.* & *l.*1. *D.unde cogn.* junct. *l.pen. C. ad SCt. Orphit.* Quod ſupra memorata conſuetudo ſaltem in his locum habeat,& multo magis in liberis ex inceſtuoſo & plane damnato coitu natis, extra dubium eſt. Vide *dd. Auth.* & *Nov.* 89. *c.ult.* ubi illis etiam alimenta denegantur, quæ jure Canon. conceſſa ſunt. *c. cum haberet. ext. de eo qui dux.* quod praxis ſequitur. *Schultz.ad h.t.c.de ſucceſſ.lib.ex damnat.coit.* Adde omnino *N.Burgund.ad Conſuetud.Fland.tract.*13.

## CAPUT. II.

## *DE ASCENDENTIUM SUCCESSIONE.*

SI igitur defunctus deſcendentes quidem non relinquat heredes, pater autem, aut mater, aut alii parentes ei ſuperſint, omnibus ex latere cognatis hos præponi ſancimus: exceptis ſolis fratribus ex utroque parente conjunctis defuncto, ſicut per ſubſequentia declarabitur. Si autem plurimi aſcendentium vivunt, hos præponi jubemus qui proximi gradu reperiuntur, maſculos & fœminas, ſive paterni, ſive materni ſint. Si autem eundem habent gradum, ex æquo inter eos hereditas dividatur: ut medietatem quidem accipiant omnes a patre aſcendentes, quanticunq; fuerint:

rint: medietatem vero reliquam â matre aſcendentes, quantoſcunque eos inveniri contigerit. Si vero cum aſcendentibus inveniantur fratres aut ſorores ex utriſque parentibus conjuncti defuncto: cum proximis gradu aſcendentibus vocabuntur: ſi & pater aut mater fuerint, dividenda inter eos quippe hereditate ſecundum perſonarum numerum, uti & aſcendentium & fratrum ſinguli æqualem habeant portionem: nullum uſum ex filiorum aut filiarum portione in hoc caſu valēte patre ſibi penitus vindicare: quoniam pro hac uſus portione, hereditatis jus & ſecundum proprietatem per præſentem dedimus legem: differentia nulla ſervanda inter perſonas iſtas, ſive fœminæ ſive maſculi fuerint, qui ad hereditatem vocantur: & ſive per maſculi & ſive per fœminæ perſonam copulantur, & ſive ſuæ poteſtatis, ſive ſub poteſtate fuerit is cui ſuccedunt. Reliquum eſt ut tertium ordinem decernamus, qui vocatur ex latere, & in adgnatos & cognatos dividitur, ut etiam hac parte diſpoſita, undique perfecta lex inveniatur.

SUMMARIA.

1. Quomodo & cur parentes succedant liberis, & quid hic usu receptum?

2. An fratres cum parentibus defuncti concurrere possint?

3. Quid hic cautum circa liberos legitimatos, naturales, spurios, incestuosos?

QUod parentes liberis suis succedant, nulla habita ratione, an bona ex linea paterna, an ex materna profecta sint, summam rationem habet, quia (verba sunt Tuldeni *ad h.t. c.* 8.) bona undecunque profecta ad filium, utique ejus sunt patrimonium, quod jure sanguinis, vel saltem ratione naturali parentibus debetur. *præfat. Nov.* 1. *§.* 2. *l.* 7. *§. ult und. lib. & l.* 15. *pr. de inoff. testam.* Atque ita judicatum sæpius. *Mynſ. cent.* 6. *obſ.* 55. *Schultz. hic. de succeß. parent. nat. & legit. ſimul. lit. b.* & consuetudine multorum locorum receptum. Mallem tamen prærogativam aliquam patri constitui, cum propter rationem generationis & dignitatem sexus, tum ob rationem reverentiæ, quam majorem filius debet patri, quam matri. Sed quod fratres & talium fratrum filii ex *Nov.* 127. *c.* 1 concurrant cum patre vel avo defuncti, exiguam rationem habere videtur. Moribus etiam plerarumque Gentium omnes ascendentes quoslibet collaterales excludunt. *Schultz. ad h. t. d. c. lit. c. Gudelm. lib.* 2. *c.* 14. ubi tamen distinguit. Ratio est, inquit, quia videtur parentibus magis deberi hereditas, utpote à quibus & vitam & educationem liberi acceperunt, & ad quos maximus mœror morte eorum pervenit. Sed illa ratio forte efficit, ut major pars hereditatis parenti detur, sed non tota; utpote quæ parentibus non existentibus ad fratres ob duplex vinculum sanguinis perventu-

ra

ra fuisset. Utique parentibus alimenta & legitimam deberi, extra controversiam est. *tot.tit. de agnosc. &*
3. *alend. lib.& de Nov.* 115. *c.* 4. Quomodo parentes succedant liberis legitimatis, satis aperte indicavi supra *c.*1. Liberis autem naturalibus eodem modo succedunt parentes, quo his illi. *d.Nov.*89.*c.*13. Sed spuriis etiam mater illustris succedit, non tamen pater, §. *vulgo quæsit.* 4. *Institut. de success. cognat. & l.* 4. *D. unde cognat.* Incestuosis neuter parentum succedit. *d. Novell.* 89. *c. fin.* sed sine dubio tamen parentibus ex bonis illorum alimenta debentur. *d. c. cum haberet. de eo qui dux.* atque ita communi consuetudine servari, testis est *Schultz.h. t. c. de success. parent. illegit lit.b.* Quid Moribus dicendum sit de liberis naturalibus, quid de spuriis, collige ex iis quæ dixi ad *c.* 1. hujus *Nov.* quibus adde *Schultz. d. loc. lit. a. Zyp. tit. unde lib. Tulden. ad h. t. c.* 14. *Lambert. Goris Adversar. tract.* 3. *c.* 5.

## CAPUT. III.

## *DE SUCCESSIONE EX LATERE VENIENTIUM.*

SI igitur defunctus neque descendentes neque ascendentes reliquerit, primos ad hereditatem vocamus fratres & sorores ex eodem patre & ex eadem matre natos: quos etiam cum patribus ad hereditatem vocavimus. His autem non existentibus, in secundo ordine illos fratres ad hereditatem vocamus, qui ex uno parente conjuncti sunt defuncto, sive per pa-

patrem ſolum, ſive per matrem. Si autem defuncto fratres fuerint, & alterius fratris aut ſororis præmortuorum filii, vocabuntur ad hereditatem iſti cum de patre & matre thiis maſculis & fœminis: & quanticunque fuerint, tantam ex hereditate pręcipient portionem, quantam eorum parens futurus eſſet accipere, ſi ſuperſtes eſſet. Vnde conſequens eſt, ut ſi fortè pręmortuus frater cujus filii vivunt, per utramque partem nunc defunctæ perſonę jungebatur, ſuperſtites autem fratres per patrem ſolum forſan, aut matrē ei jungebantur: præponantur iſtius filii propriis thiis, licet in tertio ſint gradu, (ſive à patre ſive à matre ſint thii, & ſive maſculi, ſive fœminæ) ſicut eorum parens præponeretur, ſi viveret. Et ex diverſo ſi quidem ſuperſtes frater ex utroque parente conjungitur defuncto, præmortuus autem per unum parentum jungebatur: hujus filios ab hereditate excludimus: ſicut ipſe ſi viveret, ab hereditate excludebatur. Hujuſmodi verò privilegium in hoc ordine cognationis ſolis prębemus fratrum maſculorum & fœminarum filiis aut filiabus, ut in ſuorum parentum jura ſuccedant. Nulli enim alii omnino perſonę ex hoc ordine venienti, hoc jus largimur. Sed & ipſis fratrum filiis tunc hoc beneficium conferimus, quando cum propriis judicantur thiis maſculis & fœminis, ſive paterni, ſive materni ſint. Si autem cum fra-

fratribus defuncti etiam aſcendentes (ſicut jam diximus) ad hereditatem vocantur: nullo modo ad ſucceſſionem ab inteſtato fratris aut ſororis filios vocari permittimus, neque ſi ex utroque parente eorum pater aut mater defuncto jungebatur. Quandoquidem igitur fratris & ſororis filiis tale privilegium dedimus, ut in propriorum parentum ſuccedentes locum, ſoli in tertio conſtituti gradu, cum iis qui in ſecundo gradu ſunt, ad hereditatem vocentur, illud palam eſt, quia thiis defuncti maſculis & fœminis, ſive à patre, ſive à matre, præponuntur, ſi etiam illi tertium cognationis ſimiliter obtineant gradum. Si verò neque fratres, neque filios fratrum (ſicut diximus) defunctus reliquerit: omnes deinceps à latere cognatos ad hereditatem vocamus, ſecundum uniuſcujuſq; gradus pręrogativam: ut viciniores gradu, ipſi reliquis præponantur. ſi autem plurimi ejuſdem gradus inveniantur, ſecundum perſonarum numerum inter eos hereditas dividatur: quod in capita noſtræ leges appellant.

# NOVELLA CXXVII.

## CAPUT I.

### *VT FRATRVM FILII SVCCEDANT ETIAM ASCENDENTIBVS PRIMI GRADVS EXTANTIBVS.*

HOc itaque justè corrigentes, ſancimus, ut ſi quis moriens relinquat aſcendentium aliquem, & fratres qui poſſint cum parentibus vocari, & alterius pręmortui fratris filios cum aſcendentibus & fratribus vocentur etiam pręmortui fratris filii: & tantam accipiant portionem, quantam eorum futurus erat pater accipere, ſi vixiſſet. Hoc verò ſancimus de illis filiis fratris, quorum pater ex utroque parente jungebatur defuncto, & abſolute dicimus: ordinem, quando cum ſolis vocantur fratribus, eundem eos habere jubemus, & quando cum fratribus vocantur aliqui aſcendentium ad hæreditatem, (hoc jubentes ex Kalendar.Ianuar. pręſentis indictionis undecimæ.)

SUMMARIA.

1. An & cur fratrum filii concurrant cum patruis suis?
2. Correctio vers. sin autem &c. & varii Mores circa fratres Germanos, consanguineos & uterinos.
3. Quid, si defunctus relinquat fratrem consanguineum & uterinum?
4. Usus §. 1. de Nov. 118 quid de fratrum filiis, si s[...] sunt?
5. Ratio cur Auctor h[...] non prolixior, cum regula [...] indice.

1. QUod filii ex fratre germano præmortuo concu[...]rant cum fratribus germanis defuncti, id es[...] patruis suis, certum est, si non ex hoc *cap.*3. salte[...] ex *c.*1.*Nov.*127. Itaque frustra hic laborant Inte[...]pretes, an *pr.* hujus *cap.* vel vers. *sed & ipsis fratru[...] fil.&c.* correctus sit per *d.Nov.*127.*c.*1. Sane si Imp[...]rator nepotes seu filios ex fratre consanguineo vel [...]terino prædefuncto admittit jure repræsentation[...] cum fratribus consanguineis vel uterinis defunct[...] quidni & filios ex fratre germano præmortuo [...] successionem patrui cum patruis admissos credimu[...] De justitia hujus thematis nemo dubitet, quia rati[...]nibus & Moribus confirmatur. Rationes vide sup[...] in *c.*1. ubi dixi cur nepotes, pronepotes, abnepot[...] avo succedant in locum parentum. Mores ubiq[...] fere receptos puto, aut saltem recipiendos, ob rati[...]nem quam supra allegavi, quæ mihi tanti momen[...] videtur, ut non tantum quoque pronepotes (ut [...] in Hollandia) sed etiam abnepotes in stirpes adm[...]tendi videantur. Vide tamen *Gudelin lib.*2. *c.* 15. [...]
2. *fin. Schultz.de hac success.collateral. lit.c.* Cæteru[...] quod hic vers. *si autem cum fratrib.&c.* fratrum ge[...]manorum filii non admittantur cum ascendentib[...] & fratribus germanis defuncti, corrigitur aperte [...] *d. Nov.*127. *c.* 1. De ratione hujus articuli dixi [...]

*d.*

*d.c.*1. Porro Moribus apud quasdam Gentes fratres germani excludunt consanguineos vel uterinos; apud quasdam concurrunt cum illis ; apud quasdam in duas portiones hereditatis succedunt, consanguineus vero vel uterinus in unam portionem. Hi posteriores Mores nobis arrident,ob vinculum sanguinis, quod hic spectatur, & duplex est in fratribus germanis, simplex in consanguineis & uterinis. An ratio bonorum, an ratio sexus attendenda sit, dixi in *cap.*1. Vide tamen *Gudelin.lib.* 2. *c.* 14. *&* 15. *de jure noviss.Schultz.d.loc.lit.b. Grot. d. Introd.*28. *&*
29.*Lamb.Gor.tract.*4.§.13.Quid servandū sit eo casu, 3.
quando consanguineus concurrit cum uterino, dixi in *disput.nost.ad h.tit.* Sed ut verum fatear, displicet mihi nunc illa sententia, licet communi DD.calculo & Moribus multarum gentium comprobata sit. Dixerim ergo,utrumque admittendum esse ad hereditatem defuncti, nulla habita ratione bonorum paternorum & maternorum, quia illa tantum considerantur ut patrimonium defuncti,quod jure sanguinis ad fratrem ejus consanguineum & uterinum pervenit.Bona,inquam,nihil faciunt ad jus sanguinis,quod solum hic consideratur. Sed non male quid plus propter dignitatem sexus & causam generationis consanguineo, quam uterino tribui potest, nisi alia fortior ratio contrarium suadeat. Vide *Tulden. ad h. t.c.*9.*& Gudelin.d.c.*15. Quod dixi de fratrum filiis, quando soli succedunt, debere eos succedere in stirpes, etiamnum dico, ob rationes in *d.disp.& in d. c.* 1.*hujus Nov.*allegatas, salva tamen auctoritate Consuetudinum & legum Municipalium, salvisque Aliorum judiciis. Quod attinet §.1 *d. Nov.*118. ille pas- 4.
sim Moribus confirmatur, saltem usque ad gradum decimum. An autem post decimum gradum fiscus admittatur, dixi in *d.disput.nost.ad h. t.* Mores va-

riant. Vide *Vinn.ad* §.5.*tit*.5.*Lib*.3.*Inst.Zyp.d.tit. un*
5. *de lib. Gudelin. d. c*.15.*lib*. 2. *Gail*. 2. *obs*. 150. Plur
quæ ad hanc materiam & Novellam torqueri po
ſent, prætereo, ne contra præceptum Juſtiniani ſtu
dioſi animum ab initio nimia varietate & multitud
ne rerum oneraſſe videamur. Unicam tantum re
gulam, qua ut præcedentes, ita & reliquæ quæſtio
nes & difficultates in materia ſucceſſionis ab inteſta
to facile diſſolvi queant, hic corollarii loco adjun
gam: ſcil. jus ſanguinis ſpectandum eſſe, hoc eſt
ſimplex jus gentium ſeu jus divinum morale, quo
ſana ratio vel conſcientia ſimplex ita jus eſſe dictitat
Sed ut etiam peritioribus, & illis inſerviamus, qu
hanc materiam plane perſpectam habere deſiderant
indico *Forſter.de ſucceſſ.ab inteſt.Schultz. ad h. t. &*
*ſeqq.Baron. & Vinn.ibid.& diſputat. noſtr. ad dd. ti*
13.*Inſt*.

## *DE OBLIGATIONIBVS.*

### TITULUS XIV.

*Nunc tranſeamus ad obligationes. Obliga
tio eſt juris vinculum, quo neceſſitate adſtringi
mur alicujus rei ſolvendæ ſecundum noſtræ civi
tatis jura.*

### SUMMARIUM.

Quę hodie obligatio acti- | onem producat, ejuſque ratio

POſtquam Imperator dixit de hereditatibus, qua
tam ex teſtamento quam ab inteſtato deferun
tur, recte tranſit ad obligationes. §. 2. *Inſt.de reb.cor
poral*.junct. *l*. 11. *pr. de accept. & l. bonor*.49.*de V. S*

De

Definitio vero obligationis confirmatur ex *l.3.obligation.pr.de O.& A.& l.servi 14. D. eod. l. 7. §. 4. de pact.& l. creditores 10.de V.S.* Moribus Belgarum Aliorumque, quibus pleraque ad simplicitatem juris gent. redacta sunt, obligatio quoque naturalis actionem parit. *Gudelin.de jure noviss.lib.3. c. 5. Vinn. ad h.t.sub fin. Grot. de jure bell. & pac.c.11.* Rationem vero cur hodie sequamur simplex jus gentium, atque adeo ex nuda obligatione naturali detur actio, allegavi sæpius supra. Vide *c.23.Deut.& c.5.Matth. Rom.1.Argentr.ad Consf.Britan.art. 273. de hypoth. præscript.* ubi paulo aliter different. obligat.natur.& civilis sublatam indicat.

*§. 1. Omnium autem obligationum summa divisio in duo genera deducitur. namque aut civiles sunt, aut prætoriæ. Civiles sunt, quæ aut legibus constitutæ, aut certo jure civili comprobatæ sunt. Prætoriæ sunt, quas prætor ex sua jurisdictione constituit, quæ etiam honorariæ vocantur.*

HÆc legitimarũ seu efficacium obligationum divisio probatur per *l.1.§.ult.& l. quod si 3.§. 1. de constit.pecun.& l.action 25.§.ult.D.h.t.* Obligationes autem civiles legibus civilibus primũ introductæ variæ sunt, sed certo jure Civili comprobatæ plurimæ sunt, quas vide apud *Giphan.& Vinn.ad h.§.* Obligationes Prætoriæ quoque plures sunt, quas vide apud *dd. DD.* Usum hujus §. indicavi jam in *fin.pr. h.t.*

*§. 2. Sequens divisio in quatuor species dividitur. Aut enim ex contractu sunt, aut quasi*

*ex contractu aut ex maleficio, aut quasi ex maleficio. Prius est, ut de iis, quæ ex contractu sunt dispiciamus. Harum æque quatuor sunt species Aut enim re contrahuntur, aut verbis, aut literis, aut consensu. de quibus singulis dispiciamus.*

SUMMARIUM.

Textus probatio & illuminatio, ejusque usus.

PRima divisio obligationum in hoc §. proposita comprobatur ex *l. 1. pr. de O. & A.* ubi per obligationes, quæ proprio quodam jure ex variis causarum figuris nascuntur, haud obscure intelligit obligationes, quæ quasi ex delicto & quasi ex contractu seu ex æquo & bono nascuntur. *l. 5. si quis. D. eod.* Aliter *Arist. lib. 5. Ethic. cap. 2.* Altera divisio confirmatur ex fragment. Gaji *lib. 2. tit. 2. pr. & d l. 1. §. 1.* ubi tamen literarum obligationes omissæ sunt, nisi eas contineri dicamus sub obligationibus re contractis. Vide *DD.* dictam difficultatem varie excutientes ad *h. §.* Moribus prior divisio usum habet, sed posterior deficit in obligationibus verborum & literarum, ut videre licet in *tit. 18. & 22. Inst. h. lib. 3.* Quæstiones cum usu forensi ad *h. t.* pertinentes vide in *disp. nost. ad h. t.*

## *QVIBVS MODIS RE CONTRAHITUR OBLIGATIO.*

### TITVLVS XV.

*Re contrahitur obligatio, (veluti) mutui datione. Mutui autem datio in iis rebus consistit, quæ pondere, numero, mensura constant: veluti vino,*

*no, oleo, frumento, pecunia numerata, ære, argento, auro: quas res aut numerando, aut metiendo, aut adpendendo in hoc damus, ut accipientium fiant. Ex quoniam nobis non eædem res, sed aliæ ejusdem naturæ & qualitatis redduntur: inde etiam mutuum appellatum est, quia ita à me tibi datur, ut ex meo tuum fiat: & ex eo contractu nascitur actio, quæ vocatur condictio.*

HIc textus descriptus videtur, aut saltem confirmatur & illustratur ex Gajo *d.tit.9.§.1.&d.l.1.§.2. de oblig.& act.& l.2.D.de reb.cred.* An in fine hujus §.agatur de condictione scil.certi generali vel speciali, non admodum sum sollicitus, cum hodie opus non sit nomen actionis exprimere. *Harpr.ad h. pr. n.129.Zyp.in Notit.jur.Belg.tit.de mod.proced.* Varias quæstiones, variosque Mores ad hoc pr.spectantes vide in *disp.nostr. ad h. pr. & Schulz. ad h. t. lit. a.* Quomodo pauperibus mutuum dandum sit, vide *Deut.* 15. 8. *Psalm.* 37. 26. *Matth.* 5. 42. *Luc.* 6.30.

*§. 1. Is quoque qui non debitum accepit ab eo, qui per errorem solvit, re obligatur, daturque agenti contra eum propter repetitionem condictitia actio. Nam perinde ei condici potest, si apparet eum dare oportere, ac si mutuum accepisset. Vnde pupillus, si ei sine tutoris auctoritate indebitum per errorem datum est, non tenebitur indebiti condictione: non magis, quam mutui datione. Sed hæc species obligationis non videtur ex contractu consistere: cum is, qui solvendi animo dat, magis voluerit negotium distrahere, quam contrahere.*

SUMMARIUM.

Triboniani hic defensio textusque limitatio.

QUoniam solutione indebiti re cōtrahitur obligatio (respectu scilicet accipientis, ut in mutuo atque etiam ex ea solutione nascitur actio condictitia, tanquam ex mutuo, non male Tribonianus hic de solutione egisse videtur. Quod hæc species obligationis non sit ex contractu, fatetur ingenue ipse Tribonianus cum hic, tum in §. 5. *Inst. de oblig. quæ quasi ex cont.* ut & Gajus in *l.* 5. §. *is quoque* 3. *de Obl. & Action.* ex quo §. noster desumtus videri potest. Cæterum quod hic dicitur de pupillo, cum hoc temperamento intelligi debet, nisi pupillus locupletior factus sit. *l. apud Cels.* 4. §. 4 *si quis. D. de except. dol. mal.* Ratio vero cur pupillus accipiendo indebitum re non obligetur, est favor pupilli, licet alias probabilis error excuset. An etiam indebitum per errorem juris solutum repeti possit, vide in *disp. nostr. ad h.* §. Plura de ignorantia, quæ commodo vel incommodo sit, vide apud *Gail.* 2. *obs.* 48.

§. 2. *Item is, cui res aliqua utenda datur, id est, commodatur, re obligatur, & tenetur commodati actione. Sed is, ab eo, qui mutuum accepit, longe distat. namque non ita res datur, ut ejus fiat, & ob id de ea re ipsa restituenda tenetur. Et is quidem, qui mutuum accepit, si quolibet fortuito casu amiserit, quod accepit: veluti incendio, ruina, naufragio, aut latronum hostiumve incursu: nihilominus obligatus remanet. At is, qui utendum accepit, sane quidem exactam diligentiam costodiendæ rei præstare jubetur: nec sufficit*

*ei tantam diligentiam adhibuiſſe, quantam ſuis rebus adhibere ſolitus eſt; ſi modo alius diligentior poterat eam rem cuſtodire; ſed propter majorem vim majoresve caſus non tenetur, ſi modo non ipſius culpa is caſus intervenerit. alioqui ſi id, quod tibi commodatum eſt, domi peregre tecum ferre malueris, & vel incurſu hoſtium prædonumve, vel naufragio amiſeris: dubium non eſt, quin de reſtituenda ea re tenearis. Commodata autem res tunc proprie intelligitur, ſi nulla mercede accepta vel conſtituta, (res) tibi utenda data eſt. alioqui mercede interveniente: locatus tibi uſus rei videtur: Gratuitum enim debet eſſe commodatum.*

### Summarium.

Textus probatio ac limitatio.

HIc §. deſcriptus eſt ex §. 3. & 4. *d. l.* 1. *de obl. & act.* Quod res commodata non fiat accipientis, traditum quoque eſt in *l. nemo* 9. *D. commod.* Quod eadem res & quidem integra reddi debeat, finito ſcilicet uſu præſcripto, cõfirmatur etiam per *l. ſed mihi* 3. §. 1. & *l. in commodato* 17. §. 3. *ſicut. D. eod.* Quod debitor mutui non liberetur interitu rei mutuo acceptæ, quamvis eam caſu fortuito amiſerit, probatur itidem *l. incend.* 11. *C. ſi cert. pet.* junct. *l. pignus* 9. *C. de pign. act.* Quod vero commodatarius non teneatur propter caſus fortuitos, ſed tamen propter leviſſimam culpam, quando videlicet ſolius accipientis gratia rei commodata eſt, docet etiam JCtus in *l.* 5. *ſi ut certo §. quod vero* 4. & *l. in reb.* 18. *pr. D. comm.* junct. *d. l.* 5. §. *interdum* 10. & *d. l. in reb.* 18. §. 1. *D. eod.* ubi duæ exceptiones proponuntur, quæ etiam regu-

 lam

lam confirmant. Quod commodatum debeat esse gratuitum,&,ſi merces adhibetur,tranſeat in formam locationis, reſponſum quoque eſt in *d.l.5.§.rem tibi 12.& d.l.in commod.17.§.3.D.ibid.* Horum omnium ratio nota & perſpicua eſt, ideoque praxis certa. Vide *Schultz.ad h.t.lit.b.& c.* Quid dicendum ſit de commodata, quæ mora commodatarii interiit, collige ex iis quæ diximus ad §.16.*Inſt.de legat.* Plures quæſtiones vide in *diſp. noſt. ad h. §. & Chriſtin. dec.31.vol.3.*

*§. 3. Præterea & is, apud quem res aliqua deponitur, re obligatur, teneturque actione depoſiti: quia & ipſe de ea re quam accepit, reſtituenda tenetur. Sed is ex eo ſolo tenetur, ſi quid dolo commiſerit, culpæ autem nomine, id eſt, deſidiæ ac negligentiæ non tenetur. Itaque ſecurus eſt, qui parum diligenter cuſtoditam rem furto amiſerit: quia qui negligenti amico rem cuſtodiendam tradit, (non ei) ſed ſuæ facilitati id imputare debet.*

SUMMARIUM

Textus probatio ac ratio, & quid hic jure Saxon. cautum.

DEſcriptus eſt & hic textus ex *d.l.1.§.5.is quoque D.de O.& A.* Ratio ob quam ipſa res depoſita reſtituenda ſit, extat in *l. licet 17.§. 1.pr. D. depoſ.* Ratio, cur depoſitarius regulariter non ex negligentia, ſed tantum ex dolo ſeu lata culpa teneatur. *l.23. contractus de R.J.*redditur in *d.§.5.* Jure Saxon.depoſitarius,ſi res depoſita furto vel incendio vel aliter naturali morte interiit, jurare debet, prædictos caſus nullo ipſius dolo vel facto accidiſſe. *Schultz.ad h. t. lit.d.*

*lit.d.* quod juri divino conveniens eſt. *Exod.* 22. *v.* 11. ubi tamen agitur de re depoſita vel commodata cui merces acceſſit, id eſt, de re locata. Adde *cap.*6. *ad Heb.v.*16. Modum deponendi apud Veteres uſitatum vide *Tob* 4.5. & 9. Quæſtiones ad *h.* §. motas cum theoricas tum practicas vide in *diſp. noſt. ad h.t.* Vide & ea, quæ diximus ad §.30. *Inſt. de act.* & *Tholoſan. ſyntagm. lib.* 23.*c.* 4. ubi & jus divinum & Conſtit. Caroli 5. & varias Auctoritates variorum virorum huc ſpectantes allegavit.

§.4. *Creditor quoq; qui pignus accepit, re obligatur: quia ipſe de ea re, quam accepit, reſtituenda tenetur actione pignoratitia. Sed quia pignus utriuſq; gratia datur, & debitoris, quo magis pecunia ei credatur, & creditoris, quo magis ei in tuto ſit creditum. placuit ſufficere, ſi ad eam rem cuſtodiendam exactam diligentiam adhibeat: quam ſi præſtiterit, & aliquo fortuito caſu rem amiſerit: ſecurum eſſe, nec impediri creditum petere.*

SUMMARIUM.

Textus confirmatio ejuſque uſus apud multas Gentes.

PRincipium hujus §. mutuatum eſt ex *d.l.*1. §. *creditor* 6. *de O.* & *A.* Cur autem creditor ſoluto debito teneatur de ipſa re pignorata reſtituenda, dicitur in *l.cum* & *ſortis* 35.§.1. *de pignor.act.* Cur creditor non teneatur propter leviſſimam, ſed tantum propter culpam levem, non ſolum ex hoc §. ſed etiam ex *l.*5. *ſi ut certo* §.2. *D. comm.* & *l.ſi cum* 13.§. *ult.* & *l.ſeq. de pign.act.* manifeſtum eſt. Cur non teneatur ex caſu fortuito, evidens eſt ex *l. contractus* 23. *de R.J.* & *l.*4.5.6. & 7.*C. de pign. act.* Jure Saxon. &

Mo-

Moribus multorum locorum teste *Zyp.in Notit.jur Belg.tit.de pign.act.& Schultz. ad h.t.lit.e.* debitori non datur actio contra tertium possessorem pignoris, quod non probo; quia debitor manet dominus. *d.l.* 35. §. 1. & domino non temere sine culpa sua res auferenda est. A quibus pignus non sit exigendum vel retinendum, vide *Exod.* 22.v.26. *Deut.* 24.6.10. *Iob.* 24.*v.*3. Plura hac de re vide apud *Christin.decis.*32.*vol.*3. *Gail.de pignorat. & Ant. Fabr. ad tit.Cod.de pignor.*

## *DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS.*

### TITTLUS XVI.

*Verbis obligatio contrahitur ex interrogatione & responsione, cum quid dari fierive nobis stipulamur. ex qua duæ proficiscuntur actiones, tam condictio certi, si certa sit stipulatio: quam ex stipulatu, si incerta sit. quæ hoc nomine inde utitur, quod stipulum apud veteres firmum appellabatur, forte à stipite descendens.*

INitium hujus loci descriptum videtur ex *d.l.* 1. §. *verbis* 7. *de O.& A.* & confirmatur *l.obligamur* 52. §.2.*D.eod.& ex Gajo lib.*2.*tit.*9.§.2.*& l. stipulation.* 5.§.1.*D.de V.O.* Quod ex stipulatione rei certæ nascatur condictio certi, dicitur itidem in *l. certi* 9. *pr. & l.si quis* 24.*de reb.credit.* ex stipulatione vero incerta actio exstipulatu, traditur quoque in *l.si stipulatus* 4.*D.de usur.* Etymum stipulationis reperitur etiam apud *Paul.*5.*sent.tit.*8. An vero à stipite vel stipe, vel ἀπὸ τοῦ στύπου descendat, parum curo.

§. 1. *In hac re olim talia verba tradita fuerunt.* Spondes? spondeo. Promittis? promitto (Fidepromittis? fidepromitto.) Fidejubes? fidejubeo. Dabis? dabo. Facies? faciam. *Utrum autem Latina, an Græca, vel qualibet alia lingua stipulatio concipiatur, nihil interest, scilicet si uterque stipulantium intellectum ejus linguæ habeat: nec necesse est eadem lingua utrumque uti, sed sufficit congruenter ad interrogata respondere. Quinetiam duo Græci Latina lingua obligationem contrahere possunt. Sed hæc solennia verba olim quidem in usu fuerunt: postea autem Leonina constitutio lata est, quæ solemnitate verborum sublata, sensum & consonantem intellectum ab utraque parte solum desiderat, quibuscumque tandem verbis expressum est.*

SUMMARIUM.

Textus comprobatio ¦ ejusque usus.

JUre veteri dicta verba solennia adhibita fuisse, testatur etiam *d.l.*5.§.1.*D.h.t.l.*7.§. *quod fere* 12. *de pact.l.*1.*de sponsal. Gell. lib.* 4.*c.* 4. Quod qualibet lingua stipulatio concipi potuerit, docet Ulpianus quoque in *l.*1.§.*ult de V.O.* Constitutio vero Leonis, qua illa verba solemnia sublata sunt, extat in *l.omnes* 10.*C.de cont.stipul.* Moribus unusquisque tenetur ex sua seria conventione & promissione, licet etiam nulla præcesserit interrogatio. *Deuteron.* 23. *Matth.*5.*v.*37. *Rom.*1.*vers.*31. ideoque inter stipulationem & pactum vel jusjurandum vel pollicitationem quoad effectum obligandi, nulla hodie differentia est. Adde *Gudelin. de jure noviss. lib.*3.*c.*

5. *Christin.vol.2..dec.91.Vinn.ad h.§.* Adhibentur & apud Belgas interdũ solennitates (puta conventiones stipulata manu initæ, quæ forte ex veteri testamento descendunt. *Prov.* 6.) sed quæ abesse vel adesse possunt. *d.c.5.Matth.* sic intellige *c.6.Prob.v* 1. *Iob.*17.*v.* 3. Adde *Schultz.ad h.t.lit.a.*

*§. 2. Omnis stipulatio aut pure, aut in diem, aut sub conditione fit. pure veluti*, quinque aureos dare spondes? *Idque confestim peti potest. In diem, cum adjecto die, quo pecunia solvatur, stipulatio fit: veluti* decem aureos primis calendis Martiis dare spondes? *Id autem quod in diem stipulamur, statim quidem debetur. sed peti prius, quam dies venerit, non potest; ne eo quidem ipso die, in quem stipulatio facta est, peti potest: quia totus is dies arbitrio solventis tribui debet. Neque enim certum est eo die, in quem promissum est, datum non esse, prius quam is prætererit.*

SUMMARIUM.

Textus confirmatio, & quid hic ex jure gentium servandum sit.

HÆc divisio stipulationis cõfirmatur & illustratur ex *l. oblig.44.de O.& A.* Id quod jure promissum est, confectim peti posse, saltem ex natura stipulationis, probatur ex eo, quod istius stipulationis dies & cessit & venit. *l.cedere* 213.*pr.de V.S.l.eum qui* 41.§.1.*l.*46.§.4.*D.h.t.* An ex æquo & bono aliquod tempus reo indulgendum sit, disputavi ad *h.* §. *Inst.* Quod autem id, quod in diem stipulatum est,

est, statim debeatur, licet ante diem adventum peti nequeat, respondit idem *Ulp.in d.l.*213.*l.cent.*46.*h.t.*sed quod ne eo ipso quidem die in quem stipulatio facta est, peti possit. *l.* 17 *de R.J.& l.* 41.§.1.*D.h.t.* vix simplici juri gent convenit, quod jus tamen in foro sequimur. Sane qui promisit, se hodie solutu-rum, hodie quoque conveniri potest. *l. liber homo* 18.§.1.*D.eod.* An juste debitor ante diem solvere, an solutum per errorem repetere possit, dixi in *disp. ad tit.ult.Lib.*3.*Inst.*

§. 3. *At si ita stipuleris,* decem aureos annuos, quoad vivam, dare spondes? *& pure facta obligatio intelligitur, & perpetuatur. quia ad tempus non potest deberi: sed heres petendo, pacti exceptione submovebitur.*

HIc §. comprobatur ex *l.eum qui* 56.§. *qui ita* 4. *D h.t.& d.l.obligation.*43.§.1.*vers. placet.D. de O.& A.* Ratio hujus juris varia redditur. Sed cum mera subtilitas & scrupulositas sit, apud Nos nullum habet effectum; nec obligatio illa ad heredes transire intelligitur, quia revera personalis est. An hæc stipulatio, qua quis simpliciter 10.aureos annuos stipulatus est, transferatur ad heredes, vide in *disp. Inst.ad h.*§. Quid, si quis stipulatus est decem quoad vivet, an annua debebuntur? vide *d.disp.nost.*

§. 4. *Sub conditione stipulatio fit, cum in aliquem casum differtur obligatio: ut si aliquid factum fuerit, vel non fuerit, committatur stipulatio: veluti.* Si Titius consul fuerit factus, quinque aureos dare spondes? *Si quis ita stipuletur,* Si in capitolium non ascendero, dare spon-

ſpondes? *perinde erit ac ſi ſtipulatus eſſet, cum moreretur, ſibi dari. Ex conditionali ſtipulation tantum ſpes eſt debitum iri: eamque ipſam ſpem in heredem tranſmittimus, ſi prius quam conditi exſtet, mors nobis contigerit.*

SUMMARIUM.

Textus probatio ejuſ- | demque ratio.

QUid proprie ſit ſtipulatio conditionalis, cum hi tum in *l.itaque* 39.*de reb.cred.* accurate defin tur. Ratio autem cur differatur obligatio, eſt i *d.l.cedere* 213,*de V.S.* Quod committatur ſtipulati conditione exiſtente, certi juris eſt ex *l. ita ſtipula* 115.§.1.& 2.& *l.qui Romæ* 122.§.*Aggerrius* 4.*D. h.t* An in ſtipulatione, ſi quid factum non erit, cauti Muciana adhiberi poſſit, diſputamus *ad h.t.Inſt.* E conditionali ſtipulatione tantum ſpem debiti naſci eamque in heredem transferri, reſponſum quoqu eſt in *l.conditionalis* 54.de *V.S.l.ſub cond.* 16. *de con dict. indeb.*& *l.ſi quis* 57.*D.h.t.*& *l.*8.*de per.*& *com mod.rei vend.* Ratio eſt in *l.*9.*ſi pact.D.de probat.*& *l.hereditas* 62 *de R.J.* An autem hæc de conditio ne quoque poteſtiva intelligi poſſint, vide in *diſp noſt.ad h.t.Inſt.*

§. 5. *Loca etiam inſeri ſtipulationi ſolent veluti,* Carthagini dare ſpondes? *Quæ ſtipulati licet pure fieri videtur, tamen re ipſa habet tem pus adjectum, quo promiſſor utatur ad pecuniam Carthagini dandam. Et ideo ſi quis Romæ ita ſti puletur,* hodie Carthagini dare ſpondes? *inuti lis erit ſtipulatio, cum impoſſibilis ſit repromiſſio*

Prima

PRima pars hujus §.explicatur & comprobatur ex *l.eum qui* 41.§.1.*l.interd.*73.*l.continuus* 137.§.2. *D.h.t.* Altera pars de impossibili repromissione confirmatur & explanatur ex *l.*2.§.*qui ita* 6.*D. de eo quod cert.loc.*(unde & totus noster §. desumptus videri potest) & *l.si servus* 141.§.*si interd.* 4. ubi notabilis exceptio *D. de V.O.* Hæc cum rationem habeant, etiam vel me tacente usum habere intelliguntur.

*§. 6. Conditiones, quæ ad præsens vel præteritum tempus referuntur, aut statim infirmant obligationem, aut omnino non differunt, veluti,* si Titius Consul fuit: *vel* si vivit, dare spondes? *Nam si ea ita non sunt, nihil valet stipulatio: sin autem ita se habent, statim valet. Quæ enim per rerum naturam sunt certa, non morantur obligationem, licet apud nos incerta sint.*

HIc §.cum sua ætiologia peti & colligi potest ex *l.cum ad præsens* 37.& *l.seqq.D. de reb.cred. l. conditio* 100.& *l.si ita* 120.*D.h.t.* De incertis, quæ et nobis & per se incerta sunt, & de incertis quæ quidem nobis incerta sunt, sed per rerum naturã certa, de quibus hic agitur, agit latius *Arist.* περὶ ἑρμην.*lib.*2.

*§. 7. Non solum res in stipulatum deduci possunt, sed etiam facta: ut si stipulemur aliquid fieri vel non fieri: & in hujusmodi stipulationibus optimum erit pœnam subjicere, ne quantitas stipulationis in incerto sit, ac necesse sit actori probare quod ejus intersit. Itaque si quis, ut fiat aliquid, stipuletur, ita adjici pœna debet,* Si ita factum non erit, tunc pœnæ nomine decem aureos

 dare

dare ſpondes? *Sed ſi quædam fieri, quædam n[illegible] fieri, una eademque conceptione ſtipuletur qu[illegible] clauſula hujuſmodi erit adjicienda*, Si adverſ[illegible] ea factum erit, ſive quid ita factum non fuer[illegible] tunc pœnæ nomine decem aureos dare ſpon[illegible] des?

SUMMARIUM.

Textus illuſtratio ejuſque | uſus hodiernus.

QUod ſtipulatio non tantum rerum ſit, ſed etia[illegible] factorum, demonſtravimus in *pr.h.t.* Poſtqua[illegible] autem Imperator dixit de ſtipulationibus dandi, [illegible] cte nunc procedit ad ſtipulationes faciendi & n[illegible] faciendi conjunctim vel disjunctim factas, in quib[illegible] optimum quoque conſilium præſcribit, quod e[illegible] ſtat in *l.ult.D.de ſtipul.prætor. & l. continuus* 137. [illegible] *pen.D.h.t.* Quod autem id, quod in faciendo [illegible] non faciendo conſiſtit, incertum ſit, manifeſte co[illegible] probatur ex *l.ubi autem* 75.*§.qui id* 7.*D.h.t.* Qu[illegible] Moribus promiſſor facti præciſe ad ipſum factu[illegible] obligatus intelligatur, certum eſt ex *Matth.* 5.*v.*3[illegible] Item ex eodem loco certum, ſtipulationem pœn[illegible] lem excedere poſſe duplum ejus, quod in princip[illegible] lem obligationem deductum eſt. Adde *Zyp.d. tra[illegible] tit. de uſur. in fin. Gudelin. lib.*3.*c.*13. *Imbert. E[illegible] hirid. jur. Gall. lit p.* Quid de his quæſtionibus [illegible] jure Romano tenendum ſit, dixi in *diſputat. no[illegible] ad.h.§.*

# *DE DVOBVS REIS STIPVLANDI ET PROMITTENDI.*

## TITULUS. XVII.

*Et stipulandi & promittendi duo pluresve rei fieri possunt. Stipulandi ita, si post omnium interrogationem promissor respondeat,* spondeo: *utputa cum duobus separatim stipulantibus ita promissor respondeat,* Vtrique vestrum dare spondeo. *Nam si prius Titio spoponderit, deinde alio interroganti spondeat, alia atque alia erit obligatio, nec creduntur duo rei stipulandi esse. Duo pluresve rei promittendi ita fiunt:* Mævi decem aureos dare spondes? & Sei eosdem decem aureos dare spondes? *(si) respondeant singuli separatim,* spondeo.

QUum reus à re nomen habeat, teste. *Cic. lib.* 2. *de orat.* non est mirum, quod duo vel tres stipulatores dicantur rei stipulandi, credendi vel emendi. *l.* 34. *de recept. qui arb. l.* 34. *de sol.* junct. *l.* 1. *&* 9. *pr. D. h. t.* Conreos autem stipulandi non fieri, nisi stipulationes conjunctæ fuerint, respondet quoque Pomponius in *l* 6. *§. ult. & Venulej. in l.* 12. *si ex duob. pr. D. h. t.* Quomodo duo rei promittendi constituantur, vide etiam in *l.* 4. *duo rei D. eod.*

*§. 1. Ex hujusmodi obligationibus, & stipulationibus solidum singulis debetur, & promittentes singuli in solidum tenentur. In utraque tamen obligatione una res vertitur: & vel alter de-*

*bitum accipiendo, vel alter ſolvendo, omnium perimit obligationem & omnes liberat.*

### Summarium.

Quid hodie uſus ſervet in duobus correis, ejuſque ratio, | ut & juris Civilis.

HIc §. confirmatur aperte ex *l.2.& l.3.§.ult.D.h.t.l.1.2.C.eod.* Corrigitur quidem hoc jus *Auth. hoc ita C.eod.* Sed illa male ab Irnerio deſcripta videtur ex *Nov.99.c.1.* Vide *diſp.noſt.ad h.t.* Ut ut ſit de jure Romano, frequentiori uſu receptum eſt, ut unusquiſque ex correis debendi, ad exemplum fidejuſſorum, duntaxat teneatur pro ſua parte, teſte *Mynſ.Vinn.& Schneid.hic. Gudelin.lib.3.c.11. & lib. 4.c.7.Chriſtin.vol.5.deciſ.213.Gail.2.obſ.14.n.5.* Quae ſententia hanc rationem habet, quod in caſu dubio quiſque præſumatur, tantum pro ſua parte obligationem contraxiſſe, maxime ſi ſunt correi, qui rem ſtipulatam vel emptam ſemper vel communem habent, vel inter ſe dividunt. Antwerpiæ inter Mercatores jus vetus ſervatur, teſte. *Neoſtad. deciſ.* 49 cujus etiam non improbabilis ratio reddi poteſt, quod una res ſit, ideoque ab omnibus & ſingulis promiſſa vel empta. Vide *Buſ. ad d.l.2.D. de duob.reis & Perez.ad d.tit.Cod.n.17.* ubi ita judicatum refert. An correus, qui totum debitum ſolvit, habeat actionem ad repetendum? An qui ſolus exegit, poſſit conveniri ad communicandum, vide in *diſput.noſtr. ad d,§. noſtr.*

*§. 2. Ex duobus reis promittendi, alius pure, alius in diem, vel ſub conditione obligari poteſt; nec impedimento erit dies aut conditio, quo mi-* nu[s]

*nus ab eo, qui pure obligatus est, petatur.*

HIc §. descript. videtur ex *l.7.ex duob.D.h.t.* Sed cur non etiam pacisci licet, ut unus ex correis culpam præstet, alter non præstet. *l.9.§.1.h.t.*? quia est contra naturam correorum, sed Moribus pactum servandum videtur, nisi dicamus tale pactum contra bonos mores naturales esse.*arg. c. non est oblig. de R. J. in sext.* Plura vide apud *Christin. decis. Cur. Belg.* 178. *vol.* 4.

## *DE STIPVLATIONE SERVORVM.*

### TITULUS XVIII.

*Servus ex persona domini jus stipulandi habet. Sed & hereditas in plerisque personæ defuncti vicem sustinet. ideoque quod servus hereditarius ante aditam hereditatem stipulatur, adquirit hereditati : ac per hoc etiam heredi postea facto adquiritur.*

CUm in personam civilem nulla cadat obligatio. *l.22. de R.J.* junct.*l.* 32. *D. eod.* mirum, non est, quod servi nõ habeant facultatem stipulandi, nisi ex capite domini. Quod hereditas vicem defuncti sustineat, dixi supra *ad* §. 2. *de hered. instit.* Sed ait hic Imperator, in plerisque, quia in illis, quæ factum vel operam personæ requirunt, secus est. Vide *l.* 26. *usufr. D.h.t. l.hereditas* 61. *de adq. rer.dom. l. hereditariæ* 68.*D. de furt.* Reliqua hujus §. comprobantur ex *l. si ex re* 28.§. *ult.* & *l. servus hereditar.*35.*D. h. t.*junct.

*t.* junct. *l.* 16. *D.eod.* quæ tamen meram ſubtilitatem continere videtur.

*§. 1. Sive autem domino, ſive ſibi, ſive conſervo ſuo, ſive imperſonaliter ſervus ſtipuletur, domino adquirit. idem juris eſt & in liberis, qui in poteſtate patris ſunt, ex quibus cauſis adquirere poſſunt.*

INitium hujus §. eſt ex lege 15. *ſive mihi. D. h. t.* cum adde *l.* 1. *pr. D. eod.* Quod idem juris ſit in liberis qui habent peculium profectitium, dicitur itidem in *l ſtipulatio* 38. §. 6. & 17. & *l. quocunque* 45. *pr.* & *fin. D. de V. O.* Quomodo Moribus hæc ſerventur dixi ad *tit.* 9. *Lib.* 2.

*§. 2. Sed cum factum in ſtipulatione continebitur: omni modo perſona ſtipulantis continetur: veluti ſi ſervus ſtipuletur, ut ſibi ire agere liceat. ipſe enim tantum prohiberi non debet, non etiam dominus ejus.*

HÆc exceptio confirmatur ex *d. l.* 38. §. 6. & *l. quod dicitur* 130. *D. eod.* Ratio eſt, quia quod facti eſt, perſonæ conceſſum intelligitur. *l. qui heredi* 44. *pr.* & *l. ſi ita* 69. *D. de condit.* & *demonſt.*

*§. 3. Servus communis ſtipulando, unicuique dominorum pro portione dominii adquirit: niſi juſſu unius eorum, aut nominatim alicui eorum ſtipulatus eſt. tunc enim ſoli ei adquiritur. Quod ſervus communis ſtipulatur, ſi alteri ex domi-*

*minis adquiri non potest, solidum alteri adquiritur, veluti si res, quam dari stipulatus est, unius domini sit.*

HIc §. confirmatur & illustratur ex *l. servus com.* 5. *l.* 7. *proinde & l. si commun.* 17. *D. h. t.* Quid dicendum sit, si servus commuuis propriis nominibus dominorum usus sit, vide in *l.* 37. *si communis. D. eod.* Quid, si jussum spreverit, & alteri nominatim stipulatus sit, vide in §. *ult tit.* 29. *hoc Lib.* 3. An & quomodo hæc adscriptitiis vel propriis hominibus (ut vocant) applicari possint, collige ex illis quæ diximus ad *Lib.* 1.

## *DE DIVISIONE STIPVLATIONVM.*

### TITULUS XIX.

*Stipulationum aliæ (sunt) judiciales, aliæ prætoriæ, aliæ conventionales, aliæ communes, tam prætoriæ, quam judiciales.*

§. 1. *Iudiciales sunt duntaxat, quæ à mero judicis officio proficiscuntur: veluti de dolo cautio, (vel de persequendo servo, qui in fuga est: restituendove pretio.)*

§. 2. *Prætoriæ (sunt,) quæ à mero prætoris officio proficiscuntur, veluti damni infecti, (vel legatorum.) Prætorias autem stipulationes sic exaudiri oportet, ut in iis etiam contineantur ædilitiæ, nam & hæ à jurisdictione (prætoris) veniunt,*

*§. 3. Conventionales ſunt, quæ ex conventione utriuſque partis concipiuntur: (hoc eſt, neque juſſu judicis, neque juſſu prætoris, ſed ex conventione contrahentium:) quarum totidem genera ſunt, quot (pene dixerim) rerum contrahendarum.*

*§. 4. Communes ſunt, veluti rem ſalvam fore pupillo: (Nam & Prætor jubet rem ſalvam fore pupillo: & interdum judex, ſi aliter hæc res expediri non poteſt:) vel de rato ſtipulatio.*

SUMMARIUM.

An & quomodo hæ diviſiones ſtipulationum in uſu ſint?

TOtus hic titulus deſcriptus eſt ex *l. ſtipulationum 5. pr. de V.O.* An jure Codicis hæ diviſiones ſtipulationum abrogatæ intelligantur, jam non dicam; ſufficit quod Moribus noſtris in uſu non ſint, cum judices à Magiſtratu dari deſierint. Sed quoniam ex commento Interpretum officium judicis duplex eſt, nobile & mercenarium, poſſent prætoriæ ſtipulationes dici, quæ extra judicium, aut ante litem conteſtatam propter remedia cogendi interponi jubentur. *l. 4. de juriſd.* Judiciales vero, quæ poſt litis conteſtationem inſtituantur judicii peragendi gratia. *Vinn. ad §. ult. h. t.* Adde & *Baron. ad. h. t. part. reliq.* Moribus cautiones Judiciales æq; per pignora, quã per fidejuſſores fieri poſſunt, teſte *Weſ. ad tit. D. qui ſatiſd. cog. Gud. lib. 4. c. 5. Zyp. tit. de ſatiſd.* Cautiones judicatum ſolvi, & judicium peragi, perraro adhibentur, niſi in peregrinis & arreſtatis. Vide *Gudelin. & Zyp. d. loc. & notas noſtras ad tit. Inſt. de ſatiſdat.*

D E

# *DE INUTILIBUS STIPULATIONIBUS.*

## TITULUS XX.

*Omnis res, quæ dominio nostro subjicitur, in stipulationem deduci potest, sive mobilis sit, sive soli.*

QUanquam hoc principium per se satis notum sit, tamen pro more incepto confirmare lubet ex *l.* 1. §. 9. *de O. & A. & l. inter stip.* 83. §. 5. *vers. nam de his reb. de V. & O. l. interdum* 73. *pr. & l.* 75. §. *ult D. eod.*

§. 1. *At si quis rem, quæ in rerum natura non est, aut esse non potest, dari stipulatus fuerit: veluti Stichum, qui mortuus sit, quem vivere credebat, aut hippocentaurum, qui esse non possit: inutilis erit stipulatio.*

HIc §. comprobatur ex *l. si stipulor.* 35. *pr. & l. si homo* 69. *D. de V. O. & l.* 1. §. 9. *si id quod. D. de O. & A.* ubi etiam dicitur, hunc §. naturalem habere rationem. An dari vel esse possint hippocentauri, hic non definio. Vide *Lucret. lib* 5. *Cic.* 2. *de nat. deor. Senec. epist* 58. juncto tamen *Plin.* 7. *c.* 3. Adde & *Balduin. & Bacchov. ad h.* §.

§. 2. *Idem juris est, si rem sacram aut religiosam, quam humani juris esse credebat: vel rempublicam, quæ usibus populi perpetuo exposita sit, ut forum vel theatrum: vel librum hominem,*

*quem servum esse credebat, vel cujus commercium non habuerit: vel rem suam dari quis stipuletur. Nec in pendenti erit stipulatio ob id, quod publica res in privatum deduci, & ex libro servus fieri potest, & commercium adipisci stipulator potest, & res (sua) stipulatoris esse desinere potest, sed protinus inutilis est. Item contra: licet initio utiliter res in stipulatum deducta sit: si (tamen) postea in aliquam eorum causam, de quibus supra dictum est, sine facto promissoris devenerit: extinguitur stipulatio. At nec statim ab initio talis stipulatio valebit,* Lucium Titium, cum servus erit, dare spondes? *& similia, quæ enim natura sui dominio nostro exempta sunt, in obligationem deduci nullo modo possunt.*

SUMMARIA.

1. Textus confirmatio, & quid de promissore, qui scivit res sanctas fuisse.

2. Improbatio juris Romani in quibusdam articulis.

1. TOtus hic locus sumptus est ex responso *Pauli in l inter stipulantem* 83. §. *sacram* 5. *D. de V. O.* Quod nemo possit stipulari rem sacram, vel religiosam, vel publicam, vel hominem liberum, vel rem suam, responsum quoque est in *l.* 1. §. 9. & 10. *de O. & A. l. nemo* 82. & *l. liber.* 103. *de V. O.* & in *fragm. Gaji. tit.* 9. *lib.* 2. §. 5. Ratio de rebus sacris, publicis & homine libero perspicua est in *l. multū* 34. *D. de V. O.* Sed promissorem, qui scivit dictas res tales esse teneri ad interesse, saltem Moribus nostris, quibus

bus & stipulatio bonæ fidei est,ut supra dixi, non est dubium *arg. l.* 62. *qui officii.* §.1. *de cont. empt.* Cur nemini res suas pure stipulari liceat, dixi ad §. 10. *Inst. de legat.* Porro ratio, cur ne quidem in pendenti sit talis stipulatio, traditur in *l. quod initio* 29. *de R. J.* & *l. continuus* 137. §. 6. *in fin. de V.O.* Ratio vero, cur exstinguatur stipulatio, si res profana ante traditionem facta est sacra, duplex reddi potest, prima ex *l. existimo* 98. *in fin. pr.* junct. *l. plurib.* 140. §. 2. *D. de V.O.* altera ex *l. si ex legati* 23. *D. eod.* & *l. pen. de solut.* Sed quare non liceat stipulari rem sacram sub 2.
conditione si profana facta fuerit, vel hominem liberum, cum servus erit, nullus video. Novi quidem rationem juris civilis in *d. l.* 83. §. 5. & *l.* 137. §. 6. sed ea potius mera scrupulositas videtur, quam sana ratio.

*§. 3. Si quis alium daturum facturumve quid promiserit, non obligabitur: veluti si spondeat Titium quinque aureos daturum. Quod si effecturum se, ut Titius daret, spoponderit, obligatur.*

SUMMARIUM.

Textus probatio ejusque rejectio ex fortiori ratione.

HIc textus desumptus quoque videtur ex *d. l.* 83. *inter stipulant. pr. de V. O.* & confirmatur ex *l. stipulatio* 38. *pr. D. eod.* & *l. sicut* 65. *fidejuss.* Ratio primi membri est, quia nemo alterius mentem scire potest, ideoque promissio ridicula & impossibilis videtur. Cæterum Moribus dicta ratio potius scrupulosa subtilitas est, ideoque promissor aut dari fierive curabit, aut ipse præstabit, non secus ac si proprio no-

nomine quid promisisset. *Grot.d.Introduct.lib.* 3.*c.*3 *vers.* **Niemandt.** *Lambert.Gor.Adversar.tract.*3.*c.*3 *n.* 10. Ratio posterioris membri (quando scilicet promissor promisit, se curaturum, ut detur aliquid vel fiat,) hæc est; quia tunc suum factum promisit quod præstare debet, aut id quod interest. *arg.l.quotiens* 81.*pr.de V.O.& l.*13.*§.ult.de re jud.* An vero talis promissor absolvatur, si omnem diligentiam adhibuerit, ut efficeret, dixi in *disp.nostr.ad h.§.* ubi & praxin addidi. De literis Cambii, an obligent, quia & in illis alieni facti promissio fieri videtur, vide apud *Schultz.ad h.t. lit. c.*

*§. 4. Si quis alii, quam ei, cujus juri subjectus sit, stipuletur, nihil agit. Plane solutio etiam in extraneam personam conferri potest: veluti si quis ita stipuletur;* Mihi aut Sejo dare spondes? *ut obligatio quidem stipulatori adquiratur, solvi tamen Sejo, etiam invito eo, recte possit, ut liberatio ipso jure contingat, sed ille adversus Sejum habeat mandati actionem. Quod si quis sibi & alii, cujus juri subjectus non sit, dari decem aureos stipulatus est: valet quidem stipulatio: sed utrum totum debeatur (stipulatori,) quod in stipulatione deductum est, an vero pars dimidia, dubitatum est: sed placuit, non plus quam dimidiam partem ei adquiri. Ei (vero,) qui juri tuo subjectus est, si stipulatus sis, tibi adquiris: quia vox tua, tanquam filii sit, sicut & filii vox, tanquam tua intelligitur in iis rebus, quæ tibi adquiri possunt.*

## SUMMARIUM

Usus huic §. contrarius, | ejusque ratio & defensio.

HOc *pr.* confirmatur ex. *d. l. stipulatio* 38. §. 17. *alteri. D. de V.O.* ubi & ratio ejus additur, sed quæ hodie mera subtilitas est. Moribus enim non tantum Notarius alteri, sed & alius privatus stipulari potest. *Vinn. & Balduin. ad h.* §. Ratio est, quia jure gentium (quod sequimur) unusquisque tenetur ex sua promissione, sive ipsi stipulatori sive alteri facta sit. Adde *Matth. c.* 5. *v.* 37. Exceptiones hujus *pr.* etiam ex jure civili petitas, vide in §. 19. & 20. *h. t.* ubi latius. Reliqua hujus. §. frustra pluribus confirmantur, quia Moribus (ut dixi) etiam alteri obligatio adquiri potest, licet etiam ipsius stipulatoris nihil intersit, vel nulla pœna adjecta sit. Itaque si quis ita stipulatus sit, sibi aut Mævio dari, non tantum Mævio solvi potest, sed etiam actio concedi. Si vero quis stipulatus sit sibi & Titio decem, stipulatio in totum valebit, & quinque debebuntur stipulatori, & altera quinque Titio. Utique posito, quod fiat hic aliquid contra rei naturam, tamen magis fieret contra rei naturam, si pacta non servarentur. De stipulatione patris & filii dixi *ad Tit.* 9. *Lib.* 2.

§. 5. *Præterea inutilis est stipulatio si (quis) ad ea, quæ interrogatus fuerit, non respondeat: veluti si quis decem aureos à te dari stipuletur, tu quinq; promittas, vel contra: aut si ille pure stipuletur, tu sub conditione promittas: vel contra: si modo scilicet id exprimas, id est, si cui sub conditione vel in diem stipulanti, tu respondeas,* præsenti die

spon-

ſpondeo. *Nam ſi hoc ſolum reſpondeas*, promitto: *breviter videris in eandem diem vel conditionem ſpopondiſſe. Neque enim neceſſe eſt in reſpondendo eadem omnia repeti, quæ ſtipulator expreſſerit.*

SUMMARIUM.

Textus conciliatio cum aliis, ejuſque uſus cum ratione.

INitium hujus §. de ſtipulatione quantitatis deſumptum videtur ex *fragm. Gaji d.t.9.§.10. Lib.2.* Sed tunc è diametro adverſatur *l.1.§.4.ſi ſtipul. D. de V.O.* ut docet *Ant. Matthæus in not. ad h. §.* Sed dici quoque poteſt, hunc §. loqui de ſtricto jure, & *d.l.1.§.4.* de æquo & bono. Vel dic, ſtipulationem inutilem eſſe, ſcil. quoad ſummam excurrentem. Denique dici poteſt, fragmenta Gaji admodum corrupta eſſe. Ut ut ſit de jure Romano, certum eſt Moribus Belgii, unumquemq; teneri ex ſua promiſſione, modo ſerio & cum judicio facta ſit. Hinc ſequitur, quod ille, qui pure interrogatus ſub conditione reſponderit, vel contra; efficaciter obligetur, licet illico non placuerit diverſitas reſponſionis, modo non diſplicuerit reſponſio. Vide quæ diximus *ad §. præced.* Verſus hujus §. *Nam ſi hoc ſolum &c.* nulla alia confirmatione opus habet, cum natura generalis reſponſionis veritatem ejus ſatis aperte evincat, ut latius dicturi ſumus ad §. 18. *h.t.*

*§. 6. Item inutilis eſt ſtipulatio, ſi vel ab eo ſtipuleris, qui tuo juri ſubjectus eſt, vel ſi is à te ſtipuletur. Sed ſervus quidem non ſolum domino*

*suo obligari non potest, sed ne quidem ulli alii. filii vero familiarum aliis obligari possunt.*

SUMMARIUM.

Textus probatio cum usu & | quid hic de adscriptitiis.

QUod jure Romano nec pater à filio, nec filius à patre, in cujus potestate est, stipulati queat. *l.* 2. *de cont. empt.* hanc habet rationem; quia habentur pro una persona, ideoque pater esset simul creditor & debitor, quod videtur absurdum, & contra rei naturam. Sed quoniam Moribus omnes filii intelliguntur emancipati, hic §. usum non habet. *arg.l.* 4. *C.de pact.convent.* Quod etiam adscriptitii vulgo **lijfeygẽs** à dominis, & hi vicissim ab illis stipulari possint, testatur *Schultz.ad h.t.lit a.* Quomodo & quando filiisam. obligari possint, dicimus ad §.7.*tit.*7.*Lib.*4.

*§. 7. Mutum neque stipulari, neque promittere posse, palam est. quod & in surdo receptum est: quia & is, qui stipulatur, verba promittentis, & is qui promittit, verba stipulantis audire debet: unde apparet non de eo nos loqui, qui tardius exaudit, sed de eo qui omnino non audit.*

HIc §. descriptus videtur ex *l.* 1.§.*pen.& ult.D. de O.& A.*& confirmatur ac illustratur ex *l.*1.*pr. de V.O.* Rationem juris civilis tradunt *ll.* allegatæ. Sed Moribus stipulationes nõ tantum in scriptis à mutis & surdis contractæ valent, sed etiam inter absentes contractæ; aut si non valent ut stipulationes, valent tamen ut conventiones & pacta. *Zyp. in Notit. jur. Belg. tit de cont. stipul.Gudelin. lib.* 3. *c.*4.5.*&* 6.

§. 8.

*§. 8. Furiosus nullum negotium gerere potest: quia non intelligit, quod agit.*

QUod furiosus nec stipulari, nec ullum negotium recte gerere possit, legibus & rationibus probatur, cum hic tum in *l.5.de R.J.l.1.§.12.de O.& A.& l.si à reo 70.§.4.de fidejussor.*

*§. 9. Pupillus omne negotium recte gerit: ita tamen, ut ubi tutoris autoritas necessaria sit, adhibeatur tutor: veluti si ipse obligetur. nam alium sibi obligare etiam sine tutoris auctoritate potest.*

PUpillum vero auctore tutore quodvis negotium gerere posse, quamvis necdum intelligat, quod agit, manifeste docet & explicat *d.l.5.de R.J.l.pup.9.de adq.her.l.1.§.13.O.& A.de l.serv.6.D. rem pup. salv.* Ratio quoq; manifesta est, quia in ejusmodi negotiis seu contractibus non tam pupilli quã tutoris persona consideratur, qui etiam pupillum ignorantem & invitum obligare potest. *tot. tit. quando ex facto.* Quando pupillus sine auctoritate tutoris alios sibi obligare possit, diximus ad *tit.21.lib.1.& tit.1.lib.2.* & dicemus in *§. seq. latius.*

*§. 10. Sed quod diximus de pupillis, utique de iis verum est, qui jam habent aliquem intellectum. nam infans, & qui infantiæ proximus est, non multum à furioso distant: quia hujusmodi ætatis pupilli nullum habent intellectum. Sed in proximis infantiæ, propter utilitatem eorum, beni-*

*nignior juris interpretatio facta est, ut idem juris habeant, quod pubertati proximi. Sed qui in potestate parentis est impubes, ne auctore quidem patre obligatur.*

SUMMARIUM.

Textus comprobatio ejusque genuinus sensus, & ratio verbor. final.

QUod pupillus aliis sine tutoris consensu obligari non possit, satis superque demonstravimus in *d. tit.* 21. *&* 8. Diximus & ibidem de altero casu, quando pupillus alios sibi obligare possit, sed remissive ad *h.* §. Quod autem pupillus, licet infantiæ proximus, possit ex benigna juris interpretatione stipulando vel aliter contrahendo alios sibi obligare, probatur ex *l. obligari* 9. *de auct. tut. & l. pupillus* 11. *de adq. rer. dom.* Adde *Grot. de jur. bell. & pac. lib.* 2. *c* 11. §. 5. Si dicamus hunc §. nostrum loqui de eo pupillo (quod est probabilius) qui ex æquo & bono, licet infantiæ proximus, auctore tutore, aliis obligari potest, tunc probatur ex *d. l.* 1. §. 13. *de O. & A. d. l.* 6. *& d. l.* 9. Sed tamen patre auctore filiusfamilias impubes obligari non potest. *d.* §. *nost. & l. ult.* §. 2. *de V. O.* Ratio differentiæ est, quia patria potestas non respicit obligationes contrahendas, sicut tutoris auctoritas; nec filio læso datur regressus adversus patrem *l.* 4. *de jud.* qui tamen contra tutorem datur. Alii aliam rationem reddunt, ut videre est apud *DD. ad h.* §. Hæc Moribus ita quoque se habere, affatim innuunt præcedentia.

§. 11. *Si impossibilis conditio obligationibus adjicitur: nihil valet stipulatio. Impossibilis autem*

*tem conditio habetur, cui natura impedimento est quo minus existat: veluti si quis ita dixerit,* Si digito cœlum attigero, dare spondes? *At ita stipuletur* , Si digito cœlum non attigero dare spondes? *pure facta obligatio intelligitur ideoque statim peti potest.*

HIc §. desumptus videtur ex *l. 7. impoßibilis de V. O.* & cõfirmatur *l. 35. D. eod.* & *l. 1. §. 11. de O.* & *A.* Ratio cur conditio impossibilis vitiet stipulationem traditur in *l. non solum 31. D. eod.* Ratio vero cur illa stipulatio , *si digito cœlum non attigero* , valeat , extat in *l. si pupil. 9. §. 1. de novat.* & apud *Aristot. de interp. c. pen.* Sed hæc posterior stipulatio & promissio meo judicio, vix seria videtur, ideoque obligationem non pariet, nisi serius animus probetur.

*§. 12. Item verborum obligatio inter absentes concepta, inutilis est. Sed cum hoc materiam litium contentiosis hominibus præstabat, forte post tempus tales allegationes opponentibus, & non præsentes fuisse, vel se vel adversarios suos, contendentibus: ideo nostra constitutio propter celeritatem dirimendarum litium introducta est, quam ad Cæsar. advocatos scripsimus: per quam disposuimus, tales scripturas, quæ præsto esse partes indicãt omnino esse credendas, nisi is, qui talibus utitur improbis allegationibus, manifestissimis probationibus vel per scripturam, vel per testes ideoneos adprobaverit, toto eo die quo conficiebatur instrumentum, sese vel adversarium suum in aliis locis fuisse.*

Quo

QUod & quomodo Moribus nostris stipulationes inter absentes conceptæ, utiles sint, dixi *ad.* §. 7. *h. t.* Reliqua hujus §. desumpta sunt ex *l. optimam* 14. *C. de cont. vel com. stip.* Ratio est, quia regulariter tandiu pro instrumento præsumptio est, donec contrarium probetur. *l. cum precib.* 18. *C. de probat.* Hinc in foro **sijn** alibi **proberen**, quando scilicet de loco præsumptio est.

§. 13. *Post mortem suam dari sibi nemo stipulari poterat: non magis, quam post ejus mortem, à quo stipulabatur. Ac nec is, qui in potestate est, post mortem ejus stipulari poterat, quia patris vel domini voce loqui videtur. Sed & si quis ita stipuletur*, Pridie quam moriar, *vel* pridie quam morieris, dare spondes? *inutilis erat stipulatio. Sed cum (ut jam dictum est) ex consensu contrahentium stipulationes valeant: placuit nobis etiam in hunc juris articulum necessariam inducere emendationem: ut sive post mortem, sive pridie quam moriatur stipulator, sive promissor, stipulatio concepta sit, stipulatio valeat.*

HIc §. plane convenit cum *l. scrupulosam* 11. *C. de cont. stipul.* Ratio juris veteris hæc fuit, quia actiones nec ab herede, nec contra heredem incipere poterant. *l. un. C. ut act. ab hered.* Ratio rationis videtur, quia absurdum & contra naturam est, ut quis post mortem vel accipiat quid, vel solvat. Sed recte Justiniano hæc ratio scrupulositas visa est, quia ut voluntates testatorum, ita & contrahentium servandæ sunt, quoties effectum sortiri possunt, & non sunt contra bonos mores vel conscientiam. Adde

*d. l.un.* & *ea quæ diximus ad* §. 35. *Inst. de legat.*

§. 14. *Item si quis ita stipulatus erat, S navis ex Asia venerit, hodie dare spondes inutilis erat stipulatio, quia præpostere concept est. Sed quum Leo inclytæ recordationis, in dotibu eandem stipulationem, quæ præpostera nuncupa tur, non esse rejiciendam existimaverit: nob placuit, & huic perfectum robur accommodare ut non solum in dotibus, sed etiam in omnibus va leat hujusmodi conceptio stipulationis.*

HIc §. desumptus est ex *l. præposteri* 25. *C. de tes* ubi in fine additur, quod exactio rei promissa competat post conditionem vel diem existentem Sed rectene ratio juris veteris hic addita ab Imperato re rejecta est? Affirmo ob rationes in §. *præced* alle gatas.

§. 15. *Ita autem stipulatio concepta, velut si Titius dicat*, cum moriar dare spondes? *ve* cum morieris? & *apud veteres utilis erat, & nunc valet.*

HIc §. confirmatur & illustratur ex *l. quodcunque* 45. *de V. O.* & *l. heres* 79. §. 1. *de condit.* & *de monst.* Ratio est, quia illa stipulatio nec iniqua nec post mortem concepta intelligitur. *Gell. lib.* 6 *cap.* 13.

§. 16. *Item post mortem alterius recte stipulamur.*

Quo-

QUoniam in hac ſtipulatione ceſſat ratio, ob quam ſtipulationes poſt mortem contrahentium conceptæ non valent, mirum non eſt, quod ſubſiſtat. Sed quid, ſi ſtipulator moriatur ante Titium, cujus poſt mortem ſtipulatus eſt? transfert tamen ipſum debitum, non nudam ſpem debitum iri, ut recte hic explicat. *Vinn. arg. l. 9. §. 1. de novat.*

*§. 17. Si ſcriptum in instrumento fuerit, promiſiſſe aliquem: perinde habetur, atque ſi interrogatione præcedente reſponſum ſit.*

HIc locus teſte *Hotom.* ad verbum deſcriptus eſt ex Paulo *lib. ſent. 5. tit. de V. O.* & confirmatur ex *l. 1. C. de cont. ſtipulat. l. ſciend. 30. & l. Titia 134. §. pen. de V. O.* Vide etiam ea quæ diximus ad §. 12.

*§. 18. Quoties plures res una ſtipulatione comprehenduntur, ſi quidem promiſſor ſimpliciter reſpondeat,* dare ſpondeo: *propter omnes tenetur. Si vero unam ex his, vel quaſdam daturum ſe ſpoponderit: obligatio in iis, pro quibus ſpoponderit, contrahitur. Ex pluribus enim ſtipulationibus, una, vel quædam videntur eſſe perfectæ. ſingulas enim res ſtipulari, & ad ſingulas reſpondere debemus.*

QUod primo caſu promiſſor teneatur ad omnes res ſtipulatas, probatur ex *l. Titia 134. §. ult. & l. pluribus 140. pr. D. de V. O.* Adde *Liv. lib. 1.* de deditione Collatinorum. Quod altero caſu tantum teneatur ad illas res, ad quas in ſpecie reſpondit,

confirmatur ex *l. inter ſtipulant.* 83. §. 4. *item ſi D eod.* Hæc Moribus Belgii minus dubii habent, qui dicti Mores ſequuntur ſimplicem voluntatem con trahentium.

*§. 19. Alteri ſtipulari (ut ſupra dictum eſt nemo poteſt. Inventæ enim ſunt hujuſmodi (ſti pulationes vel) obligationes ad hoc, ut unuſquiſ que adquirat ſibi, quod ſua intereſt: cæterum ſi ali detur, nihil intereſt ſtipulatoris. Plane ſi quis ve lit hoc facere, pœnam ſtipulari conveniet: ut niſ ita factum ſit, ut eſt comprehenſum, committatu pœnæ ſtipulatio etiam ei, cujus nihil intereſt. Pœ nam enim cum ſtipulatur quis, non illud inſpici tur, quod interſit ejus, ſed quæ ſit quantitas in con ditione ſtipulationis. Ergo ſi quis (ita) ſtipuletur* Titio dari, *nihil agit, ſed ſi adjecerit pœnam*, niſi dederis, tot aureos dare ſpondes? *tunc com mittur ſtipulatio.*

HIc §. deſumptus eſt ex *d.l. ſtipulat. iſta* 38. §. *alter* 17. *de V.O.* Sed Moribus alterum alteri effica citer ſtipulari poſſe, etiamſi nulla pœna adjecta ſit diximus ſupra ad §. 4. *h.t.*

*§. 20. Sed (&) ſi quis ſtipuletur alii, cum ejus intereſſet, placuit ſtipulationem valere. Nam ſi is, qui pupilli tutelam adminiſtrare cœperat, ceſ ſerit adminiſtratione contutori ſuo, & ſtipuletur rem pupilli ſalvam fore: quoniam intereſt ſtipula toris fieri, quod ſtipulatus eſt (cum obligatus fu turus ſit pupillo, ſi male res geſſerit) tenet obliga-*

*tio.*

*tio. Ergo etsi quis procuratori suo dari stipulatus sit, habebit vires stipulatio. Et si creditori suo (quis stipulatus sit) quod sua interest, ne forte vel pœna committatur, vel prædia distrahantur, quæ pignori data erat, valet stipulatio.*

DEscriptus & hic §. est ex *d. l.* 38. §. *si stipuler.* 20. *D. de V. O.* Sed Moribus hunc alii stipulari posse, licet stipulatoris nihil intersit, probavi ad *d.* §. 4. *h. t.*

§. 21. *Versa vice, qui alium facturum promisit, videtur in ea esse causa, ut non teneatur, nisi pœnam ipse promiserit.*

HIc §. exceptio est §. 3. *h. t.* & confirmatur ex *d. l.* 38. §. 2. *D. de V. O.* Sed quid, si promissor omnem lapidem moverit, & omnia humana expertus sit, ut persuaderet? vix tamen videtur excusandus. *arg. l. sancimus* 26. *C. de fidej. & d. l.* 38. §. 2. Vide quæ dixi in *disp. ad h.* §. 3. *h. t.*

§. 22. *Item nemo rem suam futuram, in eum casum, quo sua sit, utiliter stipulatur.*

HÆc regula descripta est ex responso Pauli in *l. nemo* 87. *de V. O.* Ratio est, quia res imperfecta incidit in illum casum, à quo initium capere non potest. *l.* 98. *existimo D. eod.* Nam nihil refert, an res mea sit tempore contractus, an tempore præstationis. Vide quæ dixi ad §. 10. *de legat.*

§. 23. *Si de alia re stipulator senserit, de alia promissor: perinde nulla contrahitur obligatio,*

*ac si ad interrogatum responsum non esset: veluti si hominem Stichum à te quis stipulatus fuerit, tu de Pamphilo senseris, quem Stichum vocari credideris.*

QUoniam nulla obligatio contrahitur, nisi utriusque consensus circa idem corpus vel in eandem rem de qua agitur, adsit. *l.* 1. §. 3. *de pact. l. in omnib.* 55. *de O.& A.* mirum videri non debet, quod stipulatio in nostro §. proposita nequaquam valeat. *l. inter stipulant.* 83. §. 1. *D. de V. O. & l.* 137. *continuus* §. 1. *D. eod.* Quid dicendum sit, si erratum est in substantia rei vel materia, & quid, si error est in nomine proprio personæ reive, vide apud *DD. ad h.* §. & *disp. nost. ad tit. Inst. de empt. & vend.*

§. 24. *Quod turpi ex causa promissum est, veluti si quis homicidium vel sacrilegium se facturum promittat: non valet.*

HIc §. confirmatur ex *l. generaliter.* 26. *& seq. & l. si flagitii* 123. *de V. O.* Ratio est, quia illa quæ turpia sunt, etiam impossibilia videntur. *l. filius* 15. *de condit. instit.* & impossibilium nulla obligatio est. *d.* §. 11. *h. t.* etiamsi si talis stipulatio turpis juramento firmata esset. *c. non est oblig. de R. J. in* 6. Cæterum si pecunia vel aliud quid promissum est stipulatori, ut tale flagitium committeret, jure gent. (quod in foro sequimur) promissor obligatur ad solvendum saltem pœnæ nomine, sed stipulatori, id quod solutum est, auferendum est tanquam turpe lucrum. *arg. l.* 5. *de calumniat.* Præterea uterque pro qualitate delicti alia etiam pœna ex arbitrio judicis mulctari potest. Vide tamen nostra *ad* §. 2. *Inst. de duob. reis. stip.*

§. 25.

§. 25. *Cum quis sub aliqua conditione stipulatus fuerit, licet ante conditionem decesserit: postea existente conditione heres ejus agere potest. Idem est & ex promissoris parte.*

DE stipulatore mortuo ante conditionem adjectam diximus ad §.4.*de V.O.* de promissore agit quoque hic §. qui confirmatur ex *l.si quis* 57.*D.de V.O.* Rationem vide in *d.*§.4.

§. 26. *Qui hoc anno aut hoc mense dari stipulatus est: nisi omnibus partibus anni vel mensis præteritis, non recte petet.*

HIc §. descriptus est ex *l.qui hoc anno* 42. *D.de V.O.* Sed hanc interpretationem haud convenire simplici juri gent. aut simplici verborum intellectui, dixi ad §.2 *Inst.de V.O.*

§. 27. *Si fundum dari stipuleris, vel hominem, non poteris continuo agere: nisi tantum spatium præterierit, quo traditio fieri possit.*

QUoniam promissor fundi vel servi non semper prædictas res ad manus habet, mirum non est, quod vix conveniri potest ante spatium, intra quod commode tradere potuit. Nam hoc subintelligitur, saltem ex æquo & bono. *l.quod dicimus* 105. *de solut.* junct.*arg.l.eum qui* 41.§.1.*l.interd.*73. *& l. continuus* 137.§.1.*de V.O.* Vide etiam ea quæ diximus ad *d.*§. 2.*Inst.eod.*

## *DE FIDEIVSSORIBVS.*

### TITULUS. XXI.

*Pro eo qui promittit, ſolent alii obligari, qui fidejuſſores appellantur: quos homines accipere ſolent dum curant, ut diligentius ſibi cautum ſit.*

HIc §.conſcriptus videtur ex *l.*1.*§.ſed aut proprio* 8.*D.de O.&A.* & confirmatur ac illuſtratur ex *l.fidejuſſor.*16.*§. ult. & l. Lucius* 24. *D. de fidejuſſor.* junct.*Nov.*4.*c.*1. Formulam fidejubendi vide apud *Platon.lib.*12.*de legib.* Moribus fidejuſſores etiam nudo pacto conſtituuntur, ita ut effectu & vi obligandi nullum etiam diſcrimen ſit inter fidejuſſores & conſtitutores. *Gudelin. de jure noviſſ. lib.* 3.*c.* 11. Rationem dixi in §.1.*Inſt.de V.O.*

§. 1. *In omnibus autem obligationibus adſumi poſſunt: id eſt, ſive literis, ſive conſenſu contractæ fuerint. At nec illud quidem intereſt, utrum civilis an naturalis ſit obligatio, cui adjicitur fidejuſſor: adeo quidem, ut pro ſervo quoque obligetur, ſive extraneus ſit, qui fidejuſſorem à ſervo accipiat, ſive ipſe dominus in id, quod ſibi naturaliter debetur.*

PRima pars hujus §.collecta videtur ex *l.græce* 8.§. 1.*D.h.t.* & confirmatur *l.*1.*&.*2.*D.eod.* Quod non tantum civili, ſed etiam naturali obligationi fidejuſſor accedere poſſit, traditur quoque in *l.fidejuſſor.*16.§. *fidejuſſor.*3.*D.h.t.* De ſervo in ſpecie, quod pro eo quoq; fidejuſſor efficaciter intervenire queat, affirmat etiam

etiam *l. cum fidejub.* 35. & *l.*70. *si a reo* §. *adeo* 3. *D. h.t.* An etiam obligationi, quæ ex delicto descendit, accedere posit, vide in *disp. nost. ad h. t.* & *Schultz. ibid. lit. a.*

§. 2. *Fidejussor non tantum ipse obligatur, sed etiam heredem relinquit obligatum.*

HIc §. confirmatur ex *l.*4.§.1.*D.h.t* & *l. fidejussoris* 24.*C eod.* Ratio redditur in *d.l.*4.§.1. quia fidejussor rei locum obtinet, id est succedit in omne jus defuncti. *l.*62.*de R.J.* Adde *l. ex contractib.* 49. *de O.* & *A.* Hæc rationem & usum habere, extra controversiam est.

§. 3. *Fidejussor & præcedere obligationem, & sequi potest.*

HIc §. descriptus videtur ex *l. stipulat.* 6.§.*ult.D. h. t.* secus est in mandatore, qui post creditam pecuniam mandavit creditori. *l.si vero* 12.§.14.*post. D.mand.* quod non probo, quia scrupulositatem continere videtur, non simplex jus gentium. Cur enim non obligaretur, si sciens creditam pecuniam esse, jusserit tamen eam suo periculo esse? Vide quæ dixi ad §.1.*Inst.de V.O.*

§. 4. *Si plures sint fidejussores: quotquot erunt numero singuli in solidum tenentur. Itaque liberum est creditori, à quo velit solidum petere. Sed ex epistola divi Hadriani compellitur creditor à singulis, qui modo solvendo sunt, litis contestatæ tempore, partes petere. Ideoque si quis ex fidejussoribus eo tempore solvendo non sit: hoc cæteros*

*one-*

*onerat. Sed ſi ab uno fidejuſſore creditor totũ conſequutus fuerit: hujus ſolius detrimentum erit, ſi is, pro quo fidejuſſit, ſolvendo non ſit: & ſibi imputare debet, cum potuerit juvari ex epiſtola divi Hadriani, & deſiderare, ut pro parte in ſe detur actio.*

SUMMARIUM.

Textus confirmatio, ejuſque ratio & uſus varius.

JUre veteri unumquemque ex fidejuſſoribus in ſolidum conveniri potuiſſe, certum eſt. *l.26. & l. ſi plures 27.pr.D.h.t.l.3.& 23.C.eod.* Sed hoc ex Epiſtola D. Adriani mutatum eſſe, apparet ex *d.l.26.inter fidejuſſores. D.h.t.* quam *Paul. ſent. 1.tit. 20.* edictum Prætoris vocat, quia forſan à Juliano in edictum perpetuum redacta fuit. Quod vero hoc beneficium diviſionis ceſſet, ſi unus ex fidejuſſoribus tempore litis conteſtatæ ſolvendo non ſit, confirmatur ex *d. l. 26. & l. ſi contendat 28. D. eod.* Reliqua hujus §. de eo caſu, quando unus ex fidejuſſoribus totum debitum ſolvit, comprobantur ex *l. ut fidejuſ.39.D.h.t. & l.cum alter 11. C. eod.* Ratio cur fidejuſſores jure novo non obligentur in ſolidum, expreſſa eſt ad §. 1. *Inſt. de duob. reis.* quæ & generalioribus Moribus adprobata eſt, quanquam in quibuſdam Municipiis jus vetus ſervetur, teſte *Gudelin. lib.4.c.7.in fin.* Sed & hoc tacite actum videtur, ut is qui tempore litis conteſtatæ deſiit ſolvendo eſſe, cæteros oneret. Sed cur non & hoc poſt litem conteſtatam. *l.inter eos 51.§.pen.D.h.t.*? An eo caſu quo fidejuſſor totum debitum ſolvit, poſſit petere actionem ceſſam contra confidejuſſores, vel ſaltem contra eos actionem negot. geſtor. inſtituere, vide in *diſpu-*

*diſput.noſt. ad h.t.* Plura de tribus beneficiis ordinis excuſſionis, diviſionis & cedendarum action. vide apud *DD. ad h.* §. 4.

§. 5. *Fidejuſſores ita obligari non poſſunt, ut plus debeant, quam debet is, pro quo obligantur. Nam eorum obligatio, acceſſio eſt principalis obligationis: nec plus in acceſſione poteſt eſſe, quam in principali re. At ex diverſo, ut minus debeant, obligari poſſunt. Itaque ſi reus decem aureos promiſerit: fidejuſſor in quinque recte obligatur: contra vero obligari non poteſt. Item ſi ille pure promiſerit: fidejuſſor ſub conditione promittere poteſt: contra vero non poteſt. Non ſolum autem in quantitate, ſed etiam in tempore minus aut plus intelligitur. Plus eſt enim ſtatim aliquid dare: minus eſt poſt tempus dare.*

SUMMARIUM.

Textus illuſtratio ac germanus ſenſus cum uſu contrario.

HIc §. confirmatur ex *l. Græce* 8. §. *illud commune* 7. *D. h. t.* & *l. hi qui* 34. *D. eod.* Quod fidejuſſor in ſummam concurrentem obligatus fuerit, extra quæſtionem fuiſſe puto. Vide *diſputat. noſtr. ad h.* §. Itaque hoc tantum controvertebatur, an fidejuſſor etiam in duriorem cauſam & majorem quantitatem obligari poſſet, quàm debet ipſe reus principalis. Veteres exiſtimarunt propter regulam hic allegatam, fidejuſſorem omnino non obligari in graviorem cauſam, ſed obligari quidem in leviorem. *d.* §. 7. & *l.* 34. Moribus Belgii (quibus illa regula vel potius rei natura & ſubtilitas hic non attenditur) fidejuſſor obligatur

ligatur

ligatur simpliciter ex sua promissione, si modo seri[o] inita sit. Vide *Vinn. ad h. §. & nostra ad Inst. de V. O.* & §. 5. *Inst. de inut. stipulat.* Quanquam ergo deb[i]tor principalis sub conditione debet, & fidejussor pu[-]re fidejussit, vel debitor debeat 10, fidejussor obliga[-]vit se pro viginti, tamen utilis fidejussio est. Rati[o] supra allegata est sæpius.

§. 6. *Si quid autem fidejussor pro reo solve[-]rit: ejus recuperandi causa habet cum eo mandat[i] judicium.*

HIc §. comprobatur & explicatur ex *l. 6. §. 2. l. 10.* §. 11. & *l. ex mandato* 20. §. 1. *D. mand.* Sed quid, si pro vetante quis fidejusserit? Ille jure Ro[-]mano nec actionem mandati, nec negotior. gestor. habebit. *l. si pro te* 40. *D. eod.* Sed hoc jus Moribus Belgii non servatur, nec servari debet. Quia nec quis cum alterius jactura locupletari, nec quis teme[-]re donasse præsumi debet. Vide *Zyp. notit. jur. Belg. tit. de pœn.*

§. 7. *Græce etiam fidejussor ita accipitur,* τῇ ἐμῇ πίστει κελεύω ἐγώ. i. mea fide jubeo ego. *(sed & si dixerit)* θέλω *sive* βούλομαι. i. volo, *sed &* φημί. i. affirmo: *pro eo erit, ac si dixerit* λέγω. i. dico.

HIc locus descriptus videtur ex *d. l. 8. pr. D. h. t.* ideoq; ex eodem *hic §. nost.* explicandus & resti[-]tuendus est. Confirmatur ex *l. Bland. 12. C. h. t. & l. 1. §. ult. D. de V. O.* Moribus hæc ita obtinere, certius est, quam ut probari debeat. Vide nostra ad §. 1. *Inst. de V. O.*

§. 8.

*§. 8. In stipulationibus fidejussorum sciendum est hoc generaliter accipi: ut quodcunque scriptum sit quasi actum, videatur etiam actum. Ideoque constat, si quis scripserit se fidejussisse: videri omnia solenniter acta.*

HIc §. desumptus est ex *l. sciendum* 30. *de V. O.* sed extensus nonnihil à Compositoribus *Inst.* De justitia & ratione hujus §. dixi *ad* § 12. *&* 17. *tit. præcedentis.*

## DE LITERARUM OBLIGATIONIBUS.

### TITULUS. XXII.

*Olim scriptura fiebat obligatio, quæ nominibus fieri dicebatur, quæ nomina hodie non sunt in usu. Plane si quis debere se scripserit, quod sibi numeratum non est: de pecunia minime numerata, post multum temporis exceptionem opponere nō potest. hoc enim sæpissime constitutum est. sic fit, ut & hodie, dum quæri non potest, scriptura obligetur: & ex ea nascatur condictio, cessante scilicet verborum obligatione. Multum autem tempus in hac exceptione antea quidem ex principalibus constitutionibus usque ad quinquennium procedebat. sed ne creditores diutius possint suis pecuniis forsitan defraudari: per constitutionem nostram tempus coarctatum est, ut ultra biennii metas hujusmodi exceptio minime extendatur.*

SUM-

SUMMARIA.

1. Variæ opiniones DD. circa nomina.
2. Juris veteris & novi hic probatio & quæ actio post biennium?
3. Usus hodiernus hujus tit. ejusque ratio.

1. QUæ & qualia fuerint illa nomina, quibus olim obligatio contrahebatur, quando nomen alicujus ut debitoris in scripturam redactum erat, non satis hic inter *DD.* constat. Quidam hæc referunt ad illa nomina debitorum duntaxat, quæ ab argentariis in scripturam redigebantur. Vide *Borcholt. ad h. t.* Quidam vero hæc quoque ad ea referunt nomina, quæ in tabulis scripta erant privatorum, quibus alter alteri certam pecuniam profitebatur. Vide *Hotom. ad h.t. & Grot. in flor. spars. ad h t. Salmas. ad jus Att. & Rom. c. 29.* Si ad mensas Argentariorum (ut volunt doctiores, teste Balduino hic) referenda sunt, hodie rursus inter Mercatores Amstelodamenses quodammodo in usu esse intelliguntur, vulgo **in de banck van leeninge.** Sed ad rem: quod constituti-
2. onibus anteriorum principum cautum fuerit, ut exceptio non numeratæ post quinquennium opponi non posset, probatur ex *Cod. Gregor. tit. de cauta & non num. pecun. & tot. tit. C. de non num pecun.* Quod dicta exceptio non numeratæ pecuniæ jure novo ne quidem post biennium possit extendi, quodque debitor post illud biennium scriptura obligetur, licet nulla numeratio pecuniæ intervenerit, late explicat & confirmat. *l. in contractib. 14. C. de non num. pecun.* An vero post illud tempus biennii competat (stipulatione scilicet non interposita) condictio certi ex mutuo, an condictio generalis, non admodùm sollicite inquiro, quia hodie nomina actionum ex-

pri-

primere, haud necessum est. Collige tamen sententiam nostram ex *disp.nost. ad h.t.* Moribus exceptio non num.pecun.opponi potest usque ad 30. ann.& forte ultra, quod est ex simplici jure gent. jus civile vero ex mera ratione civili introductum est, contra communes regulas juris gentium, ideoq; non receptum. Puniatur (per me licet) negligentia ejus qui intra biennium non repetiit syngrapham, sed mulcta pecuniaria fisco applicanda, non vero hoc modo, ut nec exceptio post biennium opponi, nec jusjurandum deferri possit. Vide *disp.nost. ad h. t. & Christin.decis.*37.*vol.*3. Sed ne nimis diu creditores forsan frustrentur, obtinent hodie sequestrationem pecuniæ, vulgo **namptissement**; licet etiam intra biennium agant. Quæ sequestratio nascitur ex præsumptione, quâ non male præsumitur, quod debitor, qui scripsit se debere, & suam cautionem non repetiit, pecuniam in syngrapha expressam acceperit. Vide *Gudel.d.tract.lib.*3.*c.*9.*Zyp. in Notit. jur.Belg.tit.de sent.& re jud.& tit. de except.Vinn. ad h.tit.* ubi tamen testatur, prædictos Mores non ubique in Belgio receptos esse. Sed cum illa præsumptio non sit plena probatio, non video cur debitor in causa principali creditori non posset offerre jusjurandum. *Exod.*22. *Hebr.*6. Vide tamen *Joann. à Sande lib.*1.*tit.*8.*&* 11.*def.*1.*Schultz. & Baron. ad h. t.* Pœna debitoris, qui per mendacium negavit, sibi pecuniam numeratam esse, hodie arbitraria est, ut quælibet alia. *Zyp.tit.de confe & tit.de pœn.* Latissimum hac de re tractatum vide apud *Rebuff.tract. de liter.obligat.& tractat.de chirograph. & scedular. recognit.* 3.

# *DE OBLIGATIONIBVS EX CONSENSV.*

## TITULUS XXIII.

*Consensu fiunt obligationes in emptionibus venditionibus, locationibus, conductionibus, societatibus, mandatis. Ideo autem istis modis obligatio dicitur consensu contrahi, quia neque scriptura neque præsentia omnimodo opus est, at nec dai quicquam necesse est, ut substantiam capiat obligatio: sed sufficit, eos, qui negotia gerunt, consentire. unde inter absentes quoque talia negotia contrahuntur, veluti per epistolam, vel per nuntium Itē in his contractibus alter alteri obligatur in id quod alterum alteri ex bono & æquo præstare oportet. (cum alioqui in verborum obligationibus aliu stipuletur, alius promittat.)*

### SUMMARIUM.

Textus probatio ejusque | usus cum ratione.

TOtus hic titulus ad verbum descriptus est ex *l.* 2 *consensu.D.de O. & A.* Distinctio autem contra ctuum in bonæ fidei & stricti juris, nata videtur e diversa natura cujusque contractus. Sed Moribu Belgii omnes contractus bonæ fidei videntur, quic quid Quidam reclament (inter quos *Fab. decad.* error. 1.) quia sequimur simplex jus gentium, quo alterum alteri in omni negotio præstandum jubet quod ex æquo & bono judicandum videtur. Quo

& ex

& ex generali & salutari clausula Advocatorum colligitur, quæ hoc modo omnibus conclusionibus seu actionibus, quæ ex contractu nascuntur, adjicitur: *vel prout judici bonum & æquum videbitur.* Vide *Argentr. ad cons. Britan. art.* 283. *Glos.* 4. & nostra ad §. 28. *Institut. de act.* De cæteris obligationibus, quæ vel re, vel verbis, vel literis contrahuntur, dixi in *præcedentib. titt.*

## *DE EMPTIONE ET VENDITIONE.*

### TITULUS XXIV.

*Emptio & venditio contrahitur, simulatque de pretio convenerit: quamvis nondum pretium numeratum sit, ac ne arrha quidem data fuerit. Nam quod arrhæ nomine datur, argumentum est emptionis & venditionis contractæ. Sed hoc quidem de emptionibus & venditionibus quæ sine scriptura consistunt, obtinere oportet, nam nihil a nobis in hujusmodi ẽptionibus & venditionibus innovatum est: in iis autem, quæ scriptura conficiuntur, non aliter perfectam esse venditionem & emptionem constituimus, nisi & instrumenta emptionis fuerint conscripta, vel manu propria contrahentium, vel ab alio quidem scripta, à contrahentibus autem subscripta: & si per tabellionem fiunt, nisi & completiones acceperint, & fuerit partibus absoluta. Donec enim aliquid deest ex his, & pœnitentiæ locus est, & potest emptor vel venditor si-*

*ne pœna recedere ab emptione (& venditione.) Ita tamen impune (eis recedere) concedimus, nisi jam arrharum nomine aliquid fuerit datum. hoc enim ſubſequuto, ſive in ſcriptis, ſive ſine ſcriptis venditio celebrata eſt: is, qui recuſat adimplere contractum, ſi quidem eſt emptor, perdit, quod dedit. ſi vero venditor, duplum reſtituere compellitur, licet ſuper arrhis nihil expreſſum eſt. Pretium autem conſtitui oportet: nam nulla emptio ſine pretio eſſe poteſt.*

SUMMARIUM.

Textus comprobatio, illuſtratio & ratio.

QUod emptio venditio ſine ſcriptis habita ſola conventione, non pretii numeratione perficiatur, aſſeruit quoque *Paulus in l.* 2. §. 1. *D. de cont. empt.* & *Imp. in l. empt.* 9. *C. eod.* Quod & rationem habet ex ipſa natura hujus contractus. Quod etiam ſine arrha conſiſtat, eaque arrha regulariter duntaxat adhibita fuerit, ut evidentius probari poſſet, convenisſe de pretio, reſpondit itidem *Gajus in l. quod ſæpe* 35. *pr. D. h. t.* Adde *Varron. de ling. latin. lib.* 5. Nihil autem Imperatorem Juſtinianum in hac emptione, quæ fit ſine ſcriptura, mutaſſe, oſtendit. *l. contractus* 17. *C. de fid. inſtrum.* Sed Eundem tamen in emptione & venditione, quam fieri placuit in ſcriptis, conſtituiſſe hoc jus novum, quod hic refertur, teſtatur, quoq; *d. l. contract.* 17. ex qua omnia, quæ hic de emptione ſcriptura celebranda traduntur, deſumpta ſunt, ſed ſatis ſordide & obſcure. Nam ſub fin. *d. l.* 17. *verſ. Illud etiam &c.* expreſſe Imperator lo-

qui-

quitur de arrha data super facienda emptione, à qua cum dispendio arrhæ discedere licet. Noster vero §. loquitur de emptione vel venditione celebrata, quasi à perfecta emptione etiam resilire liceret, modo emptor arrham amitteret, vel venditor duplum redderet; quod tamen contra jus & contra rationem est. Vide *disput. nost. ad h. pr.* Quod emptio proprie non sit emptio, nisi de pretio convenerit, dicitur etiam in *d. l. 2. §. 1. l. pacta conventa 72. pr. h. t. & d. l. 9. C. eod.*

*§. 1. Sed & certum esse pretium debet, alioqui si inter aliquos ita convenerit, ut quanti Titius rem æstimaverit, tanti sit empta: inter veteres satis abundeque hoc dubitabatur, constaretne venditio, an non. Sed nostra decisio ita hoc constituit, ut quoties sic composita sit venditio,* quanti ille æstimaverit, *sub hac conditione staret contractus: ut si quidem ille, qui nominatus est, pretium definierit, (tunc) omnimodo secundum ejus æstimationem & res tradatur, & venditio ad effectum perducatur, emptore quidem ex empto actione, venditore ex vendito agente. Sin autem ille, qui nominatus est, vel noluerit, vel non potuerit pretium definire: tunc pro nihilo esse venditionem, quasi nullo pretio statuto. Quod jus, cum in venditionibus nobis placuerit: non est absurdum in locationibus & (in) conductionibus trahere.*

SUMMARIUM.

Textus probatio cum quæstionibus remissive.

QUod etiam de forma emptionis sit, ut pretium ejus statuatur certum, indicat satis *l. hæc vendit. 7. §. 1. D. de cont. empt.* & *l. ult. C. eod.* cujus summa hic refertur. Quæ constitutio summam rationem habet ex simplici voluntate contrahentium. An præcise standum sit definitioni istius tertii, an vero liceat confugere ad arbitrium boni viri, vide in *disp. nost. ad h. t.* Item an venditor præcise teneatur ipsam rem venditam tradere, & plures alias quæstiones, vide in *d. disput.* Quod vero Imperator hic idem in locatione & conductione observari velit, quod constituit in emptione & venditione, respondit & olim *Gajus in l. si merces 25. pr. D. locat.* Vel dici potest quod hic etiam in definitione mercedis tertio alicui commissa arbitrium boni viri excludere voluerit. Sed illam quæstionem in utramque partem disceptari posse, sustineo in *d. disp. nost. ad h. §.*

§. 2. *Item pretium in numerata pecunia consistere debet. Nam in cæteris rebus, an pretium esse posset, valde quærebatur: veluti an homo, aut toga alterius rei pretium esse posset. (Et) Sabinus & Cassius etiam in alia re putabant pretium posse consistere, unde illud est, quod vulgo dicebatur, permutatione rerum emptionem & venditionem contrahi, eamque speciem emptionis & venditionis vetustissimam esse, argumentoque utebantur Græco poëta Homero, qui aliquam partem exercitus Achivorum vinum sibi comparasse ait, per-*

*permutatis quibuſdam rebus , his verbis:*

Ενθεν ἄρ' οἰνίζοντο καρηκομόωντες ἀχαιοὶ,
Ἄλλοι μὲν χαλκῷ, ἄλλοι δ' αἴθωνι σιδήρῳ,
Ἄλλοι δὲ ῥινοῖς, ἄλλοι δ' αὐτοῖσι βόεσσιν,
Ἄλλοι δ' ἀνδραπόδεσσι.

*id eſt,*

Hinc ſibi certatim gentis de more comati
Vina parant Graji ære dato, fulgenteque ferro,
Tergoribuſq;, bubus ſed & ipſis, mancepiiſque.

*Diverſæ ſcholæ auctores contra ſentiebant: aliudque eſſe exiſtimabant permutationem rerum, aliud emptionem & venditionem: alioqui non poſſe rem expediri, permutatis rebus, quæ videatur res veniſſe, & quæ pretii nomine data eſſe. nam utramque videri & veniſſe, & pretii nomine datam eſſe, rationem non pati. Sed Proculi ſententia, dicentis permutationem propriam eſſe ſpeciem contractus à venditione ſeparatam, merito prævaluit. cum & ipſe aliis Homericis verſibus adjuvabatur, & validioribus rationibus argumentabatur: quod & anteriores divi principes admiſerunt, & in noſtris Digeſtis latius ſignificatur.*

SUMMARIUM.

Quando pecunia rationem pretii habeat, & quando emptio, & quando permutatio fiat.

HIc §. compoſitus eſt ex *l. 1. D. de cont. empt.* & quoniam Moribus permutatio evidentiſſime ab emptione & venditione diſtinguitur, nolo hic multis agere antiquarium, vel interpretem græcum.

Cæterum pecunia numerata non habet rationem pretii, nisi pro pretio & æstimatione data sit. Nam si convenit, ut res vel corpus detur, præsertim animo permutandi, non erit emptio, sed permutatio contracta, vel saltem alia species contractus innominati *l. ult. de condict. caus. dat. caus. non sec.* Sed re pro re vendita, vel corpore pro corpore tradito, etiam animo vendendi, non tamen emptio celebrata intelligitur. *d.* §. *nost.* Valebit tamen conventio, nisi aliud actum sit. *arg. l. in vend. 9.* §. *1. D. h. t.* An in venditione reditus annui merx & pretium recte adhibeãtur, hoc est, an illa venditio valeat, vide in *disp. ad h.* §.

*§. 3. Quum autem emptio & venditio contracta sit (quod effici diximus, simulatque de pretio convenerit, cum sine scriptura res agitur) periculum rei venditæ statim ad emptorem pertinet, tametsi adhuc ea res emptori tradita non sit. Itaque si homo mortuus sit, vel aliqua parte corporis læsus fuerit, aut ædes totæ vel aliqua ex parte incendio consumptæ fuerint: aut fundus vi fluminis totus vel aliqua ex parte ablatus sit, sive etiam inundatione aquæ aut arboribus turbine dejectis longe minor aut deterior esse cœperit: emptoris damnum est, cui necesse est, licet rem non fuerit nactus, pretium solvere. Quicquid enim sine dolo & culpa venditoris accidit, in eo venditor securus est. Sed & si post emptionem fundo aliquid per alluvionem accesserit: ad emptoris commodum pertinet. Nam & commodum ejus esse debet, cujus periculum est. Quod si fugerit homo, qui venit, aut subreptus fuerit, ita*

*ita ut neque dolus, neque culpa venditoris intervenerit: animadvertendum erit, an custodiam ejus usque ad traditionem venditor susceperit. Sane enim si susceperit: ad ipsius periculum is casus pertinet. si non susceperit, securus est. Idem & in cæteris animalibus, cæterisque rebus intelligimus. Utique tamen vindicationem rei, & condictionem exhibere debebit emptori: quia sane qui nondum rem emptori tradidit, adhuc ipse dominus est. Idem etiam est de furti & damni injuriæ actione.*

SUMMARIA.

1. Textus probatio ejusque propria ratio cum refutatione ejus, quę hic traditur,

2. Usus hujus §. hodiernus, ejusque improbatio.

Contracta & absoluta emptione, periculum rei venditæ statim pertinere ad emptorem, licet ipsa res vendita necdum sit tradita, aperte quoque 1.
responsum est in *l. id quod 7. & seq. D. de peric. & commod. & l. 2. & ult. C. eod.* Ratio genuina hæc est, quia simplici jure gentium (quod sequimur) emptor, simul atque de pretio convenit, intelligitur dominus mercis, ut dixi ad §. 40. *Instit. de rer. divis.* quanquam veteribus JCtis & Imperatori hic in fine aliter visum fuerit. Ratio vero, quam Imperator hic, & JCtus Paulus in *d. l. 7.* indicare videntur (quod ideo scilicet ad emptorem periculum rei venditæ spectet, quia & commodum ad eum pertinet) vix adæquata videri potest. Quæ enim quæso proportio inter commodum, quod exiguum hic, & incommodum, quod magnum contingere potest?

2. Moribus multorum locorum in Belgio, in quibus Constitutio Caroli V. ann. 1529. edita recepta est, non valet venditio rei immobilis, nisi traditio vel effestucatio (vulgo de opdracht) facta sit coram Lege vel Scabinis loci, in quo res sita est. Quare etiam periculum rei venditæ, pendente traditione, ad venditorem pertinet. Nam si nulla est venditio, ac si non esset contracta, ergo periculum in venditorem tanquam in veterem dominum redundare debet, atque ita plerisque Senatoribus Supremæ Curiæ Hollandiæ olim placuisse, testis est *Neost ad. decis.* 32. Verum enim vero dicta Constitutio contra jus gentium est, quod dictitat, conventiones contrahentium servandas esse, atque adeo non posse pronunciari nullas. Hæc regula, inquam, æterni juris est, quæq; ideo effectum sortiri debet, donec vincatur ab alia regula juris gentium fortiori. Si ergo bono publico introducta est, puta propter quadragesimum nummũ vel aliam causam publicã, posset, meo judicio, rectius pœna pecuniaria statui in eos, qui secus fecerint, id est, non tradiderint rem coram Lege loci, ut dixi ad §. 41. *Instit. de rer. divis.* Quod venditor regulariter tantum teneatur ex dolo & culpa, nisi aliter convenit, apparet ex *l. contractus* 23. *de R. J.* & *l.* 5. §. 2. *D. commod.* ubi etiam ratio additur.

§. 4. *Emptio tam sub conditione quam pure contrahi potest. Sub conditione veluti*, Si Stichus intra certum diem tibi placuerit, erit tibi emptus aureis tot.

Sum-

SUMMARIUM.

Textus probatio cum difficultate excussa, & quid hic servandum.

EMptionem non tantum pure, sed etiam sub conditione contrahi posse, expeditum est. *l. hæc venditio 7. D. h. t. & d. l. 8. pr. de pericul. & commod.* Sed exemplum hic subjectum majoris difficultatis est. Nam si emptio non potest conferri in arbitrium emptoris. *d. l. 7. pr. & l. quod sæpe 35. §. 1. D. h. t.* quomodo ei servus vendi potest, si intra certum tempus placuerit? Respondent quidem varie *DD.* quos hic videre licet, sed si verum amamus, & secundum simplex jus gentium judicare volumus, utrumque pactum servandum est, quia nihil continent, quod esset contra conscientiam vel bonos mores proprie sic dictos.

*§. 5. Loca sacra vel religiosa, item publica (veluti forum, basilicam) frustra quis sciens emit, quæ tamen si pro profanis vel privatis deceptus à venditore quis emerit: habebit actionem ex empto, quod non habere ei liceat, ut consequatur, quod sua interest eum deceptum non esse. Idem juris est, si hominem liberum pro servo emerit.*

EUm qui sciens rem emit, quæ exempta commercio est, nihil agere, dixerunt & veteres JCti in *l. 6. l. 34. §. 1. & l. 70. D. h. t.* uti & hoc responderunt, dari actionem empti ad interesse, si ignorans emerit. *l. qui offic. 62. §. 1. D. eod.* Varias & nobiliores quæstiones cum usu forensi vide in *disp. nost. ad h. t.*

DE

## *DE LOCATIONE ET CONDVCTIONE:*

### TITULUS XXV.

*Locatio & conductio proxima est emptioni & venditioni, iisdemque juris regulis consistit. Nam ut emptio & venditio ita contrahitur, si de pretio convenerit: sic & locatio & conductio ita contrahi intelligitur, si merces constituta sit, & competit locatori quidem locati actio, conductori vero conducti.*

### Summarium.

Textus probatio cum quę- | stione remissive.

HUnc §. Imperator rursus à suo Gajo mutuatus est ex *l. 2. pr. D. h. t.* Ratio in promptu est, cur scilicet locatio & conductio perfecta habeatur, simul ac de mercede convenit; quia est contractus, qui solo consensu perficitur, & nihil aliud sua natura requirit ad essentiam sui, quam ut de certa mercede convenerit. Facit *c. 4. Rom vers. 4.* An vero illa merces præcise etiam in pecunia numerata consistere debeat, ut pretium in emptione & venditione, an quoque in alia re saltem fungibili, vide *disputat. nostram ad h. pr.*

*§. 1. Et quæ supra diximus, si alieno arbitrio pretium permissum fuerit: eadem & de locatione & conductione dicta esse intelligimus, si alieno arbitrio merces permissa fuerit. Qua de causa si ful-*

*fulloni pollienda curandave, ac sarcinatori sarcienda vestimenta quis dederit, nulla statim mercede constituta, sed postea tantum daturus, quantum inter eos convenerit: non proprie locatio & conductio contrahi intelligitur, sed eo nomine actio præscriptis verbis datur.*

SUMMARIUM.

Textus probatio & usus | cum quæstione remissive.

DE mercede quæ commissa est arbitrio tertii, dixi supra ad §. 1. *de empt. & vendit.* Reliqua hujus §. desumpta videntur ex *l. si tibi* 22 *de præscript. verb.* ubi JCtus Gajus quædam addit, quæ omnino ad hujus §. illustrandum faciunt. Usum hujus §. fere nullum indicare possumus, nisi quod hodie etiam istius modi conventiones serventur; sed de actionibus vel nominibus illarum merum in foro silentium est. Deinde omnes actiones hodie bonæ fidei videri, dixi in §. 28. *Instit. de act.* An vera & propria locatio sit, si nulla merces expressa est, nec contrahentes se ad certum locum vel tempus retulerint, sed tamen certum sit, quid mercedis de consuetudine dari soleat, vide in *disp. nost. ad h. t.*

§. 2. *Præterea sicut vulgo quærebatur, an permutatis rebus emptio & venditio contraheretur: ita quæri solebat de locatione, si forte rem aliquam utendam sive fruendam tibi aliquis dederit, & invicem à te utendam sive fruendam aliam (rem) acceperit. Et placuit non esse locationem & conductionem, sed proprium genus contractus. veluti si cum unum bovẽ quis haberet, & vicinus ejus*

*ejus unum, placuerit inter eos, ut per denos dies invicem boves commodarent, ut opus facerent, & apud alterum (alterius) bos perierit: neque locati, neque conducti, neque commodati competit actio, quia non fuit commodatum gratuitum, verum præscriptis verbis agendum est.*

HIc locus de bove vice mutua inter vicinos commodato, descriptus est ex *l. si gratuitam* 17. §. *si cum unum* 3. *D. de præscript. verb.* & confirmatur per *l.* 1. §. 9. *si quis servum. D. depos.* Cætera hujus §. probata sunt ad §. 2. *tit. præc.* & §. 2. *tit.* 15. *hoc Lib.* 3. usum hujus §. collige ex §. *anteced.*

*§. 3. Adeo autem aliquam familiaritatem inter se videntur habere emptio & venditio, item locatio & conductio: ut in quibusdam causis quæri soleat, utrum emptio & venditio contrahatur, an locatio & conductio, ut ecce de prædiis, quæ perpetuo quibusdã fruenda traduntur, id est, ut quandiu pensio sive reditus pro his domino præstetur, neque ipsi conductori, neque heredi ejus cuive conductor heresve ejus id prædium vendiderit, aut donaverit aut dotis nomine dederit, aliove quocunque modo alienaverit, auferre liceat. Sed talis contractus, quia inter veteres dubitabatur, & à quibusdam locatio, à quibusdam venditio existimabatur, lex Zenoniana lata est, quæ emphyteuseos contractus propriam statuit naturam, neque ad locationem, neque ad venditionem inclinantem, sed suis pactionibus fulciendam: & si quidem aliquid pactum*

*ctũ fuerit, hoc ita obtinere, ac si naturalis esset contractus. sin autem nihil de periculo rei fuerit pactum; tunc si quidem totius rei interitus accesserit, ad dominum super hoc redundare periculum. sin autem particularis: ad emphyteuticarum hujusmodi damnum venire. quo jure utimur.*

SUMMARIA.

1. Textus confirmatio & origo contract emphyt.
2. Questiones remissive cum differentia censual.

PRincipium hujus §. ex Gajo sumptum videtur. *l. 2. §. 1. D. h. t.* Sed quod additur vel inseritur, illud à Compositoribus Institut. exempli causa excogitatum est, vel descriptum ex cõstitutionibus, quæ extãt in *tit. C. de jure emph.* Et sane comparatione instituta inter emptionem, locationem & emphyteusin, in multis similitudo illarum conventionum deprehenditur. Zenonem distinxisse contractum emphyteuticum à locatione & emptione, confirmat *l. 1. C. de jure emphyt.* Præterea totius agri emphyteutici interitum ad dominum, particulare damnum ad emphyteutam pertinere, nisi aliter convenerit, constitutum quoque est in *d. l. 1.* Originem hujus contractus Quidam à Romanis deducunt, ut *Hotom.* & *Alii* demonstrant ex *Plutarcho in vita Gracchor.* & *ex Appiano de bellis civilib.* Quidam ab aliis Gentibus, ut *Balduinus ex Aristotel. lib. 2. æconom.* Sed hæc vix ad institutum nostrum pertinent, ideoque nobis sufficit, duntaxat hic indicasse, quod dictus contractus ex ratione naturali, id est, jure gentium introductus videatur. Vide *disputat. nost. ad h. §.* Primo forsan agros steriles, vel steriles & fertiles dederunt Municipes, postea fertiles & etiam steriles, ut & hodie apud 1.

pud nos **eemandt een stuck landts in erf-pacht ge-ven.** Regulariter autem illa prædia sub illa conditione hic expressa data vel locata fuisse in perpetuum, apparet ex *tot. tit. D. si ager vectig.* ex quo magna pars hujus §. desumpta est. Intra quod tempus pensione non soluta amittatur emphyteusis Ecclesi-
2. astica vel civilis, vide in *disp. nost. ad h.* §. An & quando jus emphyteuticum vendi vel donari possit, vide *ibid.* ubi & plures quæstiones cum usu videre licet. Quæ hodie differentia sit inter bona emphyteutica & censualia sive censitica vulgo **cins-goederen**/ vide apud *Schultz. ad h. t. & Baron. ibid. Treutl. disput. 29. vol. 1. thes. 9. lit. f.*

*§. 4. Item quæritur si cum aurifice Titius convenerit, ut is ex auro suo certi ponderis certæque formæ annulos ei faceret, & acciperet (verbi gratia) decem aureos: utrum emptio & venditio, an locatio & conductio contrahi videatur? Cassius ait, materiæ quidem emptionem & venditionem contrahi, operæ autem locationem & conductionem. Sed placuit tantum emptionem & venditionem contrahi. Quod si suum aurum Titius dederit, mercede pro opera constituta: dubium non est, quin locatio & conductio sit.*

HOc exemplum, quo etiam ostenditur, magnam similitudinem esse inter emptionem venditionem & locationem conductionem, descriptum est ex *d. l. 2. §. 1. D. h. t.* & confirmatur ex *l. Sabin. 20. & l. convenit 65. D. de contrah. empt.* Notandum ergo hic, unumquemque contractum distingui à sua forma & essentia, licet contrahentes eum aliter appellaverint. Quod & apud Belgas usum habet. Vide quæ dixi *ad* §. 1. *h. t.*

§. 5.

*§. 5. Conductor (autem) omnia secundum legem conductionis facere debet: & si quid in lege prætermissum fuerit, id ex bono & æquo præstare. Qui pro usu aut vestimentorum, aut argenti, aut jumenti, mercedem aut dedit, aut promisit: ab eo custodia talis desideratur, qualem diligentissimus paterfamilias suis rebus adhibet. quam si præstiterit, & aliquo casu (fortuito eam) rem amiserit: de restituenda ea non tenebitur.*

SUMMARIUM.

Textus ratio, illustratio ac conciliatio cum quæstione remissive.

QUod & quare pacta conductioni adjecta servanda sint, dicitur in *l. si quis* 9. *§.* 2. *D. h. t. l.* 1. *§.* 6. *D. depos.* & *l.* 23. *de R. J.* Quid ex æquo & bono in locatione præstandum sit, & propter quid conductor expelli possit, vide apud *Christin. vol.* 3. *decis.* 115. & *disp. nost. ad h. t.* Ratio vero cur Imperator in conductione vestimenti, argenti aut jumenti diligentissimam requirat patrisfam. curam, & tantum remittat casum fortuitum, hæc esse videtur, quia prædictæ res sua natura talem diligentiam exigunt. Ob quam rationem etiam in locatione operæ exactissima diligentia adhibenda est. *l.* 13. *§.* 5. & *l.* 25. *§.* 7. *D. h. t.* Vel dicendum, quod superlativus gradus hic ponatur pro positivo: Nam conductorem regulariter duntaxat teneri ex culpa levi certum est ex *l.* 5. *§.* 2. *commod. d. l.* 23. *de R. J.* & *l.* 3. *§.* 1. *naut. caup. stab.* An & quando conductor incendium præstare debeat, vide *in d. disp. nost. ad h. t.*

*§. 6. Mortuo conductore intra tempora con-*

*ductionis, heres ejus eodem jure in conductione succedit.*

HIc §. confirmatur ex *l. viam* 10. *C. h. t* Ratio est quia regulariter contractus transferuntur ad heredes, nisi aliter convenerit, vel natura contractus aliter suadeat. Deinde heredes factum testatoris præstare tenentur. *l.* 62. *& l.* 177. *de R. J.* An recte Jure Romano locator, non obstante conductione, alteri rem conductam vendere possit, vide in *disput. nostr. ad h. t.* ubi & plures quæstiones ad *h. t.* pertinentes cum usu forensi videre licet. Adde etiam omnino *Christ. ad ll. Mechlin. tit.* 8. *art.* 1. *& aliquot seqq.*

## *DE SOCIETATE.*

### TITULUS XXVI.

*Societatem coire solemus aut totorum bonorum, quam Græci specialiter* κοινωνίαν *appellant: aut unius alicujus negotiationis, veluti mancipiorum vendendorum emendorumque, aut olei, aut vini, aut frumenti emendi vendendique.*

HÆc divisio societatis sumpta est ex *l. societates* 5. *pr. D. h. t.* Sed rectius præmisisset Tribonianus definitionem societatis, quam vide in *disp. nostr. ad h. pr.* An & quomodo societas universorum bonorum subdividatur, & quid in unaquaque specie præstandum veniat, vide in *l.* 3. §. 1. *l.* 4. *pr. l.* 7. *& seqq. D. h. t. & d. disputat. nost. & Christin. decis.* 206. *& seqq. vol.* 1.

§. 1. *Et quidem si nihil de partibus lucri & dam*

*damni nominatim convenerit: æquales scilicet partes & in lucro & in damno spectantur. Quod si expressæ fuerint (partes:) hæ servari debent. Nec enim unquam dubium fuit, quin valeat conventio, si duo inter se pacti sint, ut ad unum quidem duæ partes & lucri & damni pertineant, ad alium tertia.*

SUMMARIUM.

Hunc §. minus accurate descriptum esse, jusque hic Romanum recte rejectum esse.

HIc locus descriptus est ex *l. si nõ fuerint* 29. *pr. D. h. t.* Sed inperfecte, quia verba finalia istius principii omissa sunt. An autem hoc studio, an negligentia Triboniani factum sit, dubito. Sane si simplex jus gentium, id est, ipsam justitiam consideramus, pactum, quo convenit, ut unus duas partes lucri & damni haberet, alter tantum tertiam partem, omnino servandum est, licet etiam ille, qui plus lucri pactus est, non plus pecuniæ vel operæ contulerit. Quod & usu servatur, ut testatur post *Angel. & Porc. Wesemb. ad h. t. n.* 7. Cæterum jure Romano tale pactum non subsistere, constat ex *d. l* 29 *pr. l.* 5. §. 1. *& d. l.* 29. §. 1. *& l. seq. D. h. t.* Ratio est, quia tale pactum contra rei seu societatis naturam videtur, quã tamen in praxi non attendimus, quia magis contra naturam est, pacta non servare, ut supra dixi sæpius. Quod nulla mentione facta lucri vel damni, partes intelligantur æquales, scilicet secundum proportionem Geometricam (ut vocant) hoc summam ex tacita conventione rationem habet. *arg. l.* 10. *de R. J. & l.* 6. *h. t. Aristot. Polit.* 3. *c.* 6. οὐκ ἔστι δίκαιον ἴσον *&c. & Ethic.* 1. *in fin.* ἐν χρημάτων κοινωνίᾳ *&c.* Vide *d. disp. nost. ad h.* §.

*§. 2. De illa ſane conventione quæſitum eſt, ſi Titius & Sejus inter ſe pacti ſint, ut ad Titium lucri duæ partes pertineant, damni tertia: ad Sejum duæ partes damni, lucri tertia: an rata debeat haberi conventio? Quintus Mutius contra naturam ſocietatis talem pactionem eſſe exiſtimavit, & ob id non eſſe ratam habendam. Servius Sulpitius (cujus ſententia prævaluit) contra ſenſit; quia ſæpe quorumdam ita pretioſa eſt opera in ſocietate, ut eos juſtum ſit conditione meliore in ſocietatem admitti. Nam & ita coiri poſſe ſocietatem non dubitatur, ut alter pecuniam conferat, alter non conferat, & tamen lucrum inter eos commune ſit, quia ſæpe opera alicujus pro pecunia valet: Et adeo contra Quinti Mutii ſententiam obtinuit, ut illud quoq; conſtiterit, poſſe convenire, ut quis lucri partem ferat, de damno non teneatur, quod & ipſum Servius convenienter (ſibi) fieri exiſtimavit. Quod tamen ita intelligi oportet, ut ſi in alia re lucrum, in alia damnum illatum ſit: compenſatione facta, ſolum quod ſupereſt, intelligatur lucro eſſe.*

SUMMARIUM.

Textus comprobatio cum difficultare adjecta, ejuſque uſus.

QUod jure Romano tale pactum, ut Titius duas partes lucri obtineret, damni tertiã, & Sejus duas partes damni, lucri tertiam, nequaquam ratum vel legitimum ſit; niſi operâ ſuppleatur, quod in pecunia deeſt,

deest, certum est cum ex illis quæ dixi ad §. 1. tum ex *l. 5. §. 1. l. 6. d. l. 29. §. 1. & l. seq. D. h. t.* An ergo S. Sulpitius sententiam Q. Mutii recte correxerit vel temperaverit, vel Tribonianus obscure descripserit, parum sum sollicitus, præsertim cum non habeant usum, ut supra indicavi. Quod societas possit contrahi, ut unus pecuniam, alter operam conferat, responderunt quoque *Impp. Dioclet & Maxim. in l. 1. C. h. t.* Item ut quis lucri partem ferat, sed de damno non teneatur, juxta proportionem scilicet geometricam, probat *d. l. 29. pr. & §. 1. h. t.* Sed hoc ita esse intelligendum, ut deducto prius damno lucro intelligatur esse, quod superest, manifestissimum est. Adde *d. l. Mutius 30. D. h. t.* Moribus Belgii hæc nullum dubium habent, quia pacta, quæ non sunt contra bonos mores, vel contra justitiam conscientiæ, omnino servanda sunt. Unde apparet, quid dicendum sit, si pactum societati adjectum redoleat iniquas usuras. Vide *Zyp. in Notit. jur. Belg. tit. de usur.*

§. 3. *Illud expeditum est, si in una causa pars fuerit expressa, veluti in solo lucro, vel in solo damno, in altero vero omissa: in eo quoque, quod prætermissum est, eandem partem servari.*

HIc §. confirmatur ex tacita voluntate contrahentiũ, sed præsupposita proportione Geometrica, si de jure Romano loquamur, ut dixi ad §. 1. Moribus hic §. procedit absolute, ut modo probavi ad §. *præced.* Sed quid in societate conjugali? Idem, cum eadem ratio sit. Vide *Everhard. cons. 197. Christin. vol. 3. decis. 51. n. 2.*

§. 4. *Manet autem societas eo usque, donec in eodem consensu perseveraverint. At cum ali-*

*quis renunciaverit ſocietati, ſolvitur ſocietas. Sed plane ſi quis callide in hoc renunciaverit ſocietati, ut obveniens aliquod lucrum ſolus habeat, veluti ſi totorum bonorum ſocius cum ab aliquo heres eſſet relictus, in hoc renunciaverit ſocietati, ut heriditatem ſolus lucrifaceret: cogitur hoc lucrum communicare. Si quid vero aliud lucrifaciat, quod non captaverit, ad ipſum ſolum pertinet. Ei vero cui renunciatum eſt, quicquid omnino poſt renuntiatam ſocietatem adquiritur, ſoli conceditur.*

SUMMARIUM.

Textus probatio ſed rejecta | cum temperamento.

QUod jure Civili ſocius invito ſocio ſuo reſilire poſſit à ſocietate contracta, reſpondit etiam *Ulpian. in l. verum* 63. §. *ult. in fin. & l.* 64. *& l. ſeq. pr. D. h. t.* Ratio eſt, quia nemo tenetur manere in communione. *l. ult. C. comm. divid.* Ratio rationis videtur, quia communio eſt mater diſcordiarum. *l. cum pater* 77. §. *dulciſs.* 20. *de leg.* 2. Sed quoniam illa renunciatio ſępe fieret cum magno incommodo alterius, & hodie ſimplex jus gentium ſequimur, contrarium in foro ſervandum eſſet, niſi dicamus hoc tacite ſemper in initio contractus ſocietatis agi, ut liceat reſilire. Reliqua de callida renunciatione ejuſq; pœna, ſumpta ſunt ex *d. l. actione* 65. §. 3. 5. *&* 6. *D. h t.* Hæc autem rationem habere, ubi jus Romanum ſervatur, nullus dubito. Imputet enim ſibi, qui callide renunciavit. Itaque lucrum, cui inhiabat, pœnæ nomine communicare debet, ſed quidquid poſt hoc adquirit, ſibi retinet; quia in eo nullus dolus admit-

titur

titur. *d.* §.3.*in fin. l.* 65. Cæteri vero ſocii non communicant renuncianti, quia ipſe renuncians hoc noluiſſe reſiliendo intelligitur. Poſſet quis & hoc ſtatuere, hæc ita eſſe de ſtricto jure, ſed ex æquo & bono ſocietatem durare, atque adeo damna & lucra communicari, prout ab initio convenit.

*§. 5. Solvitur adhuc ſocietas etiam morte ſocii, quia qui ſocietatem contrahit, certam perſonam ſibi eligit. ſed & ſi conſenſu plurium ſocietas contracta ſit: morte unius ſocii ſolvitur, etſi plures ſuperſint, niſi in coeunda ſocietate aliter convenerit.*

MOrte ſocii totam ſolvi ſocietatem, multis legibus confirmatur. *l.*4.§.1.*l.*55.*l.*52.§.9.*l.* 59.*pr. l.* 63.§.*ult.* & *l.* 65. §. *morte* 9. (ex quo hic §. 5. deſumptus eſt.) *D. h. t.* Ratio hic ſubjungitur, cui & illa addi poteſt, quæ priori ſimilis eſt, quod hæc ſit natura & eſſentia ſocietatis, ut non transferatur in heredes. Sed pactum tamen, ut heres ſuccedat, haud dubie in foro noſtro ſervaretur. Si in ſocietate vectigalium tale pactum ſervatur. *d.l.*59.*pr.h.t.* cur non etiam in ſocietate rerum privatarum? Vide *Deut.* 23. *Matth.* 5.

*§. 6. Item ſi alicujus rei contracta ſocietas ſit, & finis negotio impoſitus eſt: finitur ſocietas.*

*§. 7. Publicatione quoque diſtrahi ſocietatem manifeſtum eſt: ſcilicet ſi univerſa bona ſocii publicentur. nam cum in ejus locum alius ſuccedat, pro mortuo habetur.*

SUMMARIUM.

Textus probatio cum novo ejus jure ejusque applicatio | & usus.

UTerque locus descriptus est ex *d.l. actione* 65. *h.t.* sed §. 6. est ex §. *item si* 10.*d.l.*65. & nullam rationem dubitandi habet, quia hoc à natura inest societati, ut exstinguatur, quam primum finis impositus negotio est. Alter §. scilicet 7. est ex §. 12. *public. d. l.*65. Sed quid de jure novo, quo fiscus non succedit in locum *d. Auth. bona damn. C. de bon. proscript.*? solvitur tamen, quia socius passus vel maximam, vel mediam capitis deminutionem, nec pecuniam nec operam conferre potest. Sed ubi confiscatio omnium bonorum locum habet, ibi haud dubie & hic §. procedet. Nam licet cæteri socii damnatum admittant, tamen fiscus pro gravitate delicti in suo territorio perpetrati lucrum auferre posset.

§. 8. *Item si quis ex sociis mole debiti prægravatus, bonis suis cesserit, & ideo propter publica aut privata debita substantia ejus veneat: solvitur societas: sed hoc casu si adhuc consentiant in societatem, nova videtur incipere societas.*

CEssione bonorum solvi societatem, dixit & *Paulus in d.l.*65. §.1. *D.h.t.* Sed quoniam ille qui cessit bonis, non habeatur pro mortuo, nec jura civitatis amisisse intelligatur, novam cum sociis societatem inire potest, quia pecuniam adquirere & retinere potest. *l. si is qui* 6. *de ceß. bonor.* & operam conferre, quæ pecuniâ sæpe pretiosior est. Hæc usum habere, apparet ex præcedentibus.

§. 9.

*§. 9. Socius socio utrum eo nomine tantum teneatur pro socio actione, si quid dolo commiserit, sicut is, qui deponi apud se passus est: an etiam culpæ, id est desidiæ atque negligentiæ nomine: quæsitum est. prævaluit tamen etiam culpæ nomine teneri eum. Culpa autem non ad exactissimam diligentiam dirigenda est. Sufficit enim talem diligentiam communibus rebus adhibere (socium) qualem suis rebus adhibere solet. Nam qui parum diligentem socium sibi adsumit: de se queri, sibique hoc imputare debet.*

HIc §. desumptus est ex Gajo in *l. socius socio* 72. *D.h.t.* & confirmatur *l. cum duob.* 52.§.2.*D.eod. l.*5.§.2.*D.commod.*& *l.*23.*de R.J.* Ratio hic subnexa est, cui jungatur *l. qui cum alio* 19 *de R.J.* Baro tamen absolute diligentiam boni patrisfam. requirit, licet in suis rebus negligentior sit. Vide *Baron. ad h. t. part. alt.*

## DE MANDATO.

### TITULUS. XXVII.

*Mandatum contrahitur quinque modis: sive sua tantum gratia aliquis tibi mandet, sive sua & tua, sive aliena tantum, sive sua & aliena, sive tua & aliena. At si tua tantum gratia mandatum sit: supervacuum est mandatum, & ob id nulla ex eo obligatio, nec mandati inter vos actio nascitur.*

RECtius Tribonianus divisioni definitionem præmisisset, præsertim dum omnis tractatus à definitione incipere debeat, teste *Cic. in topic.* Videautem definitionem mandati in *disp. nost. ad h. pr.* Divisio hic proposita descripta est ex Gajo in *l. mandat 2. D. h. t.* ex quo etiam singula divisionis membra descripta sunt, atque adeo ex eodem probantur & illustrantur.

*§. 1. Mandantis (tantum) gratia intervenit mandatum: veluti si quis tibi mandet, ut negotia ejus gereres, vel ut fundum ei emeres, vel ut pro eo sponderes.*

HIc §. desumptus est ex §. 1. *d. l. 2. h. t.* & hoc mandatum potest subdividi in expressum & tacitũ, *l. si rem onerandi 6. §. 2. D. eod.* vel etiam in universale & particulare, de qua divisione dixi in §. 42. & 43. *Inst. de res divis.* Quod vero hic dicitur de fundo, debet intelligi de certo fundo, alias rei plane incertæ mandatum nullum videtur, ut disputavi ad *h. §.*

*§. 2. Tua gratia & mandantis: veluti si mandet tibi, ut pecuniam sub usuris crederes ei, qui in rem ipsius mutuaretur: aut si volente te agere cum eo ex fidejussoria causa mandet tibi, ut cum reo agas, periculo mandantis, vel ut ipsius periculo stipuleris ab eo, quem tibi deleget, in id quod tibi debuerat.*

EXstat & hic §. in *d. l. 2. §. 4. h. t.* Sed Tribonianus unum atque alterum exemplum adjecit ex *l. si mandavero 22. §. 2. & l. 45. §. pen. & ult. D. eod.* Sed exemplum de fidejussore jure novo non habet locum

cum, nisi renunciaverit beneficio ordinis excussionis, & tunc solius fidejussoris mandantis utilitas vertetur, non etiam creditoris mandatarii, quia jure novo reo electo fidejussor non intelligitur liberatus. *l. generaliter* 28. *C. de fidej.* Vide *Vinn. & Bacch. ad h.* §.

*§. 3. Aliena autem (tantum) causa intervenit mandatum, veluti si tibi aliquis mandet, ut Titii negotia gereres, vel ut Titio fundum emeres, vel ut pro Titio sponderes.*

HIc §. descriptus est ex §. 2. *d. l.* 2. *h. t.* Sed quoniam mandanti non adquiritur actio, nisi ipsius intersit *l. si procurator.* 8. §. *mandati* 6. *h. t. & l. qui fund.* 32. *D. locat.* quæritur, quomodo hic §. noster debeat intelligi. Nos in disp. nost. ad h. §. diximus mandatum quidem ita posse contrahi, sed actionem mandati tunc demum nasci, quando mandantis interesse cæpit. *d. l.* 8. §. 6. *Alii aliter ad h.* §. Moribus & jure gentium mandatarius obligatur ex sua conventione, licet mandantis nec ab initio, nec postea intersit, ut supra animadvertimus sæpius.

§. 4. *Sua & aliena: veluti si de communibus suis & Titii negotiis gerendis tibi mandet, vel ut sibi & Titio fundum emeres, vel ut pro eo & Titio sponderes.*

HIc §. est ex §. *mea* 3. *d. l.* 2. *h. t.* Moribus hic § procedit extra aleam dubitandi, quia (ut modo dixi) hodie mandatarius obligatur mandandi, etsi mandantis nihil intersit. Quinimo isti alieno seu tertio obligatio adquiritur, si hoc actum est, ut dixi ad §. 4. *de inutil. stipulat.*

§. 5.

*§. 5. Tua & aliena: veluti si tibi mandet, u[t] Titio sub usuris crederes, quia si sine usuris pecu[-] niam crederes, aliena tantum gratia intercedi[t] mandatum.*

HIc §. etiam oriundus ex *d.l. 2.§.tua 5.D.h.t.* Sed intelligendus cum eodem temperamento, quod indicavi ad §. 3. *h.t.* Moribus hic nullum dubium est, ut dixi *ibid.*

*§. 6. Tua tantum gratia intervenit mandatum, veluti si tibi mandet, ut pecunias tuas in emptiones potius prædiorum colloces quam fæneres: vel ex diverso, ut pecunias tuas fæneres potius, quam in emptione prædiorum colloces. Cujus generis mandatum magis consilium, quam mandatum est, & ob id non est obligatorium: quia nemo ex consilio mandati obligatur, etiam si non expediat ei, cui mandabatur, cum liberum cuique sit apud se explorare, an sibi expediat consilium. Itaque si otiosam pecuniam domi te habentem hortatus fuerit aliquis, ut rem aliquam emeres vel eam crederes: quamvis non expediat eam tibi emisse, vel credidisse, non tamen mandati tenetur. Et adeo hæc ita sunt, ut quæsitum sit, an mandati teneatur, qui mandavit tibi, ut pecuniam Titio fænerares? sed obtinuit Sabini sententia, obligatorium eße in hoc casu mandatum: quia non aliter Titio credidisses, quam si tibi mandatum eßet.*

SUM-

SUMMARIUM.

Textus probatio ac illustratio cum consilio & limitatione Auct.

DEscriptus est & hic §. *ex d.l.* 2. §. *ult. D. h. t.* & confirmatur ac illustratur per *l.* 6. §. *plane* 5. *l.* 10. §. *si quis ea* 7. *l. si hereditat.* 32. *l. Quint.* 48. §. *ult. D. eod.* & *l. consilii* 47. *de R. J.* Ex quibus textibus manifeste apparet, tunc demum ex consilio dari actionem mandati, quando mandatarius facturus non fuisset, nisi mandans vel potius consultor mandasset. Sed quoniam hoc incertæ conjecturæ est, committerem arbitrio judicis, salva tamen probabili præsumptione, quæ ex verbis consulendi & mandandi, ut & ea quæ ex formulis loquendi sumitur. An ergo Justinianus in exemplo, quod à se hic in fine per modum exceptionis adjectum est, verbo mandati abusus sit, an aliter obscure vel minus recte loquutus sit, non admodum laboro.

*§. 7. Illud quoque mandatum non est obligatorium, quod contra bonos mores est: veluti si Titius de furto, aut (de) damno faciendo, aut de injuria facienda mandet tibi. licet enim pœnam istius facti nomine præstiteris, non tamen ullam habes adversus Titium actionem.*

REi turpis mandatum nullum esse, respondit Ulpianus in *d. l.* 6. §. *rei turpis* 3. *D. h. t.* nullamque contrariam actionem mandati competere mandatario, qui forte pœnam passus est, respondit & Paulus in *l. si mandavero* 22. §. *qui ædem* 6. *D. eod.* Ratio propria hæc videtur, quia temere & turpiter fecit, quod tale mandatum suscepit; sed turpius quod exequutus sit.

ſit. Sed quid de mandatore? punitur eadem pœna ſed quæ hodie arbitraria eſt. Vide *Zyp.tit. de pæn.* & *diſputat. noſtr. ad h.* §.

*§. 8. Is, qui exequitur mandatum, non debe excedere fines mandati, ut ecce, ſi quis uſque ad centum aureos mandaverit tibi, ut fundum emeres, vel ut pro Titio ſponderes: neque pluris emere debet, neq; in ampliorē pecuniam fidejubere, alioquinon habebis cum eo mandati actionem. adeo quidem, ut Sabino & Caſſio placuerit, etiam ſi uſque ad centum aureos cum eo agere volueris: inutiliter te acturum. (Sed) diverſæ ſcholæ auctores recte uſque ad centum aureos te acturum exiſtimant quæ ſententia ſane benignior eſt. Quod ſi minoris emeris, habebis ſcilicet cum eo mandati actionem: quoniam qui mandat, ut ſibi centum aureorum fundus emeretur, is utique mandaſſe intelligitur, ut minoris (ſi poſſit) emeretur.*

SUMMARIUM.

Textus confirmatio cum | nota ſcrupuloſitat. veterum.

HIc §. compoſitus eſt ex *l.* 5. *pr. l.* 3 & 4. *D. h. t.* ex quibus adnotanda eſt ſcrupuloſitas veterum, qui ſæpe nimis ſubtiliter arguendo, æquitatem & veritatem amiſerunt. Quod ut bene hic, ita & in multis aliis juris articulis obſervavit Imperator; ſed utinam in pluribus. Vide quæ diximus in *præfation.* Quod autem recte hic ſententiam Proculianorum ſequutus ſit, docet eleganter *Gell. lib.* 1. *c.* 13. ubi varias quoque in hanc rem ſententias Philoſophorum refert.

refert. Poſterior pars §. de emptione minoris pretii confirmatur ex *d.l.5.§. ult. h. t.* & ratio ejus ex æquo & bono perſpicua eſt. Adde *l. 1. §. 4. in fin. de V. O.* Sed quid, ſi mandatarius fines mandati utiliter egreſſus eſt? dabitur actio, ſi non mandati, ſaltem negot. geſtor. Vide *diſput. noſt. ad h. §.*

*§. 9. Recte quoque mandatum contractum, ſi dum adhuc integra res ſit, revocatum fuerit, evaneſcit.*

HIc §. confirmatur ex *l.ſi vero 12.§.pen. l. 15. & l. 30.D.h.t.& l.3. C. eod.* Ratio eſt, quia mandatum eſt gratuitum, & mandantis gratia præcipue contrahitur: ideoque, ſi mandatarii nihil cœpit intereſſe, impune revocari poteſt. Sed quid ſi cæpit intereſſe? revocatum tamen mandatum intelligitur, ſed damnum datum reparandum eſt. *d.l.15. D. h. t. & arg.l.5.pr.de condict.cauſ.dat.*

*§. 10. Item ſi adhuc integro mandato, mors alterutrius interveniat, id eſt, vel ejus qui mandaverit: vel illius, qui mandatum ſuſceperit: ſolvitur mandatũ. Sed utilitatis cauſa receptum eſt, ſi eo mortuo, qui tibi mandaverat, tu ignorans eum deceſſiſſe, executus fueris mandatum: poſſe te agere mandati actione. alioqui juſta & probabilis ignorantia tibi damnum adferret. Et huic ſimile eſt, quod placuit, ſi debitores manumiſſo diſpenſatore Titii, per ignorantiam liberto ſolverint, liberari eos, cum alioqui ſtricta juris ratione non poſſent liberari, quia alii ſolviſſent, quam cui ſolvere debuerint.*

SUM-

## SUMMARIUM.

Textus probatio & ratio, sed qui contra jus gentium | videtur.

QUod mandatum morte mandantis vel mandatarii extinguatur, multis locis confirmatur. *l. inter 26. pr. & l. seq. §. 3. D. h. t. l. mandat. 15. C. eod.* Ratio videtur, quia mandatum sua natura personale est, nisi favor rei, vel aliud quid contrarium suadeat. *l. 12. §. ult. & l. seq. h. t.* Sed ex simplici jure gentium videtur potius dicendum, quod regulariter mandatum morte mandantis non sit revocatum, nisi hoc ab initio actum sit, vel postea revocatum expresse vel tacite. Utique heredes vulgo factum testatoris præstare oportet, quidni ergo & in mandato? Itaque mandatarius non tantum potest, sed & debet susceptum mandatum exequi, atq; adeo heres mandatoris actione mandati teneri. Hinc & olim varia hac de re edicta proposita fuerunt, teste *Cic. ad Herenn. lib. 11.* Vide *Grot. de jure bell. & pac. lib. 2. c. 11. §. 17. & disput. nost. ad h. §.* Quod probabilis ignorantia mortis vel facti alicujus excuset, dicitur itidem in *d. l. 26 pr. l. si præced. 58. D. h. t. & l. quod servus 11. in fin. D. depos. l. dispensatori 51. D. de solut.* Sed quid, si re non integra, mors alterutrius intervenerit? Vide quæ modo dixi, & ad §. *præcedent.*

§. 11. *Mandatum non suscipere, cuilibet liberum est, susceptum autem consummandum est, aut quam primum renunciandum, ut per semetipsum, aut per alium eandem rem mandator exequatur. Nam nisi ita renuncietur, ut integra causa mandatori reservetur eandem rem expli-*

*candi, nihilominus mandati actio locum habet, nisi justa causa intercesserit, aut non renunciandi, aut intempestive renunciandi.*

HIc §. descriptus est ex *l. si mandavero* 10. *§. ult. & ll. seqq. D. h. t.* & confirmatur ex *l. si quis* 27. §. *qui mandat.* 2. *D. eod. l. post litem.* 17. *& ll. seqq. de procurat. Paul. lib.* 2. *sent. tit.* 15. Ratio autem, cur renunciatio mandati licita sit, hæc est, quia mandatum est gratuitum. *l.* 1. *§. ult. h. t.* ideoque sua natura renunciabile. Ratio cur intempestiva regulariter non prosit, est in *l. nemo potest* 75. *de R. J.*

*§. 12. Mandatum & in diem differri, & sub conditione fieri potest.*

HUnc §. videre est in *l.* 1. *§.* 3. *D. h. t.* Ratio sumitur ex generali regula contractuum, quod fere omnes contractus vel pure, vel in diem, vel sub conditione contrahi possint. *l. obligation.* 44. *D. de O. & A.* Ratio regulæ perspicua est.

*§. 13. In summa sciendum est, mandatum nisi gratuitum sit, in aliam formam negotii cadere. Nam mercede constituta, incipit locatio & conductio esse. Et (ut generaliter dicamus) quibus casibus sine mercede suscepto officio, mandati sive depositi contrahitur negotium, iis casibus interveniente mercede locatio & conductio intelligitur contrahi. Et ideo si fulloni polienda curandave quis dederit vestimenta, aut sarcinatori sarcienda, nulla mercede constituta neque promissa, mandati competit actio.*

HIc §. confirmatur & illustratur ex *d.l. 1. §. ult. D. h.t. & l. si tibi 22. de præscr. verb.* De deposito, de locatione & contractu innominato, cujus hic fit mentio, dixi supra. An salarium mandato accedere possit, quaque actione peti. Vide in *disputat. nost. ad h t.* Quam diligentiam debeat mandatarius adhibere, vide apud *Ciceron. pro Roscio & d. disp. nost.*

## *DE OBLIGATIONIBUS QUÆ QUASI EX CONTRACTU NASCUNTUR.*

### TITULUS XXVIII.

*Post genera contractuum enumerata, dispiciamus etiam de iis obligationibus, quæ quidem non proprie nasci ex contractu intelliguntur, sed tamen quia non ex maleficio substantiam capiunt, quasi ex contractu nasci videntur.*

HOc Principium collectum est ex *l. si quis absentis 5. D. de O. & A.* Recte autem procedit Imperator ad has obligationes, quæ quasi ex contractu nascuntur, quia proxime dixit de obligationibus, quæ nascuntur ex contractu proprie sic dicto. Vide ea quæ tradita sunt ad §. *ult. Institut. de Obligation.* Definitionem quasi contractus proposui in *disputat. nostr. ad h. pr.*

§. 1. *Igitur cum quis negotia absentis gesserit: ultro citroque inter eos nascuntur actiones, quæ appellantur negotiorum gestorum. sed domino quidem rei gestæ adversus eum, qui gessit, directa com-*

*competit actio: negotiorum autem gestori, contraria, quas ex nullo contractu proprie nasci, manifestum est: quippe ita nascuntur istæ actiones, si sine mandato quisque alienis negotiis gerendis se obtulerit, ex qua causa ii, quorum negotia gesta fuerint, etiam ignorantes obligantur. Idque utilitatis causa receptum est, ne absentium, qui subita festinatione coacti nulli demandata negotiorum suorum administratione, peregre profecti essent, desererētur negotia: quæ sane nemo curaturus esset, si de eo, quod quis impendisset, nullam habiturus esset actionem. Sicut autem is, qui utiliter gessit negotia, dominum habet obligatum negotiorum gestorum: ita & contra iste quoque tenetur, ut administrationis reddat rationem. Quo casu ad exactissimam quisque diligentiam compellitur redde rationem: nec sufficit talem diligentiam adhibere, qualem suis rebus adhibere solet: si modo alius diligentior (eo) commodius administraturus esset negotia.*

### SUMMARIUM.

Textus probatio ac dilucidatio cum usu & ratione.

MAgna pars hujus §. desumpta est ex *d. l. si quis 5. pr. D. de O. & A.* & confirmatur *l. 1. & 2. D. de negot. gest.* Postrema pars de præstanda diligentia, ex nulla certa lege comprobari potest, imo contra leges videtur; nisi dicamus cum plerisque *DD.* quod loquatur de eo casu, quo quis diligentior se obtulit. *arg. l si pupilli 6. §. videamus 12. D. de negot. gest.* Ut ut sit de jure Romano, certum est Moribus & ratio-

nibus, quod negotiorum gestor regulariter non teneatur, nisi ex levi culpa, quia ad negotia absentis accessit, aut saltem præsumendum est, quod accesserit ex commiseratione & amicitia. Vide *disput.nostr. ad h* §. ubi & plures quæstiones ad hujus §. materiam pertinentes videre licet. Raro hodie frequentari action.negot. gestor.dixit *Ant.Fab.ad lib.2.Cod. tit.10.def.1.& Perez.ad tit.C.de negot.gest.*

*§. 2. Tutores quoque, qui tutelæ judicio tenentur, non proprie ex contractu obligati (esse) intelliguntur (nullum enim negotium inter tutorem & pupillum contrahitur) sed quia sane non ex maleficio tenentur, quasi ex contractu teneri videntur. Hoc autem casu mutuæ sunt actiones. Non tantum enim pupillus cum tutore habet tutelæ actionem: sed & contra tutor cum pupillo habet contrariam tutelæ, si vel impenderit aliquid in rem pupilli, vel pro eo fuerit obligatus, aut rem suam creditoribus ejus obligaverit.*

HIc §. ad verbum descriptus est ex *d.l.5.§. tutelæ 1.D.de O.& A.* Ratio ejus æquo & bono nititur, ideoque Imperatoris inductio bona; cum omnis obligatio debeat esse, vel ex contractu vel quasi, id est, ex æquo & bono, vel ex delicto vel quasi ex delicto, ut dixi ad §. *ult.de Obligat.* Faciunt quoque ad confirmationem hujus loci *l. ult. in fin. D.rem pup.salv. l. 1. de cont. tut. act. & l. 3. C. eod.* junct. *l. quicquid 7.C.arb.tut.* Quando hæc actio tutelæ jure Romano, quando Moribus institui possit, dixi *ad Lib.1.*

*§. 3. Item si inter aliquos communis res sit sine*

*societate: veluti quod pariter eis legata donatave esset. & alter eorum alteri ideo teneatur communi dividundo judicio, quod solus fructus ex ea re perceperit, aut quod socius ejus solus in rem necessarias impensas fecerit: non intelligitur ex contractu proprie obligatus esse, quippe nihil inter se contraxerunt. sed quia ex maleficio non tenetur; quasi ex contractu teneri videtur.*

HIc §. evincitur ex *l. 2. 3. & 4. §. 3. D. comm. divid. & l. hered. 25. §. non tantum 16. in fin. D. famil. ercisc.* Ratio concludendi supra in §. 2. asserta est. Sed quoniam ob has præstationes personales simul sæpe agatur ad ipsam rem communem dividendam, quæritur, an pactum, vel voluntas testatoris, vel præscriptio 30. annor. hoc judicium de communi dividundo impedire queat. Vide *disp. nost. ad h. §.*

*§. 4. Idem juris est de eo, qui coheredi familiæ erciscundæ judicio ex his causis obligatus est.*

HIc §. confirmatur ex *l. his conseq. 18. §. sumptuum 3. D. fam. ercisc. l. Item Labeo 22. §. pen. & d. l. 25. §. 16. D. eod.* Ratio allegata est supra. Adderem quæstiones huc quadrantes, nisi jam in *disput. nost. ad h. §.* excussæ extarent. Mores Galliæ hic variant, vide *Baron. ad h. t. part. alter.*

*§. 5. Heres quoque legatorum nomine non proprie ex contractu obligatus intelligitur: (neque enim cum herede, neque cum defuncto, ullum negotium legatarius gessisse proprie dici potest)*

*& tamen quia ex maleficio non est obligatus: quasi ex contractu debere intelligitur.*

HIc §. descriptus ex Gajo in *d.l.5.§.heres 2.D. de O. & A.* confirmatur ex *l.3.§.ult. & l.seq. D. quib. ex caus. in possess.* Ratio argumenti jam sæpe iterati sæpius supra indicata est. An heres creditoribus hereditariis ex vero contractu obligatus sit, diximus in *disp nost. ad h. §.*

§. 6. *Item is, cui quis per errorem non debitum solvit, (quasi ex contractu debere videtur.) Adeo enim non intelligitur proprie ex contractu obligatus (esse,) ut si certiorem rationem sequamur, magis (ut supra diximus) ex distractu, quam ex contractu possit dici obligatus esse. nam qui solvendi animo pecuniam dat, in hoc dare videtur, ut distrahat potius negotium, quam contrahat. Sed tamen perinde is, qui accipit, obligatur, ac si mutuum ei daretur, & ideo condictione tenetur.*

SUmptus denique & hic §. est ex *d.l.5.§. is quoque 3.D. de O.& A.* De ratione hujus §. dixi non tantum ad §§. *proxime præcedentes*, sed etiam ad §. 1. *Instit. quib. mod. re cont.* An cesset condictio indebiti, quando ἀντίδωρα soluta sunt, dixi in *disp. ad h. §.*

§. 7. *Ex quibusdam tamen causis repeti non potest, quod per errorem non-debitum solutum sit. sic namque definierunt veteres, ex quibus causis inficiando lis crescit, ex iis causis non debitum solutum repeti non posse: veluti ex lege Aquilia, item ex legato. Quod veteres quidem in iis legatis*

*tis locum habere voluerunt, quæ certa constituta, per damnationem cuique legata fuerant, nostra autem constitutio, cum unam naturam omnibus legatis & fideicommissis indulsit, hujusmodi augmentum in omnibus legatis & fideicommissis extendi voluit: sed non omnibus legatariis hoc præbuit, sed tantummodo in iis legatis & fideicommissis, quæ sacrosanctis ecclesiis, & cæteris venerabilibus locis, quæ religionis vel pietatis intuitu honorantur, relicta sunt: quæ si indebita solvantur, non repetuntur.*

HÆc exceptio §. 6. *h. t.* confirmatur per *l. ea quæ t. C. de condict. indeb.* Sed hic §. apud Belgas nullum usum habet; Primo, quia non dantur causæ ex quibus propter delictum pœna ad privatum pertineret, ut supra dixi; & dicam infra latius. Secundo, quia hic præsupponitur ignorantia, quæ saltem jure gentium (quod sequimur) omnino excusat. Animadverterunt hæc & Alii, puta *Bald. Hotom. ad h.* §. Sed conantur jus civile salvare, quanquam frustra. Vide *disp. nost. ad h.* §.

## *PER QVAS PERSONAS NOBIS OBLIGATIO ADQVIRITVR.*

### TITULUS XXIX.

*Expositis generibus obligationum, quæ ex contractu vel quasi ex contractu nascuntur: admonendi sumus adquiri nobis non solum per nosmetipsos, sed per eas quoque personas, quæ in nostra potesta-*

*te sunt, veluti per servos & filios nostros, ut tamen, quod per servos (nostros) nobis adquiritur, totum nostrum fiat: quod autem per liberos, quos in potestate habemus, ex obligatione fuerit adquisitum, hoc dividatur secundum imaginem rerum proprietatis & ususfructus, quam nostra decrevit constitutio: ut quod ab actione commodum perveniat, hujus usumfructum quidem habeat pater, proprietas autem filio servetur, scilicet patre actionem movente secundum novellæ nostræ constitutionis divisionem.*

§. 1. *Item per liberos homines, & alienos servos, quos bona fide possidemus, adquiritur nobis: sed tantum ex duabus causis, id est, si quid ex operis suis, vel ex re nostra adquirant.*

§. 2. *Per eum quoque servum, in quo usumfructum (vel usum habemus;) similiter ex duabus istis causis nobis adquiritur.*

§. 3. *Communem servum pro dominica parte dominis adquirere certum est; excepto eo, quod nominatim uni stipulando, aut per traditionem accipiendo, illi soli adquirit: veluti cum ita stipulatur,* Titio domino meo dare spondes? *Sed si domini unius jussu servus fuerit stipulatus, licet antea dubitabatur, tamen post nostram decisionem res expedita est, ut illi tantum adquirat, qui hoc ei facere jussit, ut supra dictum est.*

AD hunc titulum satis abundeque dixi in adprobatione & animadversione *titul.* 9. *Institut. per quas*

*quas personas cuique adq. Lib. 2. & tit 18. de stipul. servor. Lib. 3.*

## *QVIBVS MODIS TOLLITVR OBLIGATIO.*

### TITULUS XXX.

*Tollitur autem omnis obligatio solutione ejus, quod debetur: vel si quis, consentiente creditore, aliud pro alio solverit. Nec interest, quis solvat, utrũ ipse, qui debet, an alius pro eo: liberatur enim & alio solvente: sive sciente, sive ignorante debitore vel invito (eo) solutio fiat. Item si reus solverit, etiam ii, qui pro eo intervenerunt, liberantur. Idem ex contrario contingit, si fidejussor solverit: non enim ipse solus liberatur, sed etiam reus.*

### SUMMARIUM.

Textus confirmatio & ratio cum exceptione, usu & quæstione remissive.

QUod tum demum tollatur obligatio, quando solutum est, quod debetur; & creditori non nisi volenti aliud pro alio solvi queat, confirmatur *l. prout.* 80. *D. de solut l. eum à quo* 16. *& l. seq. C. eod. l.* 2. *§.* 1. *D. de reb. credit.* Exceptiones & quæstiones cum usu forensi hoc principium seu regulam concernentes, vide in *disp. nost. ad h. pr.* Præterea solutionem etiam pro ignorante vel invito factam inducere liberationem debiti, traditum est in *l. solut.* 23. *l. solvere* 53. *D. de solut. & l. solvendo* 39. *de negot gest.* ubi &

ratio additur. Sed daturne regressus ei, qui pro ve tante solvit? jure Romano non datur. *l. si pro te* 40. *D mand.* Sed Moribus datur. *Zyp. in Notit. jur Belg* quia non facile quis præsumi debet animo donand solvisse, nec quisquam locupletari cum alterius jactu ra; atque ita olim quidam Veteres sensisse, testatu *d l.* 40. Adde *Senec.* 5. *de benefic.* 20. & *lib* 6. *c.* 23 & 24. Cum omnis accessio tollatur sublata obligatione principali, quid mirum, quod hic Imperator dixit, solutione rei liberari fidejussorem. *l. omnib.* 43. *D. de solut.*? Ratio ejus cum cuilibet obvia est, vix necessario hic adjicitur. Idem dicendum de fidejussore, quia principalis obligationis tollendæ gratia solvit, ideoque etiam & se & reum liberare dicitur. *l. cum is* 36. *de fidejussor.* Hoc tamen intelligi debere respectu creditoris, non vero debitoris, adversus quem regressus datur, dixi supra *ad* §. 6. *de fidejuss.*

*§. 1. Item per acceptilationem tollitur obligatio. Est autem acceptilatio, imaginaria solutio. Quod enim ex verborum obligatione Titio debetur, id si velit Titius remittere, poterit sic fieri, ut patiatur hæc verba debitorem dicere :* Quod ego tibi promisi, habesne acceptum ? *& Titius respondeat,* habeo. *Sed & Græce potest acceptilatio fieri: dummodo sic fiat, ut Latinis verbis solet (exigi,)* ἔχεις λαβὼν δηνάρια τόσα; ἔχω λαβών. *id est,* tot denarios acceptos habes? acceptos habeo. *Quo genere: (ut diximus) tantum eæ solvuntur obligationes, quæ ex verbis consistunt, non etiam cæteræ. Consentaneum enim visum est, verbis factam obligationem, aliis posse ver-*

*verbis dissolvi. Sed & id, quod alia ex causa debetur, potest in stipulationem deduci, & per acceptilationem dissolvi. Sicut autem quod debetur, pro patre recte solvitur: ita in parte debiti acceptilatio fieri potest.*

DEfinitio acceptilationis effectusque ejus clarius proponitur in *l 1. D. de acceptil.* Quod nulla obligatio ipso jure per acceptilationem tollatur, nisi verborum, vel in illam transfusa, confirmat. *l. an inutilis* 8. § 3. & *l. si accepto* 19. *pr. D. eod.* ubi & ratio additur in *d.* § 3. junct. *l. nihil tam* 35. *de R. J.* Quod pro parte acceptilatio fieri potuerit, videmus etiam in *l. pars* 9. *l.* 13. §. 1. & 2. & *l.* 17. *D. de accept.* De solutione partium quid statuendum, indicavi supra in *pr. h. t.*

*§. 2. Est (autem) prodita stipulatio, quæ vulgo Aquiliana appellatur, per quam contingit, ut omnium rerum obligatio in stipulatum deducatur, & ea per acceptilationem tollatur. Stipulatio enim Aquiliana renovat omnes obligationes, & à Gallo Aquilio ita composita est:* Quicquid te mihi ex quacunque causa dare facere oportet, oportebitve, præsens in diemve: quarumcunque rerum mihi tecum actio est, quæque adversus te petitio, vel adversus te persecutio est, eritve: quodve tu meum habes, tenes, possides, (dolove malo fecisti, quo minus possideas:) quanti quæque earum rerum res erit. tantam pecuniam dari stipulatus est Aulus Agerius, spopondit Numerius Nigidius

dius. quod Numerius Nigidius Aulo Agerio spopondit, id haberetne à se acceptum, Numerius Nigidius Aulum Agerium rogavit: Aulus Agerius Numerio Nigidio acceptum fecit.

SUMMARIUM.

Textus probatio cum | usu ejusque ratio.

HIc §. descriptus est ex *l. & uno* 18. *D. de accept.* & confirmatur *l.* 2. 4. 5. & 15. *de transact. l.* 3. 15. 32. & 46. *C. eod.* Sed Moribus acceptilatio non est in usu, & nulla differentia inter acceptilationem & pactum de non petendo servatur. *Gudelin. de jure noviss. lib.* 3. *c.* 5. & *disp. nost.* 16 *thes.* 3. & *disp. nost. ad h.* §. 2. Ratio generalis est, quia omnia jura mere civilia, quæque contra communes regulas juris gentium introducta sunt, Moribus abrogata videntur, ut multis rationibus & exemplis demonstravi supra, & pluribus (Deo volente) demonstrabo infra in sequentibus. Adde *Christ. decis.* 181. & *seq. vol.* 4.

*§. 3. Praeterea novatione tollitur obligatio: veluti si id quod tibi Sejus debebat, à Titio dari stipulatus sis. Nam interventu novæ personæ nova nascitur obligatio, & prima tollitur, translata in posteriorem: adeo, ut interdum, licet posterior stipulatio inutilis sit, tamen prima novationis jure tollatur: veluti si id, quod tu Titio debes, à pupillo sine tutoris auctoritate stipulatus fuerit, quo casu res amittitur, nam & prior debitor liberatur, & posterior obligatio nulla est. Non idem*

*ju-*

iuris est, si à servo quis fuerit stipulatus. nam tunc prior perinde obligatus manet, ac si postea nullus stipulatus fuisset. Sed si eadem persona sit, à qua postea stipuleris: ita demum novatio fit, si quid in posteriore stipulatione novi sit: forte si conditio aut dies, aut fidejussor adjiciatur, aut detrahatur. Quod autem diximus, si conditio adjiciatur, novationem fieri: sic intelligi oportet, ut ita dicamus factam novationem, si conditio extiterit: alioqui si defecerit, durat prior obligatio. Sed cum hoc quidem inter veteres constabat, tunc fieri novationem, cum novandi animo in secundam obligationem itum fuerat, per hoc autem dubium erat, quando novandi animo videretur hoc fieri, & quasdam de hoc præsumptiones alii in aliis casibus introducebant: ideo nostra processit constitutio, quæ apertissime definivit, tunc solum novationem prioris obligationis fieri, quoties hoc ipsum inter contrahentes expressum fuerit, quod propter novationem prioris obligationis convenerunt, alioqui & manere pristinam obligationem, & secundam ei accedere, ut maneat ex utraque causa obligatio secundum nostræ constitutionis definitionem, quam licet ex ipsius lectione apertius cognoscere.

## SUMMARIUM.

Textus probatio, interpretatio & ratio cum usu & quæstione remissive.

QUanquam definitio novationis ex hoc §. colligi possit, mallem tamen eam clarius ex *l. 1. de nov.* huc transcriptam fuisse cum suis divisionibus, quas videre licet apud *DD ad h. §.* In novatione, quæ fit interventu novæ personæ, quæque in se recipit obligationem alterius (ut fit etiam in delegatione *l. delegare 11. D. de novat.*) nihil mutatum puto per *l. ult. C. eod.* Quis enim dubitat, prædicto casu priorem obligationem tolli, ac in aliam transfundi? De pupillo, quod possit etiam sine tutoris auctoritate novare (quatenus scilicet alterius conditionem faciat vel meliorem vel deteriorem, ut dixi *ad §. 2. tit. 8. lib. 2.*) textus apertus est in *l. 1. §. 1. D. de novat.* De servo non sum sollicitus, quia nullus apud Nos est. Novationem vero in specie sic dictam, quæ fit inter easdem personas, jure novo non intelligi factam, nisi hoc inter contrahentes expressum sit, constitutum extat in *l. ult. C. de novat.* An autem *d. l. ult.* tantum loquatur de expressione, quæ verbis fit, an etiam de ea, quæ facto declaratur, disputavi *ad h. §.* Ut ut sit de jure Romano, certum est ex certa ratione, quod voluntas nostra non minus facto quam verbis aperte significari possit; atque ita in praxi & Moribus multorum locorum receptum esse, testatur *Gail. 2. obs. 30. Zoez. ad tit. D. de novat. Vinn ad h. §. Heig. ibid.* Plura cum usu vide apud *Christin. decis. 180. vol. 4. & d. Zoes.*

*§. 4. Hoc amplius, eæ obligationes, quæ con-*

*onsensu contrahuntur, contraria voluntate issolvuntur. Nam si Titius & Sejus inter se onsenserint, ut fundum Tusculanum emptum ejus haberet centum aureis: deinde re nondum ecuta, id est, neque pretio soluto, neque fundo radito, placuerit inter eos, ut discederetur ab a emptione & venditione: invicem liberantur. dem est in conductione & locatione, & in omnius contractibus, qui ex consensu descendunt, sicut am dictum est.*

HIc §. confirmatur & illustratur ex *l. ab empt.* 58. *D. de pact. l. prout* 80. *in fin.* & *l.* 1. *C. quand. lic. b empt.* Ratio generalis est in *l. nihil tam* 35. *de R. J.* an nova sit emptio, quando res vendita reddita est enditori, & pretium redditum est emptori, vide in *isputat. nostr. ad h.* §. Plures modos tollendæ obgationis vide apud *Brisson. de solut.* & *DD. ad h. nostr.*

# INSTITVTIONVM
## Seu Elementorum
# D. JUSTINIANI
## Sacratissimi Principis
## LIBER QUARTUS.

## *DE OBLIGATIONIBVS QVÆ EX DELICTO NASCVNTVR.*

### TITULUS I.

*Quum sit expositum superiore libro de obligationibus ex contractu, (& quasi ex contractu:) sequitur, ut de obligationibus ex maleficio, (& quasi ex maleficio) dispiciamus. Sed illæ quidem (ut suo loco tradidimus) in quatuor genera dividuntur. hæ vero unius generis sunt. nam omnes ex re nascuntur, id est, ex ipso maleficio, veluti ex furto, rapina, damno, injuria.*

### SUMMARIUM.

Textus probatio & usus ¦ ejusque ratio.

HÆC omnia, præter transitionem, descripta sunt ex Gajo in *l.4. ex malificio. D.de O.&A.* & confirmantur, cum ex fragmentis *Gaji Lib. 2. tit.* 11. tum ex *l. si quis* 52. §. *neque verbo* 19. *de furt.* Moribus Belgii non dantur

tur privata delicta, id eſt, privatus ex cauſa delicti non agit contra privatum ad pœnam conſequendam. Ratio eſt, quia privatus ex maleficio privati non poteſt ſentire lucrum, cum ille titulus adquirendi, ſtante ita Repub. turpis & inhoneſtus videatur. Et hos Mores Baro putat ex Jure Canonico *c. fraternitas. 12. q. 2.* deſcendere. *Bar. ad h. t. & tit. ſeq. part. ult. Argentr. ad conſ. Britan. artic. 24.* Sed exceptio eſt in delicto injuriæ; an benè vel malè, dicam ad *tit. Inſt. de injur.* Adde *diſp. noſt. ad h. pr. & Imbert. Enchirid. jur. Gall. lit. p.*

§. 1. *Furtum eſt contrectatio fraudulosa, lucri faciendi gratia, vel ipſius rei, vel etiam uſus ejus poſſeſſioniſve, quod lege naturali prohibitum eſt admittere.*

RECte hic Tribonian. exorditur à definitione, ſed rectius primo præmiſiſſet notationẽ ſeu etymon nominis, ut in *l. 1. de furt.* ex qua hic §. deſcriptus eſt. *d. l. 1. §. ult.* Sed hæc definitio apud Nos vitioſa eſt, quia licet commodatarius vel depoſitarius re commodata vel depoſita aliter utatur, quam uti debet, tamen furtum non committit, ut dicam ad §. 6. *h. t.* Quinimo, ſi furtum dicatum proprie à ferendo vel auferendo in §. *ſeq.* etymologia definitioni contraria erit.

§. 2. *Furtum autem vel à furvo, id eſt, nigro dictum eſt, quod clam & obſcure fiat, & plerumque nocte, vel à fraude, vel à ferendo, id eſt, auferendo, vel à Græco ſermone, quod φῶρας appellant fures, Imo & Græce à ferendo φῶρας dixerunt.*

HIc §. desumptus est ex *d.l 1.pr. D. de furt.* No bis tertia notatio omnium convenientissima v detur. Sed ut ut sit de notatione nominis, certun est, furtum non fieri, nisi quando unus alteri anim lucrandi & in se transferendi aliquid aufert. *Aristo lib. 1. Rhetor.*

*§. 3. Furtorum autem duo sunt genera, ma nifestum & nec manifestum. Nam conceptun & oblatum species potius actionis sunt furto cohæ rentes, quam genera furtorum, sicut inferius appa rebit. Manifestus fur est, quem Græci* ἐπ' αὐτοφώρ *appellant: nec solum is, qui in ipso furto deprehen ditur, sed etiam is, qui in eo loco deprehenditur, qu (furtum) fit, veluti qui in domo furtũ fecit, & , non dum egressus januam, deprehensus fuerit , & qu in oliveto olivarum, aut in vineto uvarum furtun fecit, quandiu in eo oliveto aut vineto deprehensu fuerit. Imo ulterius furtum manifestum est exten dendum, quamdiu eam rem fur tenens visus ve deprenhensus fuerit: sive in publico, sive in priva to: vel à domino, vel ab alio, antequam eo perve nerit, quo deferre vel deponere destinasset. Sed pertulit quo destinavit , tametsi deprehendatu cum re furtiva, non est manifestus fur. Nec ma nifestum furtum quid sit, ex iis, quæ diximus, in telligitur. nam quod manifestum non est, id scilice nec manifestum est.*

HÆc divisio ex lege 12. tabul. descendit, ut vide re est apud *Gell. lib. 11. c. ult.* & Moribus usum habere videtur ratione pœnæ, ut colligere est ex illi

quæ

quæ diximus ad §. 5. *h. t.* Adde *Schultz. ad h. t. lit. b.* Totus autem hic §. collectus est ex *l.* 2. 3. 4. 5. & 8. *D. de furt.*

*§. 4. Conceptum furtum dicitur cum apud aliquem testibus præsentibus furtiva res quæsita & inventa sit. nam in eum propria actio constituta est, quamvis fur non sit, quæ appellatur concepti. Oblatum furtum dicitur, cum res furtiva ab aliquo tibi oblata sit, eaq; apud te concepta sit: utiq; si ea mẽte tibi data fuerit, ut apud te potius quã apud eum qui dedit, conciperetur. nam tibi, apud quem concepta sit, propria adversus eum, qui obtulit, quamvis fur non sit, constituta est actio, quæ appellatur oblati. Est etiam prohibiti furti actio adversus eum, qui furtum quærere testibus præsentibus volentem prohibuerit. Præterea pœna constituitur edicto prætoris per actionem furti non exhibiti adversus eum, qui furtivam rem apud se quæsitam & inventam non exhibuit. Sed hæ actiones, scilicet concepti & oblati, & furti prohibiti, necnon furti non exhibiti, in desuetudinem abierunt. Quum enim requisitio rei furtivæ hodie secundum veterem observationem non fiat: merito ex consequentia etiam præfatæ actiones ab usu communi recesserunt: quum manifestum sit, quod omnes, qui scientes rem furtivam susceperint, & celaverint, furti nec manifesti obnoxii sunt.*

SUMMARIUM.

Cur Auctor hic brevis sit, & quid hodie in inquisitione & receptatoribus rei furtivæ servetur?

QUoniam actio concepti & oblati, item furti prohibiti & non exhibiti desierũt in usu esse, & tempore Justiniani, & tempore hodierno, oleum & operã me perditurum existimo, si pluribus hunc §. confirmavero. Antiquitatis Studiosos remitto ad *Gell.d. c.ult.& lib.*16.*c.*16.*Plat.lib.*12. *de leg. Rosin.de antiq. Rom.lib.*8.*ad l.*60.*Paul.*2.*sent.*31. *Gaj. tit.*9. §. 2. ubi quatuor genera furtorum enumerantur; an rectius in duo genera Imperator in *d.* §.3. *&* 4. & Gajus in *d. l.*2.*de furt.* dividant, & quomodo illa conciliari possint, hic non dicam, ob rationes jam dictas. Vide & *Hotoman.& Balduin.ad h.*§. Sane & hodie rei furtivæ inquisitio interdum in ædibus alienis fit, sed non temere sine præcedentibus signis & conjecturis: nec privata, sed publica auctoritate, id est, missis executoribus justitiæ. Vide *Schultz.ad h.t.lit. h.* Præterea Moribus Belgii quoque receptatores furum eadem fere pœna affici, qua puniuntur ipsi fures, omnibus notum est. Ratio est in *l.* 1. *de receptator.* Unde apud Nos proverbium, **de heelder is so goet als de steelder/ ende waerender geen heelders/ daer waeren oock geen steelders.** Vide *Schultz.d.loc.*

§. 5. *Pœna manifesti furti, quadrupli est, tam ex servi, quam ex liberi persona: nec manifesti, dupli.*

SUM-

SUMMARIA.

1. Textus confirmatio, ratio & jus Divinum hic.
2. Uſus Belgii circa fures, eorumque pœna exacerbanda vel lenienda.

HIc §. confirmatur ex *l.in furti* 50. *pr.D. de furt.* 1
*& l.de his* 11. *Cod.eod.Gell.d c.ult.Feſt.* in verbo *nec.* Ratio vero, cur graviori pœna mulctetur furtum manifeſtum quàm nec manifeſtum, hæc videtur. Primo, quia vigilantibus præmia proponenda ſunt. *Cujac.* 19. *obſ.* 12. Secundo, quia aperta temeritas gravius punienda eſt, quàm dubia & minus manifeſta. *arg. l.* 2. §. *ſi in re* 24. *D. de vi bonor.rapt. Ariſtot.ſect.* 29. *probl.* 13. Sed jure Divino indiſtincte pœna dupli in ſimplicem furem ſtatuta videtur. *Exod.* 22, *verſ.*4. *&* 7. excepto caſu, quo bos vel ovis furtiva à fure conſumpta eſt. *d.c.*22.*v.*1. *& ſeqq. Levit.* 5. *Num.* 5. Moribus harum Provinciarum fur- 2
tum ſimplex (de quo hic loquimur) punitur ex Conſtitut. Caroli V. quam vide in *P. H. O. art.*157. *Zyp. tit.de furt. & Schultz.ad h. t. lit. c.* Cæterum Magiſtratū has pœnas pro gravitate & levitate delicti, pro circumſtantiis temporum & perſonarum aliquando poſſe aſperare vel mollire, nemo dubitet. An ergo & ſimplex furtum juſte pœna capitali puniri poteſt? Quidni? *arg. lib.* 2. *Reg. c.*12.*v.*5. *& Joſ.c.*7.*v.* 24. *& ſeq.* præſuppoſitis tamen illis, de quibus dixi in *diſp. noſt.ad h.* §. Unde mira videri poteſt Conſtitutio Juſtiniani in *Nov.*134.*c. ult.* & poſtponenda Conſtitutioni Caroli V. Quomodo olim hoc furtum vel gravius vel levius fuerit mulctatum apud varias Gentes, vide apud *Balduin.ad c.*56. *&* 57. *leg.* 12. *tab.Alex. ab Alex.*6.*genial.dier.*10. *Tholoſan. ſyntagm. lib.*37.*c.* 1. *&* 2. *& ſeqq.DD.ad h.* §. *Zepper. de legib.Moſaic.*

*lib.* 1 .*c.*10. ubi ſub finem varias ſpecies furti, variaſ
pœnas ex jure Divino cõmemorat. Adde *Baron. ad*
*t.part.rel.* & *Chriſtin.ad ll.Mechl.tit.*2.*art.*1.& *ſeq*

*§. 6. Furtum autem fit, non ſolum cum qu intercipiendi cauſa rem alienam amovet: ſed gene raliter cum quis alienam rem invito domino con tractat. Itaque ſive creditor pignore, ſive is, apu quem res depoſita eſt, ea re utatur, ſive is, qui re utendam accepit, in alium uſum eam transferat quam cujus gratia ei data eſt, furtum committit veluti ſi quis argentum utendum acceperit, qua amicos ad cœnam invitaturus, & id peregre ſecu tulerit: aut ſi quis equum geſtandi cauſa commo datum ſibi, longius aliquo duxerit: quod veter ſcripſerunt de eo, qui in aciem equum perduxiſſe*

SUMMARIUM.

Textus probatio ex jure Romano, contrarius ejus uſus, ejuſdemque ratio.

HIc § comprobatur ex *l.ſi pignore* 54.*pr.* & §.1 & *l.inficiando* 67.*pr.D. de furt. Gell.lib.* 7.*c.*1 *Valer.Max.lib.*8.*c.*2. Sed hanc pœnam tanquam n mis rigidam, ſaltem in argento peregre ſumpto, im probavit ante me *Hotoman. ad h.* §. Teſtatur etian *Zyp. tit. de furt.* quod hodie in caſibus hic enumera tis, tantum actio ad id quo intereſt, competat. Quo dicta furta pœna corporali puniri nequeant, extr dubium puto. Vide *Tulden. ad h. t. c.* 2. Utique fur tum proprie commiſſum dicitur, quando domin invito res ablata eſt. *d.* §.2. ideoque ſi quis duntaxa re commodata vel depoſita abuſus ſit, non ſtatin

furt

furti reus, multo minus pœnæ corporalis dici debet. Sed cum mali exempli res sit, nullus ambigo, quin præter reparationem damni dati, in pœnam pecuniariam condemnari queat. Adde *Schultz. ad h. t. lit. e. & f.*

*§. 7. Placuit tamen eos qui rebus commodatis aliter uterentur quam utendas acceperint, ita furtum committere, si se intelligant, id invito domino facere: eumque, si intellexisset, non permissurum. at si permissum credant, extra crimen videri, optima sane distinctione: quia furtum, sine affectu furandi non committatur.*

HIc §. confirmatur ex *l. inter omnes 46. §. recte 7. & l. qui re 76. pr. D. de furt.* Sed cum quilibet hoc modo se excusare posset, quod putaverit, dominum illam contrectationē non invitum admissiurum, aut ægre laturum esse, diligenter qualitates personarum judici examinandæ sunt. *Joan. Fab. & Angel. ad h. §.*

*§. 8. Sed si credat aliquis invito domino se rem commodatam sibi contrectare, domino autem volente id fiat: dicitur furtum non fieri. Unde illud quæsitum est, cum Titius servum Mævii solicitaverit, ut quasdam res domino subriperet, & ad eum perferret, & servus id ad Mævium pertulerit: Mævius (autem) dum vult Titium in ipso delicto deprehendere, permiserit servo quasdā res ad eum perferre, utrū furti an servi corrupti judicio teneatur Titius, an neutro? Et cum nobis super hac dubitatione suggestum est, & antiquorum prudentium*

*ſuper hoc altercationes perſpeximus, quibuſdam neque furti, neque ſervi corrupti actionem præſtantibus, quibuſdam furti tantummodo: nos hujuſmodi calliditati obviam euntes, per noſtram deciſionem ſancimus, non ſolum furti actionem, ſed & ſervi corrupti contra eum dari. Licet enim (is) ſervus deterior (à ſolicitatore) minime factus eſt, & ideo non concurrăt regulæ, quæ ſervi corrupti actionem introducunt. tamen conſilium corruptoris ad perniciem probitatis ſervi introductum eſt, ut ſit ei pœnalis actio impoſita, tanquam (ſi) re ipſa fuiſſet ſervus corruptus, ne ex hujuſmodi impunitate & in alium ſervum, qui facile poſſet corrumpi, tale facinus à quibuſdam perpetretur.*

SUMMARIUM.

Textus varia explicatio, e- | juſque uſus.

HIc §. deſumptus videtur ex *d. l. inter omnes* 46. *§. pen. D. de furt.* Sed uterque textus obſcurus eſt. Quidam putant, contrectatorem non obligari furti, id eſt, non poſſe conveniri actione furti, licet furtum commiſerit à ſua parte. Alii vero iſtum contrectatorem nullo modo furtum feciſſe, Alii non plene feciſſe interpretantur, qui coincidunt cum primis ſupra allegatis. Ut ut ſit, certum eſt, quod talis contrectatio hodie à Magiſtratu puniri poſſit pœna arbitraria, quia revera deliquit & rem fecit mali exempli. Similem caſum habemus in verbis ſequentibus hujus §. quæ deſumpta videntur ex *l. ſi quis* 20. *C. de furt.* cujus tamen pœna, qua corruptor punitur ut fur & corruptor, non ſervatur, teſte *Zyp. in Notit. jur. Belg. tit. ad l. Jul. Majeſtat.* quia revera

non

non fecit furtum proprie sic dictum, nec proprie aut plene corrupit. Sed quod pœna arbitraria propter malum conatum & consilium puniri possit, nemo sanæ mentis dubitet.

§. 9. *Interdum etiam liberorum hominum furtum fit. veluti si quis liberorum nostrorum, qui in potestate nostra sunt, subreptus fuerit,*

HIc § confirmatur ex *l. eum qui* 14. §. *si filiusfam. D. de furt. & l. mater* 38. *D. eod.* Moribus actio furti privato non datur, sed Prætori, qui ex alterius delicto lucrum sentire potest, quia sæpe magno cum labore, imo cum periculo vitæ in delicta inquirit. De pœna *leg. Fab. de plagiar.* dicam ad §. 10. *tit. ult. Lib.* 4.

§. 10. *Aliquando autem etiam suæ rei furtum quis committit, veluti si debitor rem, quam creditori, pignoris causa dedit, subtraxerit.*

HIc §, comprobatur ex *l. itaque* 12. §. 2. *l. in act.* 19. §. *pen. l. si debitor* 79. *& l. creditor* 87. *D. h. t.* Ratio est, quia dum creditori pignus debitor abstulit, præsumitur hoc eo animo fecisse, ut soluto debito, pignus vel æstimationem ejus repeteret. Sed illa præsumptio firmior esset, si soluto debito pignus jam repetiisset. Alias debitor homo integræ famæ juramento facile se purgare posset. *tot. tit. ext. de purgat. canon. Clar. in* §. *fin. quæst.* 63.

§. 11. *Interdum (quoque) furti tenetur, qui ipse furtum non fecit, qualis est is, cujus ope & consilio furtũ factum est. In quo numero est, qui tibi*

*nummos excussit, ut alius eos raperet, aut tibi obstiterit, ut alius rem tuam exciperet, aut oves tuas vel boves fugaverit, ut alius eas acciperet. Et hoc veteres scripserunt de eo, qui panno rubro fugavit armentum. Sed si quid eorum per lascivi-am, & non data opera, ut furtum admitteretur, factum est: in factum actio dari debet. At ubi ope Mævii Titius furtum fecerit, ambo furti tenentur. Ope & consilio ejus quoq; furtum admitti videtur, qui scalas forte fenestris supponit: aut ipsas fenestras vel ostium effringit, ut alius furtum faceret: quive ferramenta ad effringendum, aut scalas, ut fenestris supponerentur, commodaverit. sciens cujus rei gratia commodaverit. Certe qui nullam opem ad furtum faciendum adhibuit, sed tantum consilium dedit, atque hortatus est ad furtum faciendum, non tenetur furti.*

## SUMMARIUM.

Textus probatio ac varia | explicatio de consilio cum usu.

PRincipium hujus §. confirmatur & explicatur ex *l. vulgaris* 21. §. *ult. l. is qui opem* 34. *D. de furt.* & *l. proinde* 6. *D. de condict. furt.* De excussione nummorum loquitur Ulpianus in *l.* 52. *si quis ux.* §. *si quis de manu* 13. *D. h. t.* De panno rubro & lascivia vide *l. in furt. act.* 50. §. *ult. D. eod. Senec. lib.* 3. *de ira. Ciceron. lib.* 2. *de divinat.* Quod & quando Mævius & Titius hic teneantur furti, responsum est in *d. l.* 52. §. *neque* 19. & *l. si is qui rem* 66. §. *pen. D. h. t.* junct. *l. item Mela* 11. §. 2. *sed si plures. D. ad l. Aquil.* De scalis fenestris suppositis vide *l. si pignore* 54. §. *pen. D. de furt.*

*furt.* Reliqua hujus §. de consilio dato obscura sunt, & varias extorserunt explicationes Interpretum. Vide *DD. ad h.§. & disput.nost. ad d. §.* Moribus qui tantum consilium vel opem tulerunt, mitius puniuntur, quàm ipsi fures, in quorum corpus animadvertitur. *Vinn.ad h §. & Tulden. ad h.t.c.3. & Schultz.ad h.t.lit.i. & k.*

*§. 12. Hi, qui in parentum vel dominorum potestate sunt, si rem eis subripiunt, furtum quidem faciunt, & res in furtivam causam cadit (nec ob id ab ullo usucapi potest, antequam in domini potestatem revertatur) sed furti actio non nascitur: quia nec ex alia ulla causa potest inter eos actio nasci. Si vero ope & consilio alterius furtum factum fuerit: quia utique furtum committitur, convenienter ille furti tenetur: quia verum est, ope & consilio ejus furtum factum esse.*

HIc §. confirmatur ex *l.servi & filii 17.pr. D.h.t. de furt.l.quamvis 84.& l.qui servo 36.§.1.D.eod.* Exceptio est in *d.l.52.si quis uxori.§.5.D. ibid.* Hodie, sublata patria potestate, punitur filius extra ordinem, sed mitius, ut tradit *Schultz. ad h. t. lit.m.* Sed quoniam tamen castigari à patre potest, præsertim quamdiu est minor 25.ann. & cœlebs, vix à Prætore mulctari posset. Quid de famulis & mercenariis dicendum sit, vide apud *Tulden. d.c.3. Schultz.d.lit. m. & Vinn.ad h.§.*

*§. 13. Furti autem actio ei competit, cujus interest rem salvam esse, licet dominus non sit. Itaque nec domino aliter competit, quam si ejus intersit rem non perire.*

Hic

HIc §. confirmatur & limitatur ex *l. cujus* 10. 11. 12. *&* 14. *eum qui* §. 2. *&* §. 10. *an pater*. ubi exceptio, ut in *l. interd*. 49. *D. h. t. & l. fullo* 82. *D. eod.* Moribus nec ei cujus intereſt rem ſalvam eſſe, nec domino datur actio furti, ſed tantum damnum datum reparatur, ſi ſcilicet facultates furis patiuntur. Vide quæ dixi *ad pr. &* §. 9. *h. t.*

§. 14. *Vnde conſtat creditorem de pignore ſubrepto furti (actione) agere poſſe, etiam ſi idoneum debitorem habeat: quia expedit ei pignori potius incumbere, quam in perſonam agere, adeo quidem, ut quamvis ipſe debitor eam rem ſubripuerit, nihilominus creditori competat actio furti.*

HIc §. confirmatur & illuſtratur ex *d. l.* 12. §. *ult. l.* 14. §. 5. 6. *&* 16. *l.* 15. *pr. l.* 19. §. *pen. & ult. l. interd.* 49. *& l. creditor*. 87. *D. de furt.* Ratio vero, qua hic intereſſe creditoris oſtenditur, comprobatur regula in *l. plus caut.* 25. *de R. J.* Altera ratio jam allegata eſt in *d. l.* 14. §. 6. *h. t.* In caſu dubio quando de furto non conſtat, creditori jusjurandum deſerendum videtur. *arg. c.* 22. *Exod.* Uſum §. ſignificavi in §. *præced.*

§. 15. *Item ſi fullo polienda curandave, aut ſarcinator ſarcienda veſtimenta mercede certa (conſtituta) acceperit, eaque furto amiſerit: ipſe furti habet actionem, non dominus, quia domini nihil intereſt eam rem non perire, quum judicio locati à fullone aut ſarcinatore rem ſuam perſequi poſſit. Sed & bonæ fidei emptori ſubrepta re, quam emerit, quamvis dominus non ſit, omnino competit furti actio, quemadmodũ & creditori. Fulloni vero*

*& sacrinatori non aliter furti actionem competere placuit, quam si solvendo fuerint: hoc est, si domino rei æstimationẽ solvere possint. Nam si solvendo non sint: tunc quia ab eis suum dominus consequi non possit, ipsi domino furti competit actio: quia hoc casu ipsius interest rem salvam esse. Idem est, & si in patre solvendo fuerit fullo aut sarcinator.*

SUMMARIUM.

Textus probatio, & cur hic quædam quæst. negligantur, & quis hic usus Saxon,

HÆc exempla confirmatur ex *l. itaque* 12. *pr. &* §. 1. *& l. fullo* 90. *D. h. t.* Quando conductor in genere actionem furti habuerit, definitur in *d. l.* 14. §. *quod si* 12. *D. h. t.* An speciale quid sit in fullone & sartore, hoc est, an illi habuerint actionem furti, licet non fuissent in culpa, hic non dicam: Uti nec hoc, an emptor bonæ fidei & creditor habuerint, sive solvendo essent, sive non essent, quia usum non habent. Quod ille qui partem duntaxat solvere potest, non intelligatur solvendo esse, docet *Javolen.* in *l. solvendo* 114. *de V. S.* Quomodo & quando fullo & sartor vel similis locator operæ teneatur in foro Saxon. vide apud *Schultz. ad h. t. lit. n.* Adde *d. c.* 22. *Exod.*

*§. 16. Quæ de fullone & sarcinatore diximus, eadem & ad eum, cui commodata res est, transferenda veteres existimabant. Nam ut ille fullo mercedem accipiendo custodiam præstat: ita is quoque, qui commodatum utendi causa accepit, similiter necesse habet custodiam præstare. Sed no-*

nostra providentia etiam hoc in nostris decisionibus emendavit, ut in domini voluntate sit, sive commodati actionem adversus eum, qui rem commodatam accepit, movere desiderat: sive furti adversus eum, qui rem subripuit: & alterutra earum electa, dominum non posse ex pœnitentia ad alteram venire actionem. sed si quidem furem elegerit: illum, qui rem utendam accepit, penitus liberari. sin autem commodator veniat adversus eum, qui rem utendam accepit: ipsi quidem nullo modo competere posse adversus furem furti actionem. eum autem, qui pro re commodata convenitur, posse adversus furem furti habere actionem: ita tamen, si dominus sciens rem esse subreptam adversus eum cui res commodata fuerit, pervenit. sin autem nescius & dubitans rem esse subreptam apud eum commodati actionem instituerit, postea autem re comperta voluerit remittere quidem commodati actionem, ad furti autem actionem pervenire: tunc licentia ei conceditur & adversum furem venire, obstaculo nullo ei opponendo, quoniam incertus constitutus movit adversus eum, qui rem utendam accepit, commodati actionem: nisi domino ab eo satisfactum fuerit: tunc etenim omnino furem à domino quidem furti actioni liberari: suppositum autem esse ei, qui pro re sibi commodata domino satisfecit: cum manifestissimum sit, etiam si ab initio dominus actionem commodati instituerit, ignarus rem esse subreptam, postea autem hoc ei cognito, adversus furem transierit

*erit: omnino liberari eum, qui rem commodatam acceperit, quemcunque causæ exitum dominus adversus furem habuerit: eadem definitione obtinente, sive in parte, sive in solidum solvendo sit is, qui rem commodatam acceperit.*

HÆc verbosa summa desumpta est ex verbosa lege *ult. C. de furt.* An vero recte Imperator distinxerit commodatarium à fullone & sarcinatore, hic non dicam, propter rationes modo allegatas. Quid Jure Divino hic constitutum fuerit, vix colligi potest ex *d.c* 22.*Exod.* quod tamen vide. Quid jure Saxon. statutum sit, vide apud *Schultz. ad h.t. lit.o.*

§. 17. *Sed is, apud quem res deposita est, custodiam non præstat, sed tantum in eo obnoxius est, si quid ipse dolo malo fecerit. qua causa si res ei subrepta fuerit, quia restituendæ ejus rei nomine depositi non tenetur, nec ob id ejus interest rem salvam esse, furti agere non potest, sed furti actio domino competit.*

HIc §. descriptus videtur ex *d.l. eum qui* 14. *§. is autem* 3. *D. de furt.* Quid dicendum sit, si culpa præstanda convenit, vel si deposito se obtulit depositarius, vel pretium quasi honorarium acceperit, apparet ex antecedentibus, junct. *d.l.* 14. *§. qualis ergo* 16. *D.h.t.* Usum indicavi jam sæpius.

§. 18. *In summa, sciendum est, quæsitum esse, an impubes rem alienam amovendo, furtum faciat? Et placuit, quia furtum ex affectu (furandi) consistit, ita demum obligari eo crimine impube-*

*rem,*

*rem, si proximus pubertati sit, & ob id intellig-se delinquere.*

HIc locus desumptus videtur ex *l. impuberem* 2. *D. h. t.* & confirmatur etiam ex *l. pupillum* 11 *de R. J. l. sed & si* 5. *§.* 2. *& ideo. D. ad l. Aquil. l.* 1. *§. im-pubes* 32. *& seq. & l. excipiuntur* 14. *D. de SCto S-lan.* Sane cum hodie fures, præsertim vagabundi puniantur pœna corporali, leviori pœna afficiend-sunt minores quàm majores 25. ann. Vide *Gell. lib.* 11. *c.* 18. *Gomez.* 2. 3. *resol.* 1. *n.* 59. *& disp. nost. ad h.* *& Schultz. ad h. t. lit L.*

*§. 19. Furti actio, sive dupli, sive quadrupli tantum ad pœnæ persecutionem pertinet. Nam ipsius rei persecutionẽ extrinsecus habet dominus quam aut vindicando aut condicendo potest aufer-re. Sed rei vindicatio quidem adversus possessorem est, sive fur ipse possidet, sive alius quilibet: condi-ctio autem adversus furem ipsum heredemve ejus, licet non possideat, competit.*

QUod actio furti meram pœnam persequatur, & præter eam dominus habeat vel rei vindicatio-nem vel condictionem, dixit etiam *Gajus in d. l. si pignore* 54. *§.* 3. *cum furti. D. de furt.* & Ulpian. *in l. si pro fure* 7. *D. de condict. furt.* Præterea quod condi-ctio furtiva detur contra heredem furis, licet nihil ex re furtiva possideat, aut lis cum fure contestata sit probatur ex *d. l.* 7. *& l.* 9. *D. eod.* Adde *disput. nost. ad h. §.* Quod Moribus Belgii nullum habet dubium, quoniam omne damnum datum ab herede ex bonis testatoris reparandum est, ut dixi supra, & dicam la-tius infra.

D E

## *DE VI BONORUM RAPTORUM.*

### TITULUS II.

*Qui res alienas rapit, tenetur quidem etiam* *rti (quis enim magis alienam rem invito domi-* *o contrectat, quam qui vi rapit? ideoque recte di-* *um est, eum improbum furem esse) sed tamen* *ropriam actionem ejus delicti nomine prætor in-* *oduxit, quæ appellatur vi bonorum raptorum: &* *t intra annum quadrupli, post annum simpli:* *uæ actio utilis est, etiam si quis unam rem, licet* *inimam, rapuerit. Quadruplum autem non* *tum pœna est, sicut in actione furti manifesti di-* *imus, sed in quadruplo inest & rei persecutio:* *t pœna tripli sit, sive comprehendatur raptor in* *so delicto, sive non. Ridiculum enim esset levi-* *ris conditionis esse eum, qui vi rapit, quam qui* *lam amovet.*

### SUMMARIUM.

1 Textus probatio & expla- itio, ejusque Mores cum censura l.6.C. de pagan.

QUod raptor fur improbior sit, atque adeo sine dubio furti quoque teneatur, responsum etiam t in *l.2.§.cæterum* 10. *& pen.D.h.t.de vi bonor.rapt.* *l si vendidero* 80. §.3. *cum rapt.D. de furt.* An ta- mẽ duntaxat in duplum, non etiam in quadruplum ondemnari possit, dixi in *disp.nost.ad h.pr.* Actio-

nem vi bonorum raptorum. Prætoriam esse intra a num in quadruplum, post annum in simplum, a paret ex *d.l.2.pr.* & *§.in hac action.* 13.*D.h.t.* etiam minima quoque res rapta sit. *d.l.2.§.11.* & 24. *l eod.* Sub quadruplo tamen contineri ipsam rem ptam, dixit quoque *Justin.in §.19.de action* & *No* 63. Sed quo pacto tunc raptor gravius punitu quàm fur manifestus? Refertur hic unus modus i ter cæteros. Vide *disput.nost.ad h.pr.* Moribus rap na quoque ad publica crimina refertur, ut dixi *pr.tit.præced.* & punitur raptor, præsertim viole tior, ultimo supplicio. *d.Constit. Caroli V. artic.*12 & res rapta domino restituitur. *dict.Const.9.art.*20 *Schneid.ad §. ult. tit.præced. Vinn.ad §.1.h.t.Schult ibid.lit.a.Zyp tit.de raptor.* Sed quid, si Christianus Judæo aliquid vi rapuerit? Vix dixerim cum *l. Chr stian.* 6.*C. de pagan.* quod propterea sit mitius pun endus. *Balduin.ad h.pr.* Putant quidam, fures grav us delinquere, quam raptores. Vide *Grot. in Flo Spars. h. t.* ubi statuit, illam rem posse in utramqu partem tractari.

*§.1. Ita tamen competit hæc actio, si dolo ma quis rapuerit. Nam qui aliquo errore ductus re suam esse existimans, & imprudens juris, eo anim rapuerit, quasi domino liceat etiam per vim re suam auferre à possessoribus, absolvi debet: C scilicet conveniens est, nec furti teneri eum, qu eodem hoc animo rapuit. Sed ne, dum talia exco gitantur, inveniatur via per quam raptores impun suam exerceant avaritiam: melius divalibus con stitutionibus pro hac parte prospectum est, ut ne mini liceat vi rapere vel rem mobilem vel se mo*

*ver*

*entem, licet suam eandẽ rem existimet: sed si quis itra statuta principum fecerit, rei quidem suæ doinio cadere: sin autem aliena (res) sit, post restitionem ejus, etiã æstimationem ejusdem rei præare. Quod non solum in mobilibus, quæ rapi posnt, constitutiones obtinere censuerunt: sed etiam n) invasionibus quæ circa res soli fiunt, ut ex ic causa ab omni rapina homines abstineant.*

Nitium hujus §. descriptum videtur ex *d. l. 2. §. hac act. 18. D. h. t.* qui §. cum satis clare *d. pr.* explicet, de mendatione ejus vix sollicitus sum. Divales autem æ Constitutiones, ad quas hic Imperator noster re. picit, extant in *l. si quis in tantam 7. C. unde vi.* Sed as usu non servari, frequentior est Pragmaticoum opinio. *Covarruv. var. resolution. lib. 3. c. 16. n. 7. inn. ad h. §. Schneid. & Schultz. ibid. lit. b. Zyp. tit. de & vi arm.* Ratio evidens redditur in disput. nost. *d h. §. 1. & pr. tit. anteced.*

*§. 2. Sane in hac actione non utique expeatur, rem in bonis actoris esse, nam sive in bonis t, sive non, si tamen ex bonis sit, locum hæc actio abebit. Quare sive locata, sive commodata, ve etiam pignorata, sive deposita sit (res) apud itum, sic ut intersit ejus eam rem (per vim) non uferri (veluti si in deposita re culpam quoque romisit) sive bona fide possideat, sive usumfructum uis habeat in ea, vel quid aliud juris, ut intersit ius non rapi: dicendum est, ei competere hanc tionem, non ut dominium accipiat, sed illud soum, (quod) ex bonis ejus qui rapinam passus est,*

*(id est,) quod ex substantia ejus ablatum esse pr- ponatur. Et generaliter dicendum est, ex quib- causis furti actio competit in re clam facta, ex e- dem causis omnes habere hanc actionem.*

HIc §. ad verbum descriptus est ex *d.l.2. §. in h- action.22. D.h.t.* & quoniam nullum usum h- bet, ut significavi ad §. 13. *tit.præced. & pr.h t.* pl- ribus probationibus aut rationibus lectorem non r- morabor.

## DE LEGE AQVILIA

### TITULUS III.

*Damni injuriæ actio constituitur per legem A- quiliam: cujus primo capite cautum est*, ut si qu- alienum hominem, alienamve quadrupe- dem quæ pecudum numero sit, injuria occ- derit: quanti ea res in eo anno plurimi fueri- tantum domino dare damnetur.

SUMMARIUM.

Contrarius hujus pr. usus, | ejusque ratio.

HIc locus compilatus est ex *l.1.& 2. D. h.t.ad- Aquil.* Sed hodie hoc caput primum non e- in usu. *Gudelin.de jure noviss. lib.* 3.*c.*13. *Bus. ad l.* - *D.h.t.Vinn.ad* §.9.*h.t.* Ratio in promptu est, (quan- tamen illi tradere neglexerunt)quia hodie nemo pr- vatus ex delicto vel culpa alterius lucrum sentire p- test, ut dixi supra sæpenumero. Itaque quadrupe- occisa tanti æstimatur, quanti fuit tempore dam-

dat-

dati; & reliqua peragit fiscus vel officialis; atque ita apud Hebræos receptum fuisse, probat ex Baba Kamma *Grot.in Flor Spars.ad h.t.* Quod itidem innuit *c.21.Exod.vers.34.* & *36.Levit.c.24.v* 18. Sed paulo aliter jure Saxon. teste *Schultz. ad h.t.* Quid statuendum sit de homine libero occiso, vide apud *Vinn.ad h.pr.* & *Schultz.ibid.lit.a.* & *disput. nostr. ad* §. 11. *h.t.*

1. §. *Quod autem non præcise de quadrupede, sed de ea tantum, quæ pecudum numero est, cavetur: eo pertinet, ut neque de feris bestiis, neque de canibus cautum esse intelligamus: sed de iis tãtum, quæ (gregatim) proprie pasci dicuntur: quales sunt equi, muli, asini, oves, boves, capræ: De suibus quoque idem placuit. Nam & sues pecudum appellatione continentur: quia & hi gregatim pascuntur. Sic denique & Homerus in Odyssea ait (sicut Ælius Martianus in suis institutionibus refert.)*

Δήεις τόνγε σύεσσι παρήμενον, οἱ δὲ νέμονται
Πὰρ Κόρακος πέτρῃ, ἐπί τε κρήνῃ Ἀρεθούσῃ.

id est,

*Sectantem videas, qui errant per pascua, porcos*
*Ad Coracis saxum, juxta fontemque Arethusam.*

Hic §. collectus est ex *d.l.2.* §.*2.h.t.* & confirmatur de suibus ex *l.legatis* 65. §.4. *de legat.*3. Locus Homeri extat *odyss.*13. Adde *Aristot.lib.* 8. & 9. *de histor.animal.* Sed hæc, quanquam in aliis usum habere possunt, in hac materia nullam utilitatem continent, ut dixi ad *pr. h. t.* An & quomodo textus græcus correctus sit ex *l.*65.§.4.*de legat.*3. vide apud *Alciat.2.prætermiss.*

§. 2. *Injuria autem occidere intelligitur, q[...] nullo jure occidit. Itaque qui latronem (insidia[...] torem) occiderit, non tenetur, utique si aliter p[...] riculum effugere non potest.*

SUMMARIUM.

Textus illustratio, ratio, temperamentum, cum ratione | ejusdem.

HIc textus confirmatur & illustratur eleganter [...] *l.3.4.pr.l.5.pr.§.1.& 2.D.ad l.Aquil.* Ratio ext[...] in *d.l.4.pr. & l. 45.§.4. D.eod.& l.3.D.de just.& ju*[...] Sed recte temperamentũ à Tribon.adjectum est, cu[...] quo *d. l.* 4. omnino intelligenda est. *d. l.45.§.4 l.1.*[...] *unde vi.l.furem 9. D.ad l. Cornel. de sicar. & l.3.* [...] *quod ait 7.in fin.D.de incend. ruin. nauf.* Ratione[...] temperamenti hanc reddidit *Balduin. ad h.§.* qu[...] nemo erubescere debet, fugâ quærere duorum sal[...] tem. Fugere quidem probrosum apud stultos, se[...] gloriosum apud bonos. Adde tamen *disputat.nost*[...] *ad h.§.*

§. 3. *Ac ne is quidem hac lege tenetur, q[...] casu occidit, si modo culpa ejus nulla inveniatur[...] nam alioqui non minus ex dolo quam ex culp[...] quisque hac lege tenetur.*

SUMMARIUM

Quid hic tenendum de quadrupede, quæ casu occisa es[...]

HIc §. comprobatur ex *l.si ex plagis 52.§.ult. L*[...] *h.t.l.1.§.divus 3.D.ad l.Cornel.de sicar. & l.eum*[...] *qui 5.C. eod.* Ratio cur quadrupes casu fortuito oc[...] cisa non æstimetur, quanti plurimi fuerit in eo anno[...]

faci[...]

facilis & evidens est. Vide *Aristot.lib.3.Ethic. Xenophont. lib. 3. παιδ.* Sed cur ipsum damnum datum, maxime à divite, reparari non debeat, vix video; quia vix ullus casus ita fortuitus est, ut non aliqua etiam culpa cõjuncta sit. Vide *l.3.D si quadrup.paup.fec.& ibi Bus. & Cost.* Utique in homine libero occiso ita observari, demonstravimus ad *pr.h.t.* quia iste casus potius danti, quam accipienti damnum nocere debet. Quare & apud Israelitas aliqua pœna fuit involuntariæ cædis; & homicidæ ad Asyla fugere tenebantur, ibique commorari. *Exod.21.v.13.Num.35.11. Deut.19.2. Jos.20.2.* Apud Græcos erat ἀπενιαυτισμὸς, id est, annuum exilium & expiamentum à divite petendum, teste *Balduin. ad h.§.* Vide tamen *Baron.ad h.t.part.alt.Schultz.ad h. t. lit. g.* De quadrupede non solum dolo, sed etiam culpa occisa, dixi ad *pr. h. t.*

§. 4. *Itaque si quis dum jaculis ludit, vel exercitatur, transeuntem servum tuum trajecerit, distinguitur. Nam si id à milite in eo campo, ubi solitum est exercitari, admissum est: nulla culpa ejus intelligitur, si alius tale quid admiserit, culpæ reus est. Idem juris est de milite, si in alio loco, quam qui ad exercitandum militibus destinatus est, id admiserit.*

§. 5. *Item si putator ex arbore dejecto ramo servum tuum transeuntem occiderit: si prope viam publicam aut vicinalem id factum est, neque proclamavit, ut casus evitari posset, culpæ reus est: sed si proclamavit, nec ille curavit præcavere, extra culpam est putator. Æque extra culpam esse intelligitur, si seorsum à via forte, vel in medio*

*fundo cædebat, licet non proclamavit: quia (in eo loco nulli extraneo jus fuerat versandi.*

PRimum exemplum in §.4. constructum videtu ex *l. item si obstetrix* 9.§.*ult.* & *duab.ll.seqq. D.h. t.* Alterum exemplum in §. 5. mutuatum est ex *l. putator* 31.*D. eod.* Rationem & usum notavi in § 3 *h.t.* Sed quia militibus ita se exercentibus, & ampu tatoribus, qui plerumque pauperes sunt, aliquid re mittendum sit, posset hic sententiæ nostræ exceptio esse; & sic intellige *Grot.*3.*Introd.c.*33.*Wames.cons* 51.*cent*.2.

§. 6. *Præterea, si Medicus, qui servum tuum secuit, deliquerit curationem (ejus,) & ob id mor tuus fuerit servus, culpæ reus erit.*

§. 7. *Imperitia quoque culpæ adnumeratur veluti si medicus (ideo) servum tuum occiderit quia male eum secuerit, aut perperam ei medica mentum dederit.*

§. 8. *Impetu quoque mularum, quas muli propter imperitiam retinere non potuit, si servu tuus oppressus fuerit, culpæ reus est mulio. Sed & propter infirmitatem eas retinere non potuerit cum alius firmior eas retinere potuisset: æque cul pa tenetur. Eadem placuerunt de eo quoque qu cum equo veheretur, impetum ejus aut propter in firmitatem, aut propter imperitiam suam retiner non potuit.*

HÆc loca descripta sunt ex *l.qua act.*7.§. *ult.* & *seq. D. h.t* ubi & ratio additur. Confirmantu præterea ex *l.*6.§.*sicuti* 7.*D. de offic.præsid l.si servu*

27.§.29.*h.t. l.*9.§.*pen & l.* 13. §. 5. *D.locat.* Plura de Medico vide in *disp nost. ad h.*§. 7 & 13 .*h. t.& pr.tit.* 5.*de obligat. quæ quasi ex del.* Adde *Schultz.ad h.t. lit.e.Platon.de leg.*9.

§.9. *His autẽ verbis legis,*quanti id eo in anno plurimi fuerit,*illa sententia exprimitur: ut si quis hominem tuum,qui hodie claudus,aut mancus,aut luscus erit, occiderit, qui in eo anno integer, aut pretiosus fuerit: non tanti teneatur, quanti hodie erit, sed quanti in eo anno plurimi fuerit. Qua ratione creditum est,pœnalem esse hujus legis actionem:quia non solum tanti quisque obligatur,quantum damni dederit, sed aliquando longe pluris. Ideo constat in heredem eam actionem non transire: quæ transitura fuisset, si ultra damnum nunquam lis æstimaretur.*

HIc § confirmatur ex *l.ait lex* 21. *l.inde Nerat.* 23.§.3.& 8. &*l.ita vulnerat.*51.§.2.*D. h.t.* Sed jure Canon.*d.c.fraternitas c.*12.§.2. *c.si Episcop.* 3. *caus.*16.*q.*6.& *ibi Gloss.Rosbach. de comparat jur.Civil.& Canon.part.* 2. *tit.*25.*fin.* aut saltem Moribus actio *l. Aquil.* tantum rei persequutoria est, ideoque contra heredes datur, licet nihil ad eos ex damno dato pervenerit, aut lis cum illis contestata sit. *Gudelin.d.lib.*3.*c.*13.*Vinn. ad h.*§. Ratio allegata est supra & infra ad §. 16.*Institut.de act.*& in *disputat.nost.ad tit.*1. *Lib.*4.*thes.*10. Vide tamen *Bus. ad l.* 1.*de priv. delict.*

§.10. *Illud non ex verbis legis,sed ex interpretatione placuit: non solum perempti corporis æsti-*

*mationem habendam esse, secundum ea quæ diximus, sed eo amplius, quicquid præterea, perempto eo corpore, damni vobis illatum fuerit: veluti si servum tuum heredem ab aliquo institutum, ante quis occiderit, quam is jussu tuo hereditatem adierit, nam hereditatis quoq; amissæ rationem eße habendam constat. Item si ex pari mularum unam vel ex quadrigis equorum unum quis occiderit, vel ex comœdis unus servus occisus fuerit, non solum occisi fit æstimatio, sed eo amplius, id quoq; computatur, quanti depretiati sunt, qui supersunt.*

HIc §. compositus est ex *d.l.ait.lex.*21.*§.ult.&l.*22 *pr.D.h.t.*junct.*l.si serv.*33*.D.eod.* Quod in foro nullum habet dubium, quia in eo omne damnum datum resarciendum est. *Zyp.d.tract.tit. de empt.& vend.*Quamobrem alibi diximus, illud interesse, quod ex interpretatione legis descendit, etiam in duplum rei peremptæ pretium excedere posse. Vide *disput. nost.ad §.*10*.h.t.*

*§. 11. Liberum autem est ei, cujus servus occisus fuerit, & ex judicio privato legis Aquiliæ damnum persequi, & capitalis criminis (eum) reum facere.*

HIc §. descriptus videtur ex *d.l.indeNerat.*23*.§. si dolo* 9*.D.h.t.* Hoc autem jus juri divino conveniens esse, docui supra ad §. *ult. tit.* 8. *Lib.* 1. An uxor liberive occisi hominis liberi possint agere act. leg. Aquil ad interesse, dixi supra in §. 3. *& in disput. nost.ad h.§.*

§. 12

*§. 12. Caput secundum legis Aquiliæ in usu non est.*

HIc §. coincidit cum §.4.*d.l.si servus* 27.*D.h.t.*An dictum caput secundum egerit de servo corrupto, an de utilitate nobis intercepta, re nostra illæsa, minime dicam; quia tantum utilia tractare nobis decretum est. Vide tamen nostra *ad* §.23.*Inst.de act*

*§. 13. Capite tertio de omni cætero damno cavetur. Itaque si quis servum vel eam quadrupedem, quæ pecudum numero est, vulneraverit: sive eam quadrupedem, quæ pecudum numero non est, veluti canem aut feram bestiam vulneraverit, aut occiderit: hoc capite actio constituitur. In cæteris quoque omnibus animalibus, item in omnibus rebus, quæ anima carent, damnum per injuriam datum, hac parte vindicatur. Si quid enim ustum, aut ruptum, aut fractum fuerit: actio ex hoc capite constituitur, quamquam poterat sola rupti appellatio in omnes istas causas sufficere. Ruptum enim intelligitur, quod quoquo modo corruptum est. Unde non solum fracta, aut usta, sed etiam scissa, & effusa, & collisa & quoquo modo perempta, atq; deteriora facta, hoc verbo continentur. Deniq; responsum est, si quis in alienum vinum aut oleum id miscuerit, quo naturalis bonitas vini aut olei corrumperetur: ex hac parte legis (Aquiliæ) eum teneri.*

HÆc sumpta sunt ex *d. l. si servus* 27 §. *tertio autem* 5.*& seqq.D.h.t.*

§. 14.

*§. 14. Illud palam est, sicut ex primo capite ita demum quisque tenetur, si dolo aut culpa ejus homo aut quadrupes occisus occisave fuerit: ita ex hoc capite, de dolo aut culpa, (&) de cætero damno quemque teneri. (Ex) hoc tamen capite non quanti in eo anno, sed in diebus triginta proximis res fuerit, obligatur is, qui damnum dederit.*

*§. 15. At nec plurimi quidem verbum adjicitur. Sed recte placuit, perinde habendam æstimationem, ac si etiam hac parte* plurimi *verbum adjectum fuisset. nam plebem Romanam, quæ Aquilio tribuno interrogante hanc legem tulit, contentam fuisse quod prima parte eo verbo usa esset.*

## SUMMARIUM.

Utriusque §.14 & 15. probatio, ejusque usus contrarius cum ratione, & quid hic in homine libero vulnerato?

ANtecedens §.14. confirmatur ex *l. qui occidit* 30. §. 3. *in hac quoque act. D.h.t.* Subsequens §. 15. comprobatur ex *d.l.* 27. §. 5. *& l. quemad.* 29. §. *ult. D eod.* junct. *l. Titia* 134. § 1. *de V.O.* Verum hæc hodie usum non habent, sed res perēpta vel deteriorata æstimatur (scilicet juxta pretium communiter receptum *l. si servum* 33. *h.t.*) quanti tunc fuerit, cum damnum datum est. Ratio allegata est supra *ad pr. h.t.* An homini libero vulnerato saltem utilis competat actio l. Aquiliæ, qua damnum etiam casu fortuito datum reparetur, dixi ad §. 3. *h.t. & disp. nost. ad* §. 11. ubi etiam demonstravi, Moribus harum Regionum etiam dolorum & deformitatis rationem haberi, quanquam hoc juri Romano non conveniat. *l. ult. D. de his qui dejec.*

§. 16.

*§. 16. Cæterum placuit ita demum directam ex hac lege actionem esse, si quis præcipue corpore suo damnum dederit. Ideoque in eum, qui alio modo damnum dederit, utiles actiones dari solent, veluti si quis hominem alienum, aut pecus ita incluserit, ut fame necaretur: aut jumentum ita vehementer egerit, ut, rumperetur: aut pecus in tantum exagitaverit, ut præcipitaretur: aut si quis alieno servo persuaserit, ut in arborem ascenderet, vel in puteum descenderet, & is ascendendo, vel descendendo, aut mortuus, aut aliqua parte corporis læsus fuerit, utilis actio in eum datur. Sed si quis alienum servum (aut) de ponte aut de ripa in flumen dejecerit, & is suffocatus fuerit: eo, quod projecit, corpore suo damnum dedisse, non difficulter intelligi potest: ideoque ipsa lege Aquilia tenetur. Sed si non corpore damnum fuerit datum, neque corpus læsum fuerit, sed alio modo alicui damnum contigerit: quum non sufficiat, neque directa neque utilis legis Aquiliæ actio, placuit eum, qui obnoxius fuerit, in factum actione teneri: veluti si quis misericordia ductus alienum servum compeditum solverit, ut fugeret.*

## SUMMARIUM.

Textus probatio, ejusque ¦ & usus.

OLim magnam fuisse differentiam inter actiones directas & utiles, significat *l. actio negot. 47. de negot. gest. & tot. tit. Cod. de formul. sublat.* Sed quoniam Moribus nec formulæ actionum in usu sunt, nec

nec nomen actionis in libello conventionis exprimi necesse est, sed omnes actiones concipiuntur in factum, ut supra diximus, & latius dicemus ad *tit. de action.* operæ pretium haud videtur, hunc §. pluribus confirmare. Videatur tamen *l.7.§.3.* & *l.9.§.2.D.h.t.* ubi utilis actio l. Aquil. actio in factum vocatur, quod non est novum aut infrequens. Adde *Platon. lib.9. de legib.* ἐὰν δὲ αὐτόχειρ. &c. De servo de ponte dejecto loquitur *d.l.7.§.pen.D.h.t.* De servo compedito liberato, vide *l.& eleganter 7.§.idem Labeo 7.D.de dol.mal.*

## DE INIVRIIS.

### TITULUS. IV.

*Generaliter injuria dicitur omne, quod non jure fit. specialiter, alias contumelia, quæ à contemnendo dicta est, quam Græci* ὕβριν *appellant : alias culpa, quam Græci* ἔγκλημα *dicunt, sicut in lege Aquilia damnum injuria datum accipitur: alias iniquitas & injustitia, quam Græci* (ἀνομίαν καὶ) ἀδικίαν *vocant. cum enim prætor vel judex non jure contra quem pronuntiat : injuriam accepisse dicitur.*

### SUMMARIUM.

Textus probatio cum interjectione Tribon. & quid hic injuria?

TOtus hic locus desumptus ex responso Ulpiani videtur in *l.1.pr.D.h.t.* sed interjecit Tribonianus voces græcas, quæ latinis non incongrue respon-

pondent. Plura de proprietate vocabulorũ non addo, quia illa plane instituto nostro adversantur. Sufficiat hic tradere, quod verbum injuriæ sit polysemum, quod aliquando generaliter, aliquando specialiter accipiatur, & hoc in titulo pro contumelia, quæ vel verbis, vel facto sive re fit. *d.l.*1.§.1.*h.t.*& §.1. *Inst.h.t.*& *l* 5.§.1.*ad l.Aquil.* Adde *Aristot. lib.* 5. *Eth.* & *Rhetor.* ubi copiose de injuriis disserit, *Gothofred. ad.d.l.*1.*Salmas.ad jus Attic.* & *Roman.c.* 8. & *seq.*

§. 1. *Injuria autem committitur non solum cum quis pugno pulsatus, aut fustibus cæsus, vel etiam verberatus erit: sed & si cui convicium factum fuerit, sive cujus bona quasi debitoris, qui nihil deberet, possessa fuerint ab eo, qui intelligebat nihil eum sibi debere: vel si quis ad infamiam alicujus libellum, aut carmen, (aut historiam) scripserit, composuerit, ediderit, dolove malo fecerit, quo quid eorum fieret: sive quis matrem familias, aut prætextatum, prætextatamve adsectatus fuerit: sive cujus pudicitia attentata esse dicitur: & denique aliis plurimis modis admitti injuriam manifestum est.*

SUMMARIUM.

Textus confirmatio & illustratio tum ex jure veteri, tum novo, tum Canon. tum Moribus Belgii.

HÆc divisio injuriarum in realem & verbalem conspicua est ex *d.l.*1.§.1. & *l.*3.§.1.*eod.* Differentiam inter pulsatum & verberatum videre est in *l.*5.§.1.*D.h.t.* Atrocitatem istius injuriæ exaggerat Demosthenes in *orat.contra Midiam* ὑπὲρ τοῦ κονδύλου

& *Iso-*

*& Isocrat in orat.* Κατὰ τ̃ Λοχίτȣ. De convitio agit eleganter Ulpianus in *l.item apud* 15.§.2.*& seqq.D de injur.* Huc pertinet *Proverb. c.* 22.*pr. & Ecclesiast.*7.*v.*1. *Plutarch.in Solon.Liv.Lib.*5.*decad.*5. Versus de possessore qui sciens alterius res quasi debitoris possidere cœpit, confirmatur ex *d. l.* 15.§.*si qui.* 31.*&* 33.*& l.si injuriæ* 20.*D.h.t.* Ratio redditur à *Cic. pro Quint.* De libello & carmine ad alicujus infamiam scripto videatur *d. l.*5.§.*si quis librum* 9.*D. h.t.* ex quo §.*hic versiculus* desumptus est, & auctor famosi libelli intestabilis declaratur, cum olim ex lege 12. tab. capite plecteretur, ut apparet ex loco *Ciceron.*4.*de Repub.* quem citat *Augustin.*2.*de civit. Dei.c.*9. Quæ pœna Constitutionibus posteriorum Principum renovata est. *l.un.C.de famos. libell.* Sed jure Canon. mutata est in flagellationem & excommunicationem.*c.*1.*&* 3.*ca.*5.*q.*1. Moribus Belgii rectius arbitraria est.*Zyp.in Notit.jur Belg.tit. de pœn.* Adde *Baron.h.t.part.alt.*Rationem dixi jam sæpius. Quis dicatur assectari, qui pudicitiam attentare, & quod & cur teneatur actione injuriar. dicitur in *d. l.* 15.§.*aliud est.*22.*D.h.t & l.sed est* 9.§.*ult.D.eod.* Reliquos modos vide in *tot.tit.D. & C.*

*§. 2. Patitur autem quis injuriam non solum per semetipsum, sed (etiam) per liberos suos, quos in potestate habet: itemque per uxorem suam, id enim magis prævaluit. Itaque si filiæ alicujus quæ Titio nupta est, injuriam feceris: non solum filiæ nomine tecum injuriarum agi potest, sed etiam patris quoque & mariti nomine. Contra autem, si viro injuria facta sit, uxor injuriarum agere non potest. Defendi enim uxores à viris, non*

*iros ab uxoribus, æquum est. Sed & socer nu-us nomine, cujus vir in (ejus) potestate est, inju-iarum agere potest.*

SUMMARIUM.

Textus Probatio, ejusque | usus.

HÆc desumpta sunt ex *d.l.*1.*§.item aut* 3.*& §.ult.* *& l.seq.D. de injur.* Sed vix usum habent, quia iodie omnes liberi intelliguntur emancipati, præser-im si contraxerunt matrimonium, ideoque ipsi a-tionem injuriarum habēt. *l.sed si unius* 17.*§.ult.D.* *od.* nisi etiam quid factum appareat in contumeli-m ipsius parentis, quod arbitrio Prætoris exami-iandum relinquo. *arg.d.l.*15.*§. Prætor ait* 34.*&* 43. *D.h.t.Paul.lib.sent.*5. *tit.*4.*§.*3. Præterea cum mari-us & uxor una caro sint, tantum una actio injuria-um competit. Sed quæ tamen utriusque sæpe no-nine institui potest, secundum distinctionem supra raditam. Adde *Baron. ad h.t.part. alt. Tulden.c.*9.

§. 3. *Servis autem ipsis quidem nulla injuria ieri intelligitur, sed domino fieri per eos videtur, on tamen iisdem modis, quibus etiam per liberos & uxores: sed ita, cum quid atrocius commissum uerit, & quod aperte ad contumeliam domini re-icit: veluti si quis alienum servum (atrociter) erberaverit, & in hunc casum actio proponitur. At si quis servo convicium fecerit, vel pugno um percusserit: nulla in eum actio domino com-etit.*

HIc §. de servis desumptus videtur ex *d. l.* 15. 34. *& seq.& §. prætor ait* 43. *& seq. D.h.t.* Si illam priscam severitatem Christianis in servos Christianos exercere non licet, multo minus in adscriptios colonos. Graviter *Demosthenes in orat.con. Mid.* laudat Atheniensium legem, quæ servos omni injuria tutabatur. Adde *Athenæum lib* 6.

*§. 4. Si communi servo injuria facta sit, æquum est, non pro ea parte, qua dominus quisque est, æstimationem injuriæ fieri, sed ex dominorum persona, quia ipsis fit injuria.*

SUMMARIUM.

Ratio §. cum nota Triboniani.

HIc §. æquitatem continet, quia prosopolepsiam, id est, respectum personarum omni jure licitum statuit. Sane quo major est dignitas, eo major infertur injuria. Sed lapsus est Tribonianus in intellectu *sed non* 16. *D. h. t.* ex qua noster §. sumptus videtur. Nam *d.l.* 16. referenda est ad *l. præcedentem* 15. *ult. D. eod.* ubi dicitur, quod omnes domini servi communis cæsi actionem injuriarum habeant, sed quod condemnatio (ut dicitur in *d.l.* 16.) fieri debeat pro portione dominica. *Alii aliter.*

*§. 5. Quod si ususfructus in servo Titii est, proprietas Mævii: magis Mævio injuria fieri intelligitur.*

HIc §. descriptus est ex *d.l.* 15. *§. si usumfr.* 47. *D.h.t.* Ratio per se perspicua est, eruiturque ex *l. rect.* 25. *de V.S.* Sed hunc §. procedere in casu dubio, v

quar

quando utrique facta est injuria, docet §. *pen.d.l.* 15.

*§. 6. Sed si libero (homini,) qui tibi bona fide servit, injuria facta sit: nulla tibi actio dabitur, sed suo nomine is experiri poterit, nisi in contumeliam tuam pulsatus sit, tunc enim competit & tibi injuriarum actio. Idem ergo est & in servo alieno bona fide tibi serviente, ut toties admittatur injuriarum actio, quoties in tuam contumeliam injuria ei facta sit.*

HIc §. desumptus est ex *d. l.* 15. §. *item si liberum* 48.*D.h.t.* Moribus idem obtinet in famulis, mercenariis & similibus. *Schneid. ad h.§.n.*2.*Schultz. ibid. lit.h.Bar.ad h.t.part.alt. Gomes.*3.*resol.* 6. *n.* 6. *Tulden. ad h.t.c.*9.*Vinn.ad h.* §.

*§. 7. Pœna autem injuriarum ex lege duodecim tabularum propter membrum quidem ruptum talio erat: propter os vero fractum nummariæ pœnæ erant constitutæ, quasi in magna veterum paupertate. Sed postea prætores permittebant ipsis, qui injuriam passi sunt, eam æstimare, ut judex vel tanti (reum) condemnet, quanti injuriam passus æstimaverit, vel minoris, prout ei visum fuerit. Sed pœna quidem injuriæ, quæ ex lege duodecim tabularum introducta est, in desuetudinem abiit. quam autem prætores introduxerunt (quæ etiam honoraria appellatur) in judiciis frequentatur. Nam secundum gradum dignitatis, vitæque honestatem, crescit aut minuitur æstimatio injuriæ: qui gradus condemnationis, & in*

*servili persona non immerito servatur: ut aliud in servo actore, aliud in medii actus homine, aliud in vilissimo vel compedito jus (æstimationis) constituatur.*

SUMMARIUM.

Textus probatio ejusque usus in Belgio contrarius cum ratione & remotione ob-ctionum

HÆc eleganter confirmantur & illustrantur *Gell.20.c.1.Fest.in verb.talio.Paul.lib.5.sent.t.* De gradu condemnationis circa servos, vide *d.l.* 1 *§. itaque 44.D.h.t.* Moribus Belgii, ut jam semel que iterum dixi, pœnæ injuriarum arbitrariæ sun quia diversitas injuriarum hoc efflagitat. *Zyp. h.* Nec adversatur lex Divina, quæ talionem pr cepit. *Exod. 21.v.23.& duob.seqq.Jud.1. v. 6.* & *15.v.11.* quia responderi potest, quod *d.lex Mos ca*, forensis & Genti Hebræorum peculiaris fuer vel quod sub illo temperamento intelligi debeat, si passus injuriam malit pecuniam accipere, te *Josepho lib.4. antiquit. c.8. Grot.de jure bell.& p lib.2.c.20.§.10.circa fin.* Vel potius, quod accipien quidem sit regulariter in casibus in *d. v.23.* expr sis & similibus, sed tamen sub illa exceptione, nisi quior & fortior ratio contrarium suadeat. Vide Z *per.de legib. Mosaic.lib.4. c. 14.pag.404.Arist.5.E c.8.& Timpl.lib.3.Eth.c.8.q.24.* Quanquam ergo lio in casu mēbri rupti vel simili casu ratione natur niti videatur, hoc tamen non plane excludit arbit um judicis, quod aliquando præter talionem, a quando illâ neglectâ, aliam pœnam infligere pote & sic intellige Mores supra allegatos, *Baron. ad t. part. alt. Schultz. ibid. lit. d.* Quò etiam facit.

*xc*

*xod.c.21.v.18.&* 19.*Bodin.de Repub.lib.6.n.768.Camerar.in oper.subcisiv.c.99.cent.*1.

*§. 8. Sed & lex Cornelia de injuriis loquitur, & injuriarum actionem introduxit, quæ competit ob eam rem, quod se pulsatum quis, verberatumve, vel domum suam vi introitam esse dicat. Domum autem accipimus, sive in propria domo quis habitet, sive in conducta, sive hospitio receptus sit.*

HIc §. descriptus est ex *l.* 5. *lex Cornel.pr. &* §. *domum* 2.*D. h.t.* An actio injuriar. ex hoc capite leg. Cornel. descendens etiam spatio unius anni præscribatur, dixi in *disp nost.ad* §.*ult.h.t.* Vide omnino *Schultz.ad h.t.lit.* 1.

*§. 9. Atrox injuria æstimatur vel ex facto, veluti si quis ab alio vulneratus sit, vel fustibus cæsus. vel ex loco: veluti si cui in theatro, vel in foro, vel conspectu prætoris injuria facta sit, vel ex persona: veluti si magistratus injuriam passus fuerit, vel si senatori ab humili persona injuria facta sit, aut parenti patronove fiat à liberis vel libertis. Aliter enim senatoris & parentis patroniq;, aliter extranei & humilis persona injuria æstimatur. Nõnunquã & locus vulneris atrocem injuriam facit, veluti si in oculo quis percussus fuerit. Parvi autẽ refert, utrũ patrifamilias an filio familias talis injuria facta sit: nã & hæc atrox injuria æstimabitur.*

HIc §. sumptus est ex *l.Prætor edixit.*7.§.*ult. l.*8. *& seq.D.h.t.* & confirmatur à *Quintil lib* 6.*c.* 1.

*à Demosth. & Isocr. supra allegat. Aristot. proble sect. 29. Phil. lib. 1. de legib. specialib.* οὐ γὰρ ταυτόν πα καὶ ἀπολελῷ *&c.* Plures species atrocis injuriæ, qu in foro nostro frequentius puniuntur, vide ap *Schultz. ad h. t. lit. c.*

§. 10. *In summa sciendum est, de omni injur eum, qui passus est, posse vel criminaliter agere v civiliter. Sed si quidem civiliter agitur, æstimati ne facta secundum quod dictũ est, pœna reo impon tur. Sin autem criminaliter: officio judicis extr ordinaria pœna reo irrogatur: hoc videlicet obse vando, quod Zenoniana constitutio introduxit, viri illustres quique super eos sunt, & per procur tores possint actionem injuriarum criminaliter v persequi vel suscipere, secundum ejus tenorem, q ex ipsa manifestius apparet.*

SUMMARIUM.

Quid hic usu fiat, & quid | fieri debeat?

HÆc confirmantur ex *d. l. 7. §. posse hodie 6. l. Co stit. 37. §. 1. D. h. t. & l. ult. D. eod.* Moribus quo actio injuriarum aliquando criminaliter, sed sæpiu civiliter intentatur cum palinodia seu recantatior injuriæ. Vide *Schultz. ad h. t. & Bar. ibid. part. alt. Vinn. ad h. §. & disp. nost. ad tit. 1. thes. 1. & ad h. t. the* 17. Sed quoniam hodie nemo potest lucrum sentir ex alterius delicto, ut dixi ad *pr. tit* 1. actio injuriar à privatis nec potest nec debet institui, nisi ad dam num datum, id est, ad palinodiam; accusatio vero a pœnam, non nisi à fisco. Vide quæ dixi *ad §. 9. tit.* 1 *hujus Lib.* 4. Ex his quoque apparet, quid sentian

d

de procuratore in causis injuriarum admittendo. Adde *Christin.vol.4.decis.*202.*n.*7. ubi de consuetudine Belgii testatur, procuratores in causis injur. indifferenter admitti. Vidi etiam *Treutl.disp.*30.*vol.* 2. *thes.*6. *lit. h.*

*§. 11. Non solum autem is injuriarum tenetur, qui fecit injuriam, id est, qui percussit: verum ille quoque tenetur, qui dolo fecit (injuriam,) vel qui procuravit, ut cui mala pugno percuteretur.*

HIc §. ad verbum descriptus est ex *l. non solum* 11.*pr.D.de injur.* Ratio est in *l.is damn.* 169.*de R.J.* An uterque eadem pœna afficiendus sit, dixi in *disp.ad tit.mand.* & apparet ex *d.l.*11.§.3.*si mandavi.D.h.t.*

*§. 12. Hæc actio dissimulatione aboletur. & ideo si quis injuriam dereliquerit, hoc est, statim passus ad animum suum non revocaverit: postea ex pœnitentia remissam injuriam non poterit recolere.*

SUMMARIUM.

Textus probatio & ratio.

DEscriptus & hic §. est ex *d.l.non solum* 11.§.1.*D. h.t.* Ratio ejus consistit in odio actionis injur. & vindictæ privatæ. Si ergo vel ex probabili signo constet, injuriam semel remissam esse, non facile eam resuscitari oportet, præsertim inter Christianos. *Matth.* 5.*v.*39. & *seqq.* Vide *Schultz.ad h.t.lit.k.* & *Balduin.ad h.* §. *ult.* Quinimo licet nulla actio ex ra-

tione naturali competens temere præſcriptione tem-
poris aboleri debeat, tamen actionem injuriarum
quæ intra unum atque alterum annum inſtituta no-
eſt, dixerim inter privatos remiſſam videri. *d.cap.*
*Matth.* Vide *Bacchov. ad h.* §.

## *DE OBLIGATIONIBUS QUÆ QUASI EX DELICTO NASCUNTUR.*

### TITULUS V.

*Si judex litem ſuam fecerit, non proprie ex maleficio obligatus videtur. ſed quia neque ex maleficio, neque ex contractu obligatus eſt & utri-que peccaſſe aliquid intelligitur, licet per impru-dentiam: ideo videtur quaſi ex maleficio teneri & in quantum de ea re æquum religioni judicanti videbitur, pœnam ſuſtinebit.*

### Summarium.

Textus probatio & ejus | uſus.

HÆc deſcripta ſunt ex *l. quis* 5. §. *ſi judex* 4. *D. de O. & A.* vel potius ex *l. ult. de extraord. cognit.* Adde *l. filiusfam.* 15. §. 1. & *l. ſeq. D. de judic. Cic.* 2. *de orat. Gell. lib.* 11. *c.* 1. Sed hodie judex ex ſenten-tia per imperitiam prolata non tenetur, teſte *Vinn. ad h. pr. n.* 1. *Tulden. ad h. t. c.* 1. *Bar. ibid. part. alt.* Bug-non. *lib.* 1. *de leg. abrog.* Ratio allegata eſt à *Wurm-ſer. pract. forenſ. lib.* 1. *obſ.* 2. *in fin.* & in *diſp. noſt. ad h. t.* Vide tamen *Schneid.* & *Schultz. ad h. t.*

§. 1.

*§. 1. Item is, ex cujus cœnaculo vel proprio ipsius, vel conducto, vel in quo gratis habitat dejectum effusumve aliquid est, ita ut alicui noceret, quasi ex maleficio obligatus intelligitur. Ideo autem nõ proprie ex maleficio obligatus intelligitur, quia plerumque ob alterius culpam tenetur, aut servi, aut liberi. Cui similis est is, qui ea parte, qua vulgo iter fieri solet, id positum aut suspensum habet, quod potest (si ceciderit) alicui nocere: quo casu, pœna decem aureorum constituta est. De eo vero, quod dejectum effusumve est, dupli, quantum damni datum sit, constituta est actio. Ob hominem vero liberum occisum, quinquaginta aureorum pœna constituitur. Si vero vivat nocitumque ei esse dicatur: quantum ob eam rem æquum judici videtur, actio datur. Iudex enim computare debet mercedes medicis præstitas, cæteraque impendia, quæ in curatione facta sunt: præterea operas, quibus caruit aut cariturus est, ob id quod inutilis est factus.*

SUMMARIUM.

Textus probatio & ratio | cum Moribus.

PRima pars hujus §. descripta est ex *d.l.* 5. §. *is quoque* 5. *D. de O. & A.* altera pars de pœna ejus qui effudit vel dejecit, & de pœna ejus qui aliquid suspensum habuit, desumpta est ex *l.* 1. *pr. l. ult. & l.* 5. §. *Prætor. ait.* 6. *D. de his qui effud. vel dejec.* Ratio redditur in *d.l.* 1. § 1. *D eod.* Moribus pœnæ arbitrariæ sunt, & ipsum duntaxat damnum datum privatis

reparandum eſt, ut dixi ſæpius. Vide *c. 21. Exod.* 19. *& ea* quæ dixi ad §. 15. *Inſt. de. l. Aquil.* Quomodo & quando hodie teneamur ex facto famulorum noſtrorum, dixi alibi. Vide *Baron. ad h.t. part.* re... *ſub fin.*

§. 2. *Si filiusfamilias ſeorſum à patre habitaverit, & quid ex cœnaculo ejus dejectum eſ... ſumve fuerit, ſive quid poſitum ſuſpenſumve ... buerit, cujus caſus periculoſus eſt: Iuliano pla... it in patrem nullam (eſſe) actionem, ſed cum ... filio agendum eſſe. Quod & in filiofamilias jud... obſervandum eſt, qui litem ſuam fecerit.*

SUMMARIUM.

Textus probatio, ratio & | uſus.

HIc §. magna ex parte ſumptus eſt ex *d. l.* 5. §. *verſ. ideo ſi filiusf. &c. D. de O. & A.* & confirma... tur per *d. l.* 1. §. *ſi filiusfam.* 7. (ubi & ratio additur) ... *de his qui effud. vel dejec.* Reliqua hujus §. de fi... fam. judice comprobantur ex *l. filiusfam.* 15. *D.* ... *judic.* Moribus hæc extra rationem dubitandi ſu... quia hodie filius per ſeparatam habitationem ta... emancipatus cenſetur, ut dixi ad *tit.* 12. *Lib.* 1. A... quod anima quæ peccavit, puniri debeat *Ezech.* ... ut dixi ſupra de contractu ejus. Vide etiam *Joan...* *Sande Lib.* 1. *tit* 2. *def.* 2.

§. 3. *Item exercitor navis aut caup... aut ſtabuli de dolo aut furto, quod in n... aut caupona aut ſtabulo factum erit, q... ſi ex maleficio teneri videtur, ſi modo ip...*

*nullum est maleficium, sed alicujus eorum, quorum opera navem aut cauponam aut stabulum exercet. Cum enim neque ex malificio, neque ex contractu sit adversus eum constituta hic actio, & aliquatenus culpæ reus est, quod opera malorum hominum uteretur : ideo quasi ex maleficio teneri videtur. In his autem casibus infactum actio competit, quæ hæredi quidem datur, adversus heredem autem non competit.*

SUMMARIUM.

Textus probatio ejusque ¦ usus contrarius.

HÆc usque ad vers. *In his autem &c.* descripta sunt ex *d.l.siquis 5.§.ult.D.de Obl & act.* Quod competat actio in factum, quæ heredibus quidem, non tamen in heredes detur, confirmatur ex *d. l. ult. de extraord. cognit.l. Julian.16.de judic. &* l. *ult. D. naut. caup. stab.* ubi & de pœna in §.1. *d. l. ult.* quæ tamen hodie arbitraria est, teste etiam *Baron. ad h. t part. alt.* Præterea & hæ actiones quæ ex quasi delicto nascuntur, Moribus rei persecutoriæ sunt, ideoque & in heredes dantur ad damnum datum resarciendum, ut supra dixi de *obligat. quæ ex delicto nascuntur*, & infra ad §.16. *de act.*

## DE ACTIONIBUS.

### TITULUS VI.

*Superest, ut de actionibus loquamur. Actio autem nihil aliud est, quam jus persequendi in judicio quod sibi debetur.*

Hæc

HÆc definitio actionis desumpta est ex Celso in *nihil* 51. *D. de Obl. & act.* Quo ordine, quaq formula hodie in quacunque materia actio formanda & instituenda sit, docet *Christin.decis.*146. *vol.* *Merula in sua synopsi prax. Civil. Hogerb.* **van h aenlegghen etc. de Papegay etc.** An actio diebi feriatis coram arbitris ventilari possit, & plures ali quæstiones de arbitriis, vide apud *Reb.tract.de arb. Wurmser.lib.*1.*tit.*3.*Menoch.de arbitr.jud. cas.*30. *Zyp.tit.de arbitr.Bus.ad tit.de recept.qui arbitr.* u & usum allegat.*Christin.decis.*142.*& seqq.*

*§. 1. Omnium autem actionum, quibus in ter aliquos apud judices arbitrosve de quacunq; quæritur, summa divisio in duo genera deducitur aut enim in rem sunt, aut in personam. Namq agit unusquisque, aut cum eo qui ei obligatus est vel ex contractu, vel ex maleficio: quo casu pro ditæ sunt actiones in personam, per quas intend adversarium ei dare aut facere oportere, & ali quibusdam modis. Aut cum eo agit, qui nul jure ei obligatus est, movet tamen alicui de aliqu re controversiam. quo casu proditæ actiones in re sunt: veluti si rem corporalem possideat quis, quam Titius suam esse affirmet, possessor autem dominum ejus se esse dicat. nam si Titius suam esse inten dat: in rem actio est.*

SUMMARIUM.

1. Usus Belgii circa debitores exteros, ejusque ratio.
2. Quid si in loco contractus reperiatur, & quid in act. in rem?

HÆc divisio comprobatur & illustratur ex *l. action. 25. D. de Obl. & act.* Reliqua quæ in hoc §. controversa sunt, vide in *disp. nost. 23. thes. 2.* Moribus 1.
Belgii aliarumque Regionum receptum est, uti debitoribus, præsertim exteris, in quovis loco manus injicere liceat, vulgo arrestum imponere, donec fiat cautio judicio sisti. Ratio eorum est, quod indigni videantur usu civitatis, qui nō solvunt, quod debent; ideoque ingrediendo territorium ejus, se ejusdem judicum jurisdictioni subjecisse censentur. Deinde quia summa sæpe difficultas est persequendi debitores. Hinc **Arrest fundeert jurisdictie.** Vide *Gudelin. lib. 4. c. 2. Peck. in tract. de jure sist.* Sed cur non ex 2.
eodem capite idem servatur ratione contractus; ut si in loco contractus reperiatur, vel ibidem bona sita habeat, conveniri queat *l. heres 19. D. de judic. & c. Romana. §. contrahent. de for. compet. in 6.* Vide *Christin. vol. 2. decis. 164. & Vinn. ad pr. h. t. n. 10.* ubi testatur, Moribus Franciæ & harum Regionum nec locum contractus, nec solutionis, sed tantum domicilii debitoris inspici. Adde *Hogerbeets d. tract. c. 1. de for. compet.* Actio vero in rem, juxta fere omnium Interpretum sententiam usuque forensi receptam, intentari potest, vel in loco rei sitæ, vel domicilii, teste *Vinn. ad pr. h. t. n 11.* quanquam *Gudelinus d. loco.* notat, praxin duntaxat locum rei sitæ spectare. Adde *Hogerbeets d. loc. Merul. pag. 40.* Quo modo, quave forma actio in personam & actio in rem institui debeat, vide apud *Auctores supra scriptos in pr.* quibus adde *Vinn. ad h. §. nostr. & Tulden. hic c. 5.* Ubi petenda

tenda ſit reſtitutio in integr. Vide apud *Joan.* *Sande lib.1. tit 15. def. 1.*

§. 2. *Æque ſi agat (quis,) jus ſibi eſſe fundo f*[illegible] *te vel ædibus utendi, vel per fundum vicini eund*[illegible] *agendi, vel ex fundo vicini aquam ducendi: in re*[illegible] *actio eſt. Ejuſdem generis eſt actio de jure prædi*[illegible] *rum urbanorum: veluti ſi (quis) agat jus ſibi eſse a*[illegible] *tius ædes ſuas tollendi proſpiciendive vel projicie*[illegible] *aliquid, vel immittendi tignum in vicini ædes. C*[illegible] *tra quoque de uſufructu, & de ſervitutibus præd*[illegible] *orum urbanorum, invicem quoque proditæ ſunt* [illegible] *ctiones, ut ſi quis intendat jus non eſſe adverſar*[illegible] *utendi, fruendi, eundi, agendi, aquamve ducend*[illegible] *item altius tollendi proſpiciendive, vel projicien*[illegible] *di immittendive: iſtæ quoque actiones in rem ſun*[illegible] *ſed negativæ. Quod genus actionis in controverſi*[illegible] *rerum corporalium proditum non eſt. Nam in h*[illegible] *is agit, qui non poſſidet: ei vero, qui poſſidet n*[illegible] *eſt actio prodita, per quam neget rem actoris eſ*[illegible] *Sane uno caſu, qui poſſidet, nihilominus (is) act*[illegible] *ris partes obtinet, ſicut in latioribus Digeſtoru*[illegible] *libris oportunius apparebit.*

### SUMMARIUM.

Textus probatio cum emendatione remiſſive, & quid hic uſus ſervet.

DE actione confeſſoria & negatoria, de quibus h[illegible] late per exempla agit Imperator, brevit[illegible] diſſerit *Ulpianus in l. de ſervitutib. 2. D. ſi ſervit. vin*[illegible] ubi utriuſque definitio accurate proponitur. An

qu

quomodo reliqua hujus §. emendanda sint, non sum sollicitus. Videatur tamen *Hotom. Balduin. Bacchov. & Vinn. ad h.§.* Quæ juris controversi sunt, vide in *disp.nost. ad d.* §. 2. Moribus dictæ actiones quoque competunt ad vindicationem vel negationem decimarum, annuorum redituum, jurisdictionis, vectigalis, juris præsentandi, & si quæ similia sunt. *Bus. ad.d.l.2.si serv.vind.*

*§. 3. Sed istæ quidem actiones, quarum mentionem habuimus, & si quæ sunt similes, ex legitimis & civilibus causis descendunt. Aliæ autem sunt, quas prætor ex sua jurisdictione comparatas habet tam in rem, quam in personam, quas & ipsas necessarium est exemplis ostendere, (ut) ecce, Plerumque ita permittit (prætor) in rem agere, ut vel actor dicat se quasi usucepisse, quod non usuceperit: vel ex diverso possessor dicat adversarium suum non usucepisse, quod usuceperit.*

HÆc subdivisio actionum in Civiles & Prætorias mutuata est ex *d.l. action.25.§.ult.D.de O. & A.* Legendum autem hic esse, *possessorem dicat adversarium &c.* probat *Balduin. Hotom. Cujac. ad h* §. Vel delendum est vocabulum *possessor*, ut volunt *Bacchov. Vinn. & Giphan. ad d.§.3.*

*§. 4. Namque si cui ex justa causa res aliqua tradita fuerit (veluti ex causa emptionis, aut donationis, aut dotis, aut legatorum) (&) necdum ejus rei dominus effectus est: si ejus rei possessionem casu amiserit, nullam habet in rem directam actionem ad eam persequendam: quippe*

*ita*

*ita proditæ sunt jure civili actiones, ut quis domin suum vindicet, sed quia sane durum erat, eo ca deficere actionem: inventa est à prætore actio, quo dicit is qui possessionẽ amisit, eam rem se us cepisse, quam usu non cepit, & ita vindicat sua esse: quæ actio Publiciana appellatur, quoniam p mum à Publicio prætore in edicto proposita sit.*

SUMMARIUM.

Textus probatio ac ratio | cum usu hodierno.

QUod jure civili directa rei vindicatio non co petat nisi domino, manifeste quoque docet J in *l. in rem* 23. *pr. de R. vind.* Utilem tamen à Præto in casu hujus §. introductam esse, & quidem recte, n mo non animadvertit facile. Quis enim inficiabit æquum esse, ut bonæ fidei possessor injusto & pos riori possessori præponatur? Adde *l.* 1. & 6. *seqq.* *de Public. rem act.* & *l. in honorar.* 35. *in fin. pr. D.* *O.* & *A.* An ergo recte sub illo colore, fictione formula actio Publiciana instituta fuerit, quasi bon fid. possessor usucepisset, quod non usu ceperat, n multum sum sollicitus; quia istæ subtilitates apu Nos nec usum habent, nec justitiam causæ conce nunt. Hinc & Moribus Publicianam cumulari po cum rei vindicatione, certum est; ut, si bonæ fid possessor non possit se dominum probare, suffici quod probet, se antiquiorem bonæ fidei possessore esse. *Gail* 1. *obs* 62. *n.* 5. *Harpr. hic. n.* 18. *Vmn. n.* & *d. disp. nostr. thes* 4.

*§. 5. Rursus ex diverso, si quis cum Reip blicæ casu abesset, vel in hostium potestate esset re*

*rem ejus, qui in civitate eßet, usuceperit: permittitur domino, si possessor reipublicæ causa abesse desierit, tunc intra annum rescissa usucapione eam petere: id est, ita petere, ut dicat possessorem usu non cepisse, & ob id suam rem esse. Quod genus actionis, quibusdam & aliis simili æquitate motus prætor adcommodat, sicut ex latiore Digestorum seu Pandectarum volumine intelligere licet.*

SUMMARIA.

1. Textus probatio & quid hic jure novo cautum.
2. Quid ex Moribus Belgii, & quid ex jure Canon. hic servandum sit?

PRioribus hujus §. verbis indicatur casus, ubi absens rem præsentis usucepisse videtur, qui casus confirmatur & illustratur ex *l.1. l. 21. & 23. D. ex quib. caus. major.* Posterioribus verbis §. *Quod genus actionis &c.* significatur casus, ubi præsens rem absentis usucepisse fingitur, qui casus itidem explicatur ex *d.l.1.§.1.pr.l.3.& seqq.l.26.§.pen.& ult. cum duab.ll. seqq.l. 36.& 42.D.eod.& d. l.35.de O.& A.* In priori casu restitutio sublata est. *l.ut perfect. 2. C. de annal.except.* An posteriori casu actio rescindens jure novo institui debeat intra quadriennium, & an distincta sit ab actone rescissoria, dixi *in d.disp.23.th.* 1. 1.
Sane Moribus Belgii, quibus hæc actio rescissoria usucapionis (sublata scrupulositate juris Romani) una actio videri posset, non male cōcluditur, ut rescindatur usucapito & ipsa res simul restituatur. Vide etiã *Cujac.7. obs.31.Schultz.ad h.t.lit.b.& disp.nost.ad h.§.* 2.
Quanquam & hoc fateor, quod ille, qui petit restitui in integrum, etiam rem sibi restitui petere videatur. Quinimo licet quis duntaxat restitui petat, dixerim

tamen judicem potius de re ipsa, quam de formu[...] cogitare oportere, ut lites deminuantur, & sumptus[...] vitentur inutiles. Jus novissimum hujus §. collige[...] licet ex iis, quæ diximus ad *tit. Inst. de usucap.* Q[...] ex jure Canonico circa hunc §. servandum sit, trac[...] *Schultz d. loc. in fin.*

§. 6. *Item si quis in fraudem creditorum re[...] suam alicui tradiderit, bonis ejus à creditoribus p[...] sessis: ex sententia præsidis permittitur ipsis cre[...] toribus, rescissa traditione, eam rem petere, id e[...] dicere, eam rem traditam non esse, & ob id in bon[...] debitoris mansisse.*

SUMMARIA.

1. Cur frustra hic Interp. se torqueant, & quid de act. Paul.?

2. Mores Gall. hic & Co[...] stit. Car. 5.

AN actio Pauliana sit actio in personam, an in re[...] an de Paul. hic agatur, an vero de alia rescisso[...] in rem, frustra se torquent Interpretes; quoniam h[...] die nec formulæ actionum, nec nomina actionu[...]
1. usum habent. Satis sit ergo scire, quod creditoribu[...] qui missi sunt in possessionem bonorum debitor[...] atque adeo jus pignoris consequuti sunt. *l. ult. C.* [...] *prætor. pign.* competat actio contra quemcumq[...] possessorem rerum pignoratarum, quas post miss[...] nem bonorum in fraudem creditorum alienatas [...] parebit. Quæ actio haud dubie perpetua esse deb[...] præsertim illis, qui pro se probabilem habent ign[...] rantiam, & contra illos, qui sunt doli participes, [...] ex causa lucrativa acceperint. Quare & illa actio [...] personam, quæ vulgo Pauliana dicitur, quæque [...]

m simplicibus creditoribus cõpetit contra illos, qui
el scientes, vel titulo lucrativo res in fraudẽ credito-
um alienatas possident, hodie perpetuo danda vide-
ur. Vide *Zyp. tit. de præsc.* Quinimo juxta nostrã sen- 21
entiam nulla actio quæ jure gentium seu ratione na-
urali competit, ulla aliqua præscriptione temporis
uferri debet, ut dixi ad *tit. Inst. de usucap.* Mori-
us Galliæ ea quæ in fraudem creditorum alienata
unt, per litteras Regias revocantur. Vide *Zyp. in not.
ur. Belg. tit. qui bon. ced. poss. in fin. & Baron. ad h. t.
art poster.* Ex constit. Caroli 5. debitor ab eo die
uo detectum est, eum facultatibus lapsum, aut non
olvendo factum esse, ipso jure amisisse administra-
ionem bonorum intelligitur. *VVames. cons. 63. cent.*
Recurre ad nostra in §. 2. *tit. 6. Lib. 1.*

*§. 7. Item Serviana & quasi Serviana (quæ
tiam hypothecaria vocatur) ex ipsius prætoris
urisdictione substantiam capiunt. Serviana autem
xperitur quis de rebus coloni, quæ pignoris jure pro
ercedibus fundi ei tenentur. Quasi Serviana
utem est, qua creditores pignora hyphotecasve
ersequuntur. Inter pignus autem & hypothecam
quantum ad actionem hypothecariam attinet)
ihil interest. nam de qua re inter creditorem &
ebitorem convenerit, ut sit pro debito obligata:
traque hac appellatione continetur. Sed in aliis
ifferentia est. Nam pignoris appellatione eam
roprie rem contineri dicimus, quæ simul etiam
raditur creditori, maxime si mobilis sit. At eam
uæ sine traditione, nuda conventione tenetur,
roprie hyphothecæ appellatione contineri dicimus.*

## SUMMARIA.

1. Textus probatio ejusque æquitas rationibus demonstrata
2. Mores ex Constit.Car.5. sed rejecti,
3. Quid circa rem mo lem pigneratam servandu sit?

ACtionem Servianam & quasi Servianam(quæ
1. terdum hypothecaria,utilis Serviana pignorati
vel Serviana simpliciter dicitur, teste *Giphan.ad h*
qui hoc per leges probat) actiones in rem esse à Pr
tore introductas,comprobatur ex *l.* 17. §. 2. *D*
*pact.l.si cum* 66. *de evict. l.* 3. §.3. *ad exhib.* Æqui
autem, qua Prætor motus est , omnibus propat
est. Nam primo pacta, quibus bona coloni vel
quilini oppignorata sunt servanda esse , certæ
Christianæ consuetudinis est.Deinde fructus ex p
dio rustico tam diu tacite oppignoratos videri,do
solvatur merces, nemo justus improbat. *arg.§. ver*
*tæ* 41. *Inst. de rer. divis.*? Denique quis non prob
quod bona custodita & conservata in ædibus m
tā diu hypothecæ adstringantur,donec solvatur pre
2. um conventum? Utique dum jure Divino quæd
res oppignorari vetātur,cæteræ nexui pignoris s
jici queunt. *Deut.* 24. *c. Exod.* 22. *Zepper. de leg*
*Mosaic.pag.* 603. Moribus Belgii ex Constit. Car
V. nulla res immobilis speciali hypotheca affici
test, nisi coram Magistratu & judice sub cujus ju
dictione sita est. Vide *Deckher.*1. *diss.* 10. *n.* 34.
*Schultz.ad h.t.lit.c.Gudelin.lib.*2.*c.* 3.*in fin. Chris*
*decis.*151. *n.* 6.*vol.*4. An & quomodo hæc Consti
tio justa & æqua sit dixi *ad* §.40.*Inst. de rer. divis.*
3. §.3. *de empt. & vendit.* Porro Moribus fere gene
lioribus actio hypothecaria non datur contra terti
possessorem rei mobilis oppignoratæ, teste *Zyp.d*

*tr*

*tract.tit.de pignorat.act.Baron.ad h. t. part.alt.* Sed illorum nulla videt esse ratio, etsi creditor ex aliis bonis debitoris jus suum consequi possit; quia pacta servanda sunt, quibus vel expresse vel tacite convenit, ut debitore non solvente debitum, creditor posset pignus persequi. Quare laudo placitum *DD.* Ordinum Hollandiæ anni 1564. quod sequitur vetus jus Civile, & derogat juri Novo, de quo vide *Vinn. ad h.§. & Schultz.ad h.t. lit.c. pr.* Recte ergo creditor, omisso debitore principali, omissisque ejus fidejussoribus, tertium possessorem pignoris convenire potest, modo nihil videatur indulgere malitiis. *arg. l.in fundo* 38.*de R.V.* Vide *Neostad.decis.*4.*& d.disp. nost.ad h.§.* ubi plura, quæ ad praxin hujus §. pertinent, videre licet. De jure & ordine creditorum dicere, hujus loci non videtur. Vide tamen *Gudelin. lib.*4.*c.*18.*& Alios*, qui ex professo eam materiam tractarunt. An & quomodo hodie Civitates habeant tacitam hypothecam, videsis apud *Bus.ad l.* 8.*D.qui potior. in pign.*

§. 8. *In personam quoque actiones ex sua jurisdictione propositas habet prætor: veluti de pecunia constituta, cui similis videbatur receptitia: Sed ex nostra constitutione (cum (&) quid plenius habebat, hoc in actionem pecuniæ constitutæ transfusum est,) (&) ea quasi supervacua jussa est sua auctoritate à nostris legibus recedere. Item prætor proposuit actionem de peculio servorum, filiorumque familiarum: & eam, ex qua quæritur, an actor juraverit, & alias complures.*

Constitutio quâ actio receptitia transfusa est in actionem constitutæ pecuniæ, extat in *l. pen. C.*

*de*

*de constit.pecun.* Plures autem actiones Prætoriæ personam præter eas quæ hic enumerantur, referuntur & explicantur in *tit. seq.7.*

§. 9. *De constituta autem pecunia cum omnibus agitur, quicumque pro se vel pro alio soluturos se constituerint: nulla scilicet stipulatione interposita. Nam alioqui si stipulanti promiserint jure civili tenentur.*

SUMMARIUM.

Textus probatio ejusque usus hodiernus.

ÆQuitas & probatio hujus §. patet ex *l. 1. pr.* §. *& seqq. D. de constit. pecun.* junct. *thes.8. disput. nost.23. ad h.t.* Vide etiam *Christin. decis.23. volum.* Moribus, quibus pactiones & promissiones valent licet nulla præcesserit interrogatio, nulla secuta sit in continenti responsio, hæc dubitatæ justitiæ sunt, ut probavi supra non semel. Unde & nullam hodie interconstitutorem (qui scilicet pro alio se soluturum nudo pacto promisit) & fidejussorem, differentiam esse, dixi supra ad *tit. Inst. de fidejussor.* Præterea hodie ex constituto pure inito confestim agi potest *Autum. in Cens. Gall. ad l.21. de constit. pecun.*

§. 10. *Actiones autem de peculio, ideo adversus patrem dominumve comparavit prætor quia licet ex contractu filiorum servorumve ipsi jure non teneantur: æquum tamen est peculio tenus (quod veluti patrimonium est filiorum filiarumque item servorum) condemnari eos.*

SUM-

SUMMARIUM.

Textus confirmatio ejusque | consuetudo hodierna.

HUjus §. confirmatio & explicatio petenda est ex *l.1. & tot.tit.D.de pecul.* Ratio vero, quâ & hic Prætor adductus est, manifesta est; quum enim pater vel dominus omne lucrum & commodum peculii accipiat, cur non etiam damnum & incommodum. *l.secund.natur.10.de R.J.*? Quid & quotuplex sit peculium, dixi ad *tit.9. Lib.2.* Belgii Moribus hujus actionis de peculio vix ullus usus est, quia nec servos, nec proprie filiosf. habemus, ut dixi ad *d.tit.9.* Itaque si hodie filius alicujus mercaturam exerceat, haud obscure emancipatus intelligitur, ideoque ipse duntaxat conveniendus ex suo contractu est. *Schultz. ad h. t. lit. g. Vinn. hic. & ad §. ult. tit. seq.* Vel etiam dici posset, quod ideo dicta actio de pecul. cesset, quia qui cum filio, qui peculium habet, contraxit, videtur cum ipso patre contraxisse. Vide *§. 1. 4. & ult.tit. seq.*

*§. II. Item si quis postulante adversario juraverit, deberi sibi pecuniam, quam peteret, neque ei solvatur: justissime commendat ei talem actionem, per quam non illud quæritur, an ei pecunia debeatur, sed an juraverit.*

SUMMARIUM.

Textus probatio ac ratio | cum censura verbor. final. d. §.

QUod tunc demum actio ex juramento nascatur, quando actor postulante reo juraverit sibi deberi, respondit quoque Ulpianus in *l.3.pr.l.9.§.ult.*

*& l.11.§.fin.D.de jurejur.* Ratio hujus actionis manifesta est, cum ex §.9.*hujus tit.* tum ex *l.1.D.quar rer.act.* Cæterum verba finalia (quæ sumpta videntur ex *l. 5. §. 2. D.de jurejur.*) si volunt, quod so nant, iniquitatem continent. Etenim jure gentium condemnari nemo potest, qui probat, se non debere. Puniatur ergo reus pœna arbitraria, quod forsan temere detulerit jusjurandum actori, & actor quod falso juraverit; sed minime quis damnetur solvere, quod in promptu ostendit, indebitum esse. Hæc ante me à nullo oculatorum Interpretum observata fuisse, demiror. An juramentum per procuratorem, an per heredem fieri possit, vide apud *Schultz.ad h.t.lit.h.* Plura de materia juramenti videris apud *Christin.decis.1 & aliq.seqq.vol.3. Treutler disput.21.vol.1.* in *d.disp.nostr.thes.9.& §.ult.tit.23 Lib. 2. Institut.*

*§. 12. Pœnales quoque actiones prætor multas ex sua jurisdictione introduxit: veluti adversus eum qui quid ex albo ejus corrupisset: & in eum, qui patronum vel parentem in jus vocaßet cum id non impetrasset: item adversus eum, qui vi exemerit eum, qui in jus vocaretur, cujusve dolo alius exemerit, & alias innumerabiles.*

SUMMARIUM.

Textus probatio ejusque | usus cum ratione

De actione, quâ agitur adversus eum, qui album prætoris corrupit, deque pœna ejus, agitur in *l.si quis7 pr.D.de jurisd.* Moribus hæc pœna est arbitraria. *Zyp.tit.de pœn.Schultz.ad h.t.lit.k. Bus. ad l.7.de juris.* & fisco applicatur juxta Mores cujusque loci,

quia

nia actiones populares in usu non sunt, ut dixi in *thes.1.d.disp.23*. De pœna ejus qui parentem vel patronum sine venia in jus vocavit, loquitur. *l. pen. de in jus voc.* junct. *l.4.§ 1. & l.10.§.12.D. eod.* Verum Moribus Belgii, quibus filii intelliguntur emancipati, hæc pœna abrogata censetur, aut saltem abrogari debet; imo nulla exceptio filio objici debet, quod patrem sine speciali venia in jus vocaverit, maxime cum hodie nemo sine jussu judicis vel generali vel speciali citari soleat. Vide *Bugnion.l.abrog.l. 3. synt. 104. Baron.ad h.t. part. alt. Zyp. tit. de in jus voc.* Quid? ibine opus speciali permissione, ubi lex & ratio justam actionem suppeditant? Quod si finita lite appareat, filium sine probabili causa contra patrem litigasse, per me licet, ut filius arbitraria mulcta puniatur. Quinimo justa & exoptanda lex est, quæ filio pœnam minatur, si patrem sine causa in jus vocaverit. Vide tamen. *Gudelin.lib. 4.c.5.* De pœna eius qui vi exemit eum qui in jus vocabatur, respondit Ulpianus in *l. si per alium 5. D. ne quis eum qui in jus voc.* Cæterum Moribus & jure Canonico hæc actio pœnalis, nec non reliquæ omnes, pœnas arbitrarias continent, & continere debent, ut alibi dixi latius. Adde *Baron.ad h.t.part.alt.lit.b.2. & disp.nost. Pandect. 4. thes. ult.*

*§. 13. Præjudiciales actiones in rem esse videntur: quales sunt per quas quæritur, an aliquis liber, an libertus sit, vel de partu agnoscendo. Ex quibus fere una illa legitimam causam habet, per quam quæritur, an aliquis liber sit. cæteræ ex ipsius prætoris jurisdictione substantiam capiunt.*

SUMMARIUM.

Textus confirmatio & usus ¦ circa adscriptitios.

DE prima specie actionis præjudicialis, qua co tenditur, an aliquis liber an servus sit, extat t tit. *D.* & *C. de liber. caus.* & apud *Liv. lib.* 3. exe plum in Appio Decemviro & Virginio. De alte specie an quis libertus an ingenuus sit, agit *l. ult.* tot. tit. *D. si ingen. esse dicet.* Moribus hæ duæ spec proprie in usu non sunt, sed tamē utiles actiones pr judiciales dantur dominis contra adscriptitios su vulgo **lijfeygen.** Vide *Giphan. ad h.* §. & *Schultz.* *h. t. lit. d.* & *e.* Dicit Imperator, fere unam ex dict actionibus legitimam esse, quia actio de partu noscendo est ex SCto Plautiano. *l.* 1. & *l.* 3. §. 1. *D.* *agnoscend. lib.* atque ideo etiam ex jure Civili. *l.* 7. *justit.* & *jur.* Plura quæ ad latiorem explication dictæ actionis de partu agnosc. pertinent, vide ap *Balduin.* & *Vinn. ad h.* §. Usus nonnullus huc t queri potest ex *disp. nost. Pandect.* 3. *thes.* 4.

§. 14. *Sic itaque discretis actionibus, cert est, nō posse actorem suam rem ita ab aliquo peter* Si apparet eum dare oportere. *Nec enim qu actoris est, id ei dari oportet: scilicet quia dari c quam id intelligitur, quod ita datur, ut ejus fi Nec res quæ (jam) actoris est, magis ejus fieri p test. Plane odio furum, quo magis pluribus ac onibus teneantur, effectum est, ut extra pœnam a pli, aut quadrupli, rei recipiendæ nomine fures tiam hac actione teneantur,* si appareat eos da oportere: *quamvis sit adversus eos etiam (hæc rem actio, per quam rem suam quis esse petit.*

S u

SUMMARIA.

1. Textus probatio, ratio ac vera interpretatio.
2. Quid Moribus hic circa possessores rer. alienar.?

COnfirmat hæc Ulpianus, inquiens, neminem rem suam, nisi à fure condicere posse. *l. ult. in fin. D. usufruct. quemad. cav. & leg.* 1. §. *fin. de condict. tritic.* 1.
Quanquam ergo absurdum videatur, ut dominus petat sibi dari, quod jam ipsius est, tamen propter odium furum, quo pluribus actionibus convenirētur, hæc incongrua formula permissa fuit. Effectus autem ejus hic est, ut, si dominus petat rem suam sub formula, *si apparet furem dare oportere*, fur non liberetur interitu rei, licet interim sine ipsius culpa interierit; sed si sub formula, *si apparet restitui oportere*, liberetur. *l.* 14. §. *ult. depos. l.* 23. & 91. §. 3. *de V.O.* Alii aliter hunc nodum solvunt, ut videre est apud *Vinn. & Alios ad h.* §. Moribus quid statuendum sit 2.
in furibus, dixi *ad tit.* 1. *hujus Lib.* 4. Sed in aliis possessoribus rerum nostrarum vix hæc subtilitas attenderetur. Hodie enim sublatis formulis & nominibus actionum omnes actiones concipiuntur in factum; vel (ut Alii) jus & factum proponunt, id est, in actione in rem dominium, in action. in person. obligatio exponitur. Deinde factum, id est, causa dominii, ut contractus, successio &c. Itaque ex circumstantiis rei & mente concludentis judicium sumitur, nulla habita ratione verborum, dari & restitui. Vide *Harpr. hic. n.* 7. *Vinn. n.* 1. *& disp. nostr. thes.* 12. *Gudelin. lib.* 4. *c.* 5.

§. 15. *Appellamus autem in rem quidem actiones, vindicationes: in personam vero actiones, quibus dare aut facere oportere intenditur, condictiones.*

*ctiones. Condicere enim est denuntiare prisca l... gua, nunc vero abusive dicimus condictionem ... personam esse, qua actor intendit dari sibi oporte... Nulla enim hoc tempore eo nomine denuntia... fit.*

## Summarium.

Textus probatio, jus no- | vum & usus.

HAs generales appellationes *vindicationis* & *c... dictionis* indicat quoque Ulpianus in *l. actio... 25. pr. D. de O. & A.* De origine & ratione vocab... lorum nequaquam laboramus, cum de significatio... constet. Videatur tamen *Gell. lib* 20. *c.* 10. *Fest* in v... ce vindiciæ & *voce* condicere *Ascon. in* 3. *Verr...* quibus adde. *Hotom. Bacchov. & Vinn. ad h. §.* Præ... ctam autem denunciationem ab Impp. Arcad. H... nor. & Theodos, abrogatam esse, testatur *l. 6. C. Theo... de denunc. vel edict. rescript.* Qualis citatio tempo... Justiniani in usu fuerit, declarat *Auth. offeratur ... de lit. contest.* Qualis hodie servetur, judicandu... ex consuetudinis cujusque loci. Vide tamen *Vinn. ... h. §. & disp. nost. ad h. t. thes.* 12.

*§. 16. Sequens illa divisio est, quod quæda... actiones rei persequendæ gratia comparatæ sun... quædam pœnæ persequendæ, quædam mistæ sunt.*

HÆc divisio hodie nullum usum habet, quia M... ribus Belgii omnes actiones tantum sunt r... persequutoriæ. Ratio cur pœnales nō dentur priva... contra privatum, dicta est ad *tit.* 1. *huj. Lib* 4. Rati... cur factæ sint rei persecutoriæ contra heredes eju... qui cōmissit delictum vel quasi delictum privatum...

ha...

hæc est, quia possident bona, quæ tacite censentur oppignorata pro reparatione damni dati, ut dixi supra ad *tit. Inst. de l. Aquil.* Adde *Gudelin. lib. 3. c. 13. & lib. 4. c. 1. in fin.*

*§. 17. Rei persequendæ causa comparatæ sunt omnes in rem actiones. Earum vero actionum, quæ in personam sunt, eæ quidem quæ ex contractu nascuntur, fere omnes rei persequendæ causa comparatæ videntur: veluti quibus mutuam pecuniam vel in stipulatum deductam petit actor, item commodati, depositi, mandati, pro socio, ex empto, vendito, locato, conducto. Plane si depositi agatur eo nomine, quod tumultus, incendii, ruinæ, naufragii causa depositum sit: in duplum actionem prætor reddit: si modo cum ipso, apud quem depositum sit, aut cum herede ejus de dolo ipsius agitur, quo casu mista est actio.*

QUid sit actio rei persecutoria, definivit JCtus in *in l. in honorar. 35. D. de O. & A.* Ratio autem cur actiones in persona ex contractu sint rei persequutoriæ, hæc est; quia non pœnam legitimam, sed debitum aliquod & lucrum rei persequuntur. *d. l. 25. D. eod.* De actione depositi miserabilis in duplum agitur in *l. 1. §. 1. Depos.* sed usum non habet, ut dixi aliquoties, & repetii *in §. 23. h. t.*

*§. 18. Ex maleficiis vero proditæ actiones, aliæ tantum pœnæ persequendæ causa comparatæ sunt: aliæ tam pœnæ, quam rei persequendæ, & ob id mistæ sunt. Pœnam tantum persequitur quis actione furti. sive enim manifesti agitur quadrupli,* sive

*sive non manifesti dupli de sola pœna agitur, na ipsam rem propria actione persequitur quis, id es suam esse petens: sive fur ipse eam rem possidea sive alius quilibet. Eo amplius adversus furem e tiam condictio est (rei.)*

EX delictis nasci actiones pœnales Jure Civili co tum est, sed tribus actionibus exceptis, action rer. amotar. condict. furtiva, actione de alienatio judicii mutandi causa facta, quæ omnes duntaxat r persequutoriæ sunt. *l. si mulier 25. §. pen. de act. re amot. l. 4. § ult. & ll. seqq. D. de alienat. Judic.* De ac one furti manifesti, & nec manifesti, nec non de acti nibus, quibus ipsam rem furtivam persequi licet, c xi ad *tit. 1. hujus Lib. 4.*

*§. 19. Vi autem bonorum raptorum actio mista est: quia in quadruplo rei persecutio cont netur: pœna autem tripli est. Sed & legis A quiliæ actio de damno injuria (dato,) mista es non solum si adversus inficiantem in duplum ag tur, sed interdum & si in simplum quisque aga veluti si quis hominem claudum aut luscum occ derit, qui in eo anno integer & magni pretii fu rit: tanti enim damnatur, quanti is homo eo in an no plurimi fuerit, secundum jam traditam divis onem. Item mista est actio contra eos, qui relict sacrosanctis ecclesiis, vel aliis venerabilibus locis legati vel fideicommissi nomine, dare distulerint usque adeo, ut etiam in judicium vocarentur. tun enim & ipsam rem vel pecuniam, quæ relicta est dare compelluntur & aliud tantum pro pœna*

C

*& ideo in duplum ejus fit condemnatio.*

DE actione vi bonorum raptorum, deque pœna, quam illa persequitur, dixi *ad tit. 2. de act. vi bonor.* De actione legis Aquiliæ, quæ ex falsa negatione damni dati crescit induplum, vide *l. 23. §. hæc actio 10. D. ad l. Aquil.* De altera dixi ad *tit. 3. ejusd. lib.* 4. De legato pio loco relicto, quod vel mora, vel inficiatione crescit in duplum, dicam latius ad §. 26. *h. t.* Moribus nec pœnales, nec actiones mixtas in usu esse, demonstravi ad §. 16. *h. t.*

*§. 20. Quædam actiones mistam causam obtinere videntur, tam in rem, quam in personam: qualis est familiæ erciscundæ actio, quæ competit coheredibus de dividenda hereditate. Item communi dividundo, quæ inter eos redditur, inter quos aliquid commune est, ut id dividatur. Item finium regundorum actio, qua inter eos agitur, qui confines agros habent. In quibus tribus judiciis permittitur judici, rem alicui ex litigatoribus ex bono & æquo adjudicare: & si unius pars prægravari videbitur, eum invicem certa pecunia alteri condemnare.*

SUMMARIUM.

Textus confirmatio & ratio | cum usu & quæst. remissive.

QUoniam Imperator dixit de actionibus mixtis, quæ partim rei partim pœnæ persequendæ causa comparatæ sunt, non male etiam hic de istis mistis agit, quæ partim in rem, partim in personam sunt. Dari autem tales, manifeste evincitur ex *l. Item La-*

*beo* 22.§.*pen.D.famil.ercisc.l.per hoc* 4.§. *sicut aute* 3.*D.comm.divid.* De his actionibus, quatenus du taxat personales præstationes spectant, dixi *ad titu Instit. de obligat. quas. ex cont.* Porro dicta definit & explicatio actionis famil. ercisc. traditur in *l.* 1. *tot.tit.famil. ercisc* actionis comm. divid. in *l.* 1. *& seqq.D.comm.divid.* actionis fin. regundi in *l.*1. 3.4. *& seqq.D.fin. regund.* Vide *Christm. decis.* 17 181.183. *& seq. vol.*2. Ratio cur & in his actionib judex potuerit judicare ex æquo & bono, atque ad non præcise adstrictus fuerit formulæ petitioins, natura earum consistit. Vide *nostra ad* §. 4.5. *&* 6. *offic. jud* ubi & officium judicis circa præfat actiones, atque etiam usum pete ex iis, quæ not vimus ad §. 3.*&* 4.*tit.*28.*Lib.*3.*Inst. & ad* §.6.*& to tit.Inst.de offic.jud.* An divisiones hereditat. & reru comm. paratam habeant executionem, vide apu *Bus.ad l.*4. *&* 5.*de fid.instrument.*

§. 21. *Omnes autem actiones, vel in sim plum conceptæ sunt, vel in duplum, vel in triplum vel in quadruplum, ulterius autem nulla actio ex tenditur.*

HÆc divisio in usu non est, quoniam Moribu Belgii omnes actiones in simplum & rei pers cutoriæ sunt, ut dixi ad §.16.*h.t.* Adde *Vinn.ad* §.2 *h.t.Zyp.tit.de pæn.Gudelin.lib.*3.*c.*13.

§. 22 *In simplum agitur: veluti ex stipula tione, & mutui datione, ex empto, vendito, locato conducto, mandato, & denique ex aliis quam plu rimis causis.*

Sim

SImplum ergo hic est, quod nominatim à lege non est duplicatum, triplicatum vel quadruplicatum. Sed quid, si duplum vel triplum in stipulationem deductum sit? tamen actor rem, non pœnam persequi intelligitur. *l si dict. 56. de evict.*

23. §. *In duplum agimus: veluti furti nec manifesti, damni injuriæ, ex lege Aquilia, depositi ex quibusdam causis. Item servi corrupti, quæ competit in eum, cujus hortatu consiliove servus alienus fugerit, aut contumax adversus dominum factus est, aut luxuriose vivere cœperit, aut denique quolibet modo deterior factus sit. In qua actione earum etiam rerum, quas fugiendo servus abstulerit, æstimatio deducitur. Item ex legato, quod venerabilibus locis relictum est, secundum ea, quæ supra diximus.*

SUMMARIUM.

Textus probatio & usus.

DE actione furti non manifesti, de actione *l.* Aquil. de deposito miserabili, deque legato, quod piis locis relictum est, dixi supra *ad* §. 17. 18. & 19. *h. t.* Restat ut dicamus de actione servi corrupti in duplum, de qua Ulpianus in *l.* 1. *pr.* & *tot. tit. de serv. corrupt.* Moribus directa quidem hæc actio in usu non est, sed utilis tamen, si vel filius corruptus est (quod & jure Civili cautum est. *l.* 14. §. 1. *D. eod.*) vel famuli nostri corrupti sunt. *Schneid.* & *Harpr. vic. Schultz. ad h. t. lit. q.* Itaque & damnum datum corruptor reparare, & pœna arbitraria fisco applicanda plecti debet, juxta ea quæ supra diximus sæpius.

*§. 24. Tripli vero (agimus) cum quidam ma-jorem vera æstimatione quantitatem in libel- conventionis inserunt, ut ex hac causa viatores, i- est, executores litium, ampliorem summam sportu- larum nomine exigerent. tunc enim id, quod pro- pter eorum causam damnum passus fuerit reus, (in) triplum ab actore consequetur: ut in hoc triplo et- am simplum, in quo damnum passus est, connumere- tur. Quod nostra constitutio introduxit, quæ - nostro Codice fulget, quam proculdubio certum e- ex lege condictitia emanare.*

SUMMARIUM.

Textus illustratio, emen- | datio & usus hodiernus.

QUod hæc constitutio fulserit in Codice Justini- neo, testis hic est ipse Imperator: an fulge- etiamnum in Codice repetitæ lectionis ex restituti- ne Cujacii *lib.* 12. *obs. c.* 21. parum vel nihil me to- quet. Videatur *Giphan. ad h.* §. Hoc inter omn- convenit, textum hunc in fine mendosum esse- quem forsan non male emendat idem Giphan. *d.l.* *Vinn. ibid.* Quasi dixerit Justinianus, ex illa constit- tione tanquam ex lege actionem condictitiam, id e- actionem vel condictionem ex lege emanare. *arg.* *un. D. de condict. ex leg.* Verum hodie hæc actio- usu non est, quoniam non secundum quantitate- petitam, sed pro itineris longitudine, ut & pro lab- re & periculo sportulæ viatoribus solvunrur. *Gud- lin. lib. 4. cap. 5. in fin. Harpr: & Vinn. hic. Schult- ad h. t. lit. r. Zyp. in Notit. jur. Belg. tit. de sport- Mynf. ad h.* §.

§. 2

§. 25. *Quadrupli autem agitur, veluti furti manifesti: item de eo, quod metus causa factum sit, deque pecunia, quæ in hoc data sit, ut is cui datur calumniæ causa, negotium alicui faceret, vel non faceret. Item, ex lege condictitia nostra constitutio oritur, in quadruplum condemnationem imponens executoribus litium, qui contra nostræ constitutonis normam à reis quicquam exegerint.*

SUMMARIUM.

Textus probatio, illustratio & Mores.

DE actione furti manifesti dixi ad *tit. de obligat. ex del.* De actione quod metus causa factum est, vide *l. item si* 14. §. 1. *D. quod met. caus.* ubi dicta actio confirmatur & illustratur. Actionem in factum, quæ datur contra eum, qui pecuniam accepit, ut negotium alicui faceret, proponit, & explicat *l.* 1. *pr. & tot. tit. D. de calumniatorib.* De emendatione verborum sequent. *Item ex lege &c.* vide Auctores supra allegatos in §. *præced.* An constitutio, ex qua actio contra ipsos viatores in quadruplum descendit, extet nec ne, vide apud *dd. DD. & Balduin. & Alios hic.* Moribus executores, qui taxata salaria egressi sunt, pœna extraordinaria seu arbitraria puniuntur. *Schultz. ad h. t lit.* 5. Plura de hac materia videre est apud *Christin. decis.* 114. *& aliq. seqq.*

§. 26. *Sed furti quidem nec manifesti actio, & servi corrupti, à cæteris, de quibus simul locuti sumus, eo differunt, quod hæ actiones omnimodo dupli sunt, at illa, id est, damni injuriæ ex lege Aquilia, & interdum depositi inficiatione dupli-*

*tantur, in confitentem autem in ſimplum dantu[r]. Sed illa, quæ de his competit, quæ relicta venerab[i]libus locis ſunt, non ſolum inficiatione duplicatu[r], ſed etiam ſi diſtulerit relicti ſolutionem uſqueq[uo] juſſu magiſtratuum (noſtrorum) conveniatur. [In] confitentem vero, ante quam juſſu magiſtratuu[m] conveniatur, ſolventem ſimpli redditur.*

SUMMARIUM.

Textus probatio, ratio ac uſus | à ſimili contra Nov. 131.

DE actione furti nec manifeſti, de actione ſer[vi] corrupti, de actione leg. Aquil. deque actione d[e]pos. miſerabilis ſatis ſuperque diximus ſupra. Se[d] de actione, qua petitur legatum venerabilibus loc[is] relictum, paulo plura & utiliora dicenda ſunt. Mo[ri]bus legatum ad pias cauſas relictum non creſcere [in] duplum propter mendacium heredis, certæ rari[tatis?] nis & Conſuetudinis eſt, cum pœna ejus ſit & debe[at] eſſe arbitraria, ut fere cujuſcunque alterius delic[ti]. Idem puto, ſi heres fuit in mora, præſertim long[o]. Scio jure novo conſtitutum, ut heres, qui per 6. me[n]ſes fuit in mora, præſtet fructus & uſuras à tempo[re] mortis teſtatoris. *Nov.* 131. *c.* 12. Sed quidni etian[i] ſi duntaxat per unum menſem moras nexuit? [Et] quidni tale legatum ſtatim poſt mortem teſtato[ris] ſolvendum injungi poſſet? Vide quæ dixi ad §. 1 *de legat.*

*§. 27. Item actio de eo quod metus cauſa f[a]ctum ſit, à cæteris, de quibus ſimul locuti ſumus, differt, quod ejus natura tacite continetur, ut q[ui] judicis juſſu ipſam rem actori reſtituat, abſolvatu[r]*

*qu[i]*

*quod in cæteris casibus non est ita. sed omnimodo quisque in quadruplum condemnatur, quod est & in furti manifesti actione.*

SUMMARIUM.

Textus probatus, sed re- | jectus.

QUod ille qui metu rem extersit, liberetur à pœna quadrupli, si jussu Prætoris rem restituat, docet *d.l.14.§.1.D.quod met.caus.* Sed recte mirantur Hotoman. & Ant. Matth. cur hoc casu tamen metum facere liceat impune, nisi dicamus, reum solummodo in d.§.liberari à pœna quadrupli, non tamē à pœna arbitraria, quæ hodie loco quadrupli locum habet, ipsa re vi vel metu ablata domino restituta. Vide *Vinn. ad h.§.* Intra quod tempus actio in simpli debeat institui cum jure Romano, tum Belgico, vide apud *Zyp.d.tract.tit.de his quæ vi.*

§. 28. *Actionum autem quædam bonæ fidei sunt, quædam stricti juris. Bonæ fidei sunt hæ: ex empto, vendito, locato, conducto, negotiorum gestorum, mandati, depositi, pro socio, tutelæ, commodati, pignoratitia, familiæ erciscundæ, communi dividundo, præscriptis verbis, quæ de æstimato proponitur, & ea quæ ex permutatione competit, & hæreditatis petitio. Quamvis enim usque adhuc incertum erat, inter bonæ fidei judicia connumeranda hereditatis petitio esset, an non: nostra tamen constitutio aperte eam esse bonæ fidei disposuit.*

SUMMARIUM.

Ratio divisionis hic propositæ, sed reprobata Moribus & rationibus.

HÆc divisio nota est, & sparsa per universum Corpus Juris Civilis. Quare autem apud Romanos quædam actiones bonæ fidei, quædam stricti juris fuerint, variant *DD*. Nos illam rationem dedimus supra ad *tit obligat. ex cons.* quod scilicet hoc sit ex natura cujusque actionis, quæ vel ex contractu bonæ fidei, vel stricti juris nascitur. Sed quoniam hæc natura potius subtilitas quædam est juris Romani, quàm sana ratio; ideo recte, si non jure Canonico, saltem Moribus prædicta divisio abrogata est; ita ut omnes actiones hodie bonæ fidei censeantur, id est, in omnibus actionibus ex æquo & bono judicari potest & debet. Vide *disputat. nostr. ad h.* ubi Mores probavi ex salutari clausula Advocatorum quam omnibus suis conclusionibus adjicere solent. Quinimo ex sola mora in contractibus olim stricti juris usuras deberi existimo, ut dixi in *d. disp. nos* *thes.* 12. *in fin.* quanquam D. Vinnius testetur, secus servari in Hollandia. *Vinn. ad h.* §. *n.* 4. Quæ cum ita sint, nemini mirum videri debet, cur singulas actiones hic in nostro §. enumeratas non probaverim ex jure Romano, bonæ fidei esse.

§. 29. *Fuerat antea & rei uxoriæ actio una e[x] bonæ fidei judiciis: sed cum pleniorem esse ex stipulatu actionem invenientes, omne jus, quod res uxoria antea habebat, cum multis divisionibus in actionem ex stipulatu, quæ de dotibus exigendis proponitur, transtulerimus, merito rei uxoriæ actione sublata, ex stipulatu (actio,) quæ pro eo introducta es[t]*

*est, naturam bonæ fidei judicii tantum in exactione dotis meruit, ut bonæ fidei sit. (Sed) & tacitam ei dedimus hypothecam. Præferri autem aliis creditoribus in hypothecis tunc censuimus, cum ipsa mulier de dote sua experiatur, cujus solius providentia hoc induximus.*

DE transfusione, qua actio rei uxoriæ transfusa est in actionem ex stipulatu de dote, longe lateque agit Justinianus in *l.un.C.de rei uxor.act.* Tacitam autem hypothecam per eandem legem dictæ actioni concessam esse, apparet ex *d.l un.§. & ut plenius* 1. Sed tamen jus prælationis non transferri ad heredes, sed soli mulieri competere, cujus gratia hoc introductum est, aperte constituit *l.ult. C. qui potior. in pign.* Usum hujus §. vide in *disput. nost. ad h.§.thes.* 16. & *apud.Gudelin.de jure nov.lib.*4.*c.*18.

§. 30. *In bonæ fidei judiciis libera potestas permitti videtur judici ex bono & æquo æstimandi, quantum actori restitui debeat. In quo & illud continetur, ut si quid invicem præstare actorem oporteat: eo compensato, in reliquum is, cum quo actum est, debeat condemnari. Sed & in stricti juris judiciis ex rescripto divi Marci opposita doli mali exceptione, compensatio inducebatur. Sed nostra constitutio easdem compensationes, quæ jure aperto nituntur, latius introduxit, ut actiones ipso jure minuant, sive in rem, sive in personam, sive alias quascunque: excepta sola depositi actione, cui aliquid compensationis nomine opponi, sane iniquum esse credimus: ne sub prætextu compensatio-*

*nis, depositarum rerum quis ex actione defraud[...] tur.*

SUMMARIA.

1. Textus probatio & clausula Advocat. salutaris.

2. Quid hodie in compen[...]sationibus servetur?

1. HOdie omnia judicia bonæ fidei esse, probavi s[...]pra ad §. 28. *h. t.* Qua de causa judex non ta[...]tum potest, sed etiam debet ex æquo & bono jud[...]care, sive clausula salutaris adjecta sit conclusionibu[...] Advocatorum, sive non adjecta sit, modo ex docu[...]mentis & meritis causæ evidenter constet, quid cui[...] adjudicandum sit. Vide nostra ad §. 35. *h. t. & ad ti[...] de offic. judic.* Reliqua hujus §. de compensationibu[...] confirmantur ex *l. ult. C. de compensat.* Quæ compen[...]satio & Moribus nostris usum habet, sed tum dem[...]
2. quando objicitur. Vide *Schultz. ad h. t. lit. cc.* Itaqu[...] ipso jure haud intelligitur actiones minuere, id es[...] non fingitur facta solutio ab eo tempore, quo ab u[...]traque perte liquida quantitas vel eadem res debe[...] cæpit. Nā ista fictio subtilitatem juris Romani sapi[...] atque adeo à foro nostro aliena est. Vide *Christin[...] decis. 38. & seqq. vol. 3. Zyp. tit. de compensat. & d[...] sput. nostr. 23. thes. 17.* Dixerum & hodie in deposit[...] compensationem locum habere, quando scilicet re[...] deposita forte interiit, vel deponens eandem rem e[...] alia causa debeat depositario; quia malitiis indulgen[...] non oportet. *l. 38. de R. V.* Quid in Gallia & Moribu[...] Mech. servetur, vide apud *Christin. ad ll. Mech. tit. 1[...] art. 24. n. ult. Papon. lib. 1. tit. 6. arrest. 1.*

*§. 31. Præterea quasdam actiones arbitrari[...]as, id est, ex arbitrio judicis pendentes appellamus[...] in quibus, nisi arbitrio judicis is, cum quo agitur[...]*

*actor[...]*

*actori satisfaciat, veluti rem restituat, vel exhibeat, vel solvat, vel ex noxali causa servum dedat, condemnari debeat. Sed istæ actiones, tam in rem, quam in personam inveniuntur. In rem, veluti Publiciana, Serviana de rebus coloni, quasi Serviana, quæ etiam hypothecaria vocatur. In personam, veluti quibus de eo agitur, quod (vi) aut metus causa, aut dolo malo factum est. Item cum id, quod certo loco promissum est, petitur. Ad exhibendum quoque actio ex arbitrio judicis pendet. In his enim actionibus & cæteris similibus permittitur judici ex bono & æquo, secundum cujusque rei, de qua actum est, naturam æstimare, quemadmodum actori satisfieri oporteat.*

## SUMMARIUM.

Cur & quot modis quædam actiones arbitrariæ, & quid hodie circa eas usus observet.

RAtio cur quædam actiones arbitrariæ visæ sint, hæc reddi potest, quia quædam tales à natura sunt, ut dixi de cæteris ad §. 28. *h.t.* Erant autem duplici modo arbitrariæ, vel quia natura earum exigebat, ut judex ex æquo & bono secundum negotii naturam judicare posset, ut in actione de eo quod certo loco. *l.* 2. & 8. *D. de eo quòd cert. loc.* vel quia natura earum patiebatur, ut judex primo tanquam amicabilis arbiter & quasi interloquendo judicare posset; & si litigantes non paruissent, posset induere personam judicis, & condemnare gravius, atque in aliud, quam quod facere jussi erant, tanquam in pœnam contumaciæ & contempti arbitrii, ut in act. quod met. caus. *l.* 14. §. 1. *D. quod met. caus.* & act. ad exhib.

hib. *l.5.D.ad exhib.* Plura non addo, quia actioni propriè arbitrariæ apud Belgas exoleverunt, ut probavi ad §.28. Adde *Balduin. ad h. §.in fin. Christ. decis.164. & seqq. vol.2. Vinn. ibid. n.4.in fin. Barr. ad h.t.part. alt. lit.f.* Solent quidem & apud Nos judices ut amicabiles arbitri intercedere & interloqui, quo partes ligantes in concordiā redigant & componāt, sed illud genus arbitrii seu interloquutionis plane differt ab arbitriis, de quibus hic agitur. Præterea jusjurandum in lit. quod interdum in act.arbitrariis locum habebat. *d.l. 5.pr.junct.l. 2. §.1. de jurejur. in lit.* hodie usum non habet. *Zyp.tit.de jurejur.*

*§. 32. Curare autem debet judex, ut omnino, quantum possibile ei sit, certæ pecuniæ vel rei sententiam ferat: etiam si de incerta quantitate apud eum actum est.*

QUod sententia judicis certa esse debeat, rescriptum quoque est in *l.pen. & ult.C.de sent. quæ sine cert.quant.* Ratio est, quia judex sua sensentia litibus finē imponere debet.*l.1.de re jud.& l.13.§.recepisse. D. de recept.qui arbitr.* Unde haud dubie hic §. in foro nostro usu servatur. Quidam non male hunc §. conjungunt cum §.præcedenti, cum alias rectius pertineret ad *tit.de offic.jud.*

*§. 33. Si quis agens, (in) intentione sua plus complexus fuerit, quam ad eum pertineat: à causa cadebat, id est, rem amittebat: nec facile in integrum restituebatur à prætore, nisi minor erat viginti quinque annis. Huic enim, sicut in aliis causis, causa cognita succurrebatur, si lapsus juventute fuerat, ita & in hac causa succurri solitum*

*era*

*erat. Sane si tam magna causa justi erroris interveniebat, ut etiam constantissimus quisque labi posset, etiam majori viginti quinque annis succurrebatur, veluti si quis totum legatum petierit: post deinde prolati fuerint codicilli, quibus aut pars legati adempta sit, aut quibusdam aliis legata data sunt. quæ effieiebant, ut plus petitiiße videretur petitor, quam dodrantem, atque ideo lege Falcidia legata minuebantur. Plus autem quatuor modis petitur: re, tempore, loco, (&) causa. Re: veluti si quis pro decem aureis, qui ei debebantur, viginti petierit: aut si is cujus ex parte res est, totam eam, vel majorem partem suam eße intenderit. Tempore: veluti si quis ante diem, vel (ante) conditionem petierit. Qua enim ratione qui tardius solvit, quam solvere deberet, minus solvere intelligitur: eadem ratione, qui præmature petit, plus petere videtur. Loco plus petitur: veluti cum quis id, quod certo loco sibi (dari) stipulatus est, alio loco petit, sine commemoratione illius loci, in quo sibi dari stipulatus est: verbi gratia, si is, qui ita stipulatus fuerit,* Ephesi dare spondes? *Romæ pure intendat sibi dari oportere. Ideo autem plus petere intelligitur: quia utilitatem, quam haberet promissor, si Ephesi solveret, adimit ei pura intentione. Propter quam causam alio loco petenti arbitrarra actio proponitur: in qua scilicet ratio habetur utilitatis, quæ promissori competitura fuisset, si illo loco solveret, quo se soluturum spopondit. Quæ utilitas plerumque in mercibus maxima inve-*

*inveniţur: veluti vino, oleo, frumento: quæ p[...] ſingulas regiones diverſa habent pretia. Sed & pecuniæ numeratæ non in omnibus regionibus ſu[...] eiſdem uſuris fænerantur. Si quis tamen Epheſi pe[...] tat, id eſt, eo loco petat, quo ut ſibi detur, ſtipulatu[...] eſt, pura actione recte agit: idq; etiam prætor mon[...] ſtrat, ſcilicet quia utilitas ſolvendi ſalva eſt pro[...] miſſori. Huic autem qui loco plus petere intelligi[...] tur, proximus eſt is, qui cauſa plus petit. ut ecce ſi quis ita à te ſtipuletur,* Hominem Stichum aut decem aureos, dare ſpondes? *deinde alte[...] rum petat, veluti hominem tantum aut decem au[...] reos tantum. Ideo autem plus petere intelligitur quia in eo genere ſtipulationis promiſſoris eſt electio utrum pecuniam, an hominem ſolvere malit. Qu[...] igitur pecuniam tantum vel hominem tantum ſib[...] dari oportere intendit, eripit electionem adverſario: & eo modo ſuam quidem conditionem meliorẽ facit, adverſarii vero (ſui) deteriorem. Qua de cauſa talis in ea re prodita eſt actio,* ut quis intẽdat hominem Stichum, aut aureos decem ſibi dari oportere, *id eſt, ut eodẽ modo peteret, quo ſtipulatus eſt. Præterea, ſi quis generaliter hominem ſtipulatus ſit, & ſpecialiter Stichum petat: aut generaliter vinum ſtipulatus ſit, & ſpecialiter Campanum petat: aut generaliter purpuram ſtipulatus ſit, deinde ſpecialiter Tyriam petat: plus petere intelligitur: quia electionẽ adverſario tollit, cui ſtipulationis jure liberũ fuit, aliud ſolvere, quã quod peteretur. Quinetiam licet viliſſimũ ſit, quod quis petat, nihilominus*

*ius plus petere intelligitur: quia ſæpe accidit, ut promiſſori facilius ſit illud ſolvere, quod majoris pretii ſt. Sed hæc quidē antea in uſu fuerant: poſtea vero ex Zenoniana & noſtra rem coarctavit. Et ſi quidē empore plus fuerit petitum: quid ſtatui oporteat, Zenonis divæ memoriæ loquitur conſtitutio: ſin utem quantitate, vel alio modo plus fuerit petitum. (in) omne, ſi quod forte damnum ex hac cauſa acciderit ei, contra quem plus petitum fuerit, commiſſa tripli condemnatione (ſicuti ſupra diximus) puniatur.*

SUMMARIUM.

Textus probatio ejuſque uſus contrarius cum ratione.

QUoniam hic §. fatalem quandam prolixitatem continet, quique hodie nullum uſum habet, lubet eum in compendium redigere. Olim cauſam ſuam perdidiſſe, qui plus petierat, quàm ſibi debebatur, teſtis quoque eſt *Cicero in orat. pro Q. Roſcio*, *Sueton. in Claud.* 14. *Senec. epiſtol.* 48. *Quintil.* 7. *Inſtit. orat. Chriſtin. deciſ.* 157. *& ſeqq. volum.* 2. Sed novis Conſtitutionibus (quæ an extent, an deſiderentur, parum moror, ut dixi ad §. 24. *h. t.*) pœna in eum qui plus tempore, id eſt, ante tempus petiit, hæc conſtituta eſt, ut tempus quod ſupereſt, duplicetur. §. *pen. Inſt de except.* in eum vero, qui vel plus re, vel loco, vel cauſa petiit, pœna tripli, ſi quod forte damnum adverſarius ex illa cauſa paſſus eſt *d.* §. *noſt.* 33. *& tot. tit. C. de plus petit.* Cæterum hæ pœnæ, ſi non jure Canon. ſaltem Moribus abrogatæ ſunt *Vinn. ad h.* §. *n.* 3. *Schultz. ibid. lit. x. & y. Zyp. in Notit. jur. Belg. tit. de plus petit. & in Annal. jur. pontif. d. tit.*

*tit.lib.2.* Ratio illorum Morum justa & evidens e
quia nemo privatus ex alterius delicto vel temeri
te lucrum sentire debet. Quare adversario duntax
ipsum damnum datum reparandum est, & cæte
quæ in Repub. bene constituta animadversione
merentur, à Prætore puniri debent, ut dixi supra
pius. Quomodo autem reus interdum ex hac cau
coerceatur, vide apud *Zyp.d.loc.& Vinn. ad h.* §. I
restitutionibus in intergr. minorum & majorum 2
ann. de quibus in *pr.* hujus §. mentio injicitu
dixi supra, præsertum ad §. *extran.* 5. *Inst. de here*
*qual. & diff.*

§. 34. *Si minus in intentione sua complex*
*fuerit actor, quam ad eum pertineat: veluti si cu*
*ei decem (aurei) deberentur, quinque sibi dari opo*
*tere intenderit: aut (si) cum totus fundus ejus e*
*set: partem dimidiam suam esse petierit: sine per*
*culo agit. in reliquum enim nihilominus jud*
*adversarium in eodem judicio (ei) condemnat, e*
*constitutione divæ memoriæ Zenonis.*

§. 35. *Si quis aliud pro alio intenderit: n*
*hil eum periclitari placet, sed in eodem judicio co*
*nita veritate, errorem suum corrigere (ei) permi*
*titur: veluti si is, qui hominem Stichum pete*
*deberet, Erotem petierit: aut si quis ex testa*
*mento dari sibi oportere incenderit, quod ex stipu*
*latu debetur.*

SUMMARIUM.

Textus probatio, varia interpretatitio & Varii Mores | cum sententia Auctor.

EPitome constitutionis quæ attingitur in *d.* §. 34. refertur in *l.* 1. *C. de plus petit.* Sed auctoritate Cujacii ex Basilicis restituta. *Cujac.lib.*12.*obs.*21: Errorem tamen suum emendare vel mutare etiam in eodem judicio licitum esse, rescripserunt etiam *Impp.in l. edita* 3. *C. de edend.* quam confirmant & explicant *l.fidejuss.*32.*de negot.gest.l.*4 §.*ult.de noxal. act.l.*57.§.1. *de condict. indeb.l.*18.§. 1. *unde vi.* Variant tamen hic non solum Interpretes, sed etiam Mores, ut videre licet apud *Christin.decis.*88.*vol.*2.*Vinn. ad* §.35.*in fin. Schultz.ad h.t.lit.z.* Verum ut ut sit de jure Romano vel Moribus, puto me recte in abstracto disputasse, libellum petitionis etiam usq; ad sententiam emendari & mutari posse, modo refundantur expensæ, quas adversarius propter mutationem facere coactus est. Ratio est, quia non est magnum damnum in mora modici temporis. *l.* 21. *de jud.* nec injungendi sumptus inutiles. *arg.l.*38.*deR.V.* nec lites protrahendæ sunt. *arg.*§.*ult.Inst.de except. Merul.lib.*4.*dist.*4.*sect* 3.*tit.*1.*c.*61. Quinimo ob dictas rationes judex ex officio, si ipsi de errore ex actis & documentis causæ constet, errorem significare tenetur; aut saltem id judicare, quod ex meritis causæ ipsi judicandum videtur, in quem finem etiam salutaris clausula, *vel prout judici bonum &c.* hodie conclusionibus adjecta videri potest. Vide *disp. nost. ad h.*§.*thes.*20.

§. 36. *Sunt præterea quædam actiones, quibus non (semper) solidum, quod nobis debetur, persequimur: sed modo solidum persequimur, modo*

mi-

*minus: ut ecce, si in peculium filii servive a[...] mus. Nam si non minus in peculio sit, quam p[...] sequimur: in solidum dominus paterve conde[...] natur. si vero minus inveniatur, eatenus conde[...] nat judex, quatenus in peculio sit. Quemadm[...] dum autem peculium intelligi debeat, suo ord[...] proponemus.*

PAtrem ex cõtractu filii ultra vires peculii damn[...] ri non posse, nõ uno in loco traditum est. *l.* 44.[...] 47. §. 2. *D. de pecul. l.* 57. *de judic.* ideoque actionem[...] peculio interdum exerceri in solidum, interdum[...] minus, & quatenus peculium facere potest, certi[...] mæ consequentiæ est. Usum indicavi ad §. 10. *h. t.*[...] quo etiam latius in *tit. seq.*

§. 37. *Item si de dote (in) judicio mulier [...] gat: placet eatenus maritum condemnari deber[...] quatenus facere possit, id est, quatenus facultat[...] ejus patiuntur. Itaque si dotis quantitati concu[...] rant facultates ejus, in solidum damnatur: si m[...] nus, in tantum, quantum facere potest. Propt[...] retentionem quoque dotis repetitio minuitur. Na[...] ob impensas in res dotales factas, marito (quas[...] retentio concessa est: quia ipso jure necessari[...] sumptibus dos minuitur, sicut ex latioribus Dige[...] storum libris cognoscere licet.*

S u m[...]

SUMMARIUM.

| | |
|---|---|
| 1 Textus confirmatio & ratio cum vario uſu & iure novo | circa retentionem dotis, |

QUod maritus quoque actione de dote conventus non teneatur ultra id quod facere poteſt, reſponſum itidem eſt in *l.maritum* 12.*&* 2.*ſeqq.ſolut. matrim.l.*17.*& l. non tantum* 20.*& duab.ſeqq. D. de re iud.* Ratio eſt reverentia & honos matrimonii, in quo omnia adverſa & proſpera communia ſunt. *l.*1. *C.de rei uxor. act.l.ſi rerum* 52. *de re jud.* junct. *l.* 1. *de act. rer. amot.* Moribus Galliæ hoc beneficium competentiæ abrogatum eſſe, notat Automnus in *cenſ.l.uxor.*55.*de donat.int.vir.* Sed in Brabantia & Flandria ſervarit, eſtis eſt *Zyp.d.tract. tit. de jure dot. in fin.* Quod hic dicitur de retentione dotis, quæ marito propter impenſas in eam factas datur, cōfirmatur quidem ex jure Pandectarum. *l. quod dicitur* 5.*D.de impenſ. in res dotal.* Sed jure novo corrigitur *l.un.§.taceat* 5.*C. de rei uxor. act.*aut ſaltem corrigi debet, quia iniquum eſt, aliquem ſuæ rei judicem fieri.*l.*17.*de judic.* Reſtituat ergo dotem domino, & ſi quas fecit impenſas, eas per actionem repetat. Adde *diſp.noſt.ad h.§.& noſtra ad§.*15.*Inſt.de legat.*

*§. 38. Sed & ſi quis cum parente ſuo patronove agat: item ſi ſocius cum ſocio, judicio ſocietatis agat: non plus actor conſequitur, quam adverſarius ejus facere poteſt. Idem eſt ſi quis ex donatione ſua conveniatur.*

SUMMARIUM.

Textus probatio & ratio | cum usu.

DE privilegio competentiæ (ut vocant) quod pa-tri contra filium, patrono contra libertum com-petit, agit *l. patronus* 17. *de re jud.* Ratio est reveren-tia, quam filius patri, libertus patrono debet. *l. lib-to* 9. *D. de obseq. parent. & patron.* De privilegio quod datur socio contra socium, agit *l. sunt qui* 16. *re jud.* & *l. verum est* 63. *D. pro soc.* ubi & ratio ditur, quam tamen vix attendendam puto. Qua & hodie dictum privilegium cessat, teste *Antumn Cens. Gall. ad l.* 8. *D. mand.* Denique de privileg quod indultum est donatori contra donatarium, a *l. inter eos* 19. §. *ult. D. de re jud.* Ratio est in *l.* 50. *eod.* & *in l. ad res* 62. *D. de ædilit. edict.* Vide *disp. ne ad h.* §.

*§. 39. Compensationes quoque oppositæ, p rumque efficiunt, ut minus quisque consequatu quam ei debeatur. Nam ex bono & æquo hab ratione ejus, quod invicem actorem ex eadem ca sa præstare oportet, in reliquum eum, cum quo ctum est (condemnat,) sicut jam dictum est.*

HÆc confirmantur & illustrantur ex *l.* 4. 5. 6 *& C. de compensat.* Plura non addo, ne acta age videat, quia abunde de compensationibus dixim ad §. 30. *h. t.* Adde *Baron. ad h. t. part. alt. sub. fin.*

*§. 40. Cum eo quoque qui creditoribus s bonis cessit, si postea aliquid acquisierit, quod id neum emolumentum habeat: ex integro in id, qu*

*facere potest, creditores experiuntur. inhumanum enim erat spoliatum fortunis suis, in solidum damnari.*

### SUMMARIUM.

Textus probatio, ratio, jus | Canon. & Mores.

HÆc comprobantur & explicantur ex *l.4. 6.& 7. D.de cessione bonor.* Ratio allegata est in *h. §.* nostro in fin. Aliter constitutum videtur jure Canon. *c.Odoard. ext.de solut.* Moribus cessio variis modis fit, ut videre est apud Auctores in *disp. nost. ad h. §.* relatos, quibus adde *Baron.d.loc.* Vulgo vocatur **het miserabile beneficie van cessie**, de quo latius ad *§. ult.de replicat.* An, quando & quomodo ille qui bonis cessit, fiat infamis, vide in *Nov.135 & ibi DD. Hotom.illust. quæst. 24. Cristin. ad ll.Mechlin.tit.21. art.1.& seqq. Gudelin.de jur. noviss. 4. c. 16. Zyp.in Not.jur.Belg.tit.qui bon.ced.poss.Tull.pro Quint.Plin. 1. epist.4.*

## *QVOD CVM EO QVI IN ALIENA POTESTATE EST, NEGOTIVM GESTVM ESSE DICITVR.*

### TITULUS VII.

*Quia (tamen) superius mentionem habuimus de actione qua in peculium filiorum familiarum servorumque agitur, opus est ut de hac actione & de cæteris, quæ eorundem nomine in parentes dominosve dari solent, diligentius admoneamus. Et quia, sive cum servis negotium gestum sit, sive*

*cum his, qui in potestate parentum sunt, eadem fere jura servantur: ne verbosa fiat disputatio, dirigamus sermonem in personam servi dominique, idem intellecturi de liberis quoque & parentibus quorum in potestare sunt. Nam si quid in his proprie servetur, separatim ostendemus.*

RECte hic limitat Imperator, eadem fere jura introducta esse circa filiumfam. & patrem, quæ servantur circa dominum & servum, cum propter §. 7. *h.* tum propter *l. servi* 14. junct. *l. filiusfam.* 39. *D.* *O. & A.* Hodie hic titulus vix ullum usum habet ut in singulis §§ videbimus. Adde *Christin.* *v.* 3. *decis.* 34. *Automn. in collat. jur. Gall. cum Rom.* *h. t.*

§. 1. *Si igitur jussu domini cum servo negotium gestum erit: in solidum prætor adversus dominum actionem pollicetur: scilicet quia is, qui contrahit, fidem domini sequi videtur.*

HIc §. confirmatur ex *l.* 1. *pr.* & §. 1. & *seqq.* *quod juss.* Sed hodie duntaxat directa actio ex contractu cum filio inito tanquam cum extraneo qui jussum habuit, datur contra patrem, qui jussit *Vinn. ad* §. *ult. h. t.* Itaque non nisi nudo ministerio filii pater uti intelligitur. *l. ult. D. quod jussu* & *l.* 4. *C. eod.* Ratio est quod hodie filii censeantur emancipati & alii à patre, ut supra sæpius diximus. Quod autem quis per alium facit, hoc ipse fecisse videtur. *l.* 5. §. 3. *de adm. tut.*

2. § *Eadem ratione prætor duas alias in solidum actiones pollicetur: quarum altera exerci*

*ria, altera institoria appellatur. Exercitoria tunc habet locum, cum quis servum suum magistrum navi præposuerit, & quid cum eo ejus rei gratia, cui præpositus erit, contractum fuerit. Ideo autem exercitoria vocatur, quia exercitor is appellatur, ad quem quotidianus navis quæstus pertinet. Institoria tunc locum habet, cum quis tabernæ forte, aut cuilibet negotiationi servum suum præposuerit & quid cum eo ejus rei causa, cui præpositus erit, contractum fuerit. Ideo autem institoria appellatur, quia qui negotiationibus præponuntur, institores vocantur. Istas tamen duas actiones prætor reddit, & si liberum quis hominem aut alienum servum navi, aut tabernæ, aut cuilibet negotiationi præposuerit: scilicet quia eadem æquitatis ratio etiam eo casu interveniat.*

### SUMMARIUM.

Textus confirmatio, usus | eius contrarius eiusque ratio.

QUis sit magister navis, qui Græc. πιστικὸς dicitur, quis exercitor navis, vulgo **Reeder van een schip**/ definitur in *l.1.§.1.& l.5.D.de exercit. act.* Præterea hanc actionem exercitoriam tunc demum contra exercitorem institui potuisse, cum quid negotii cum Magistro navis contractum est, cui est præpositus, tradit quoque *ICtus in d.l.1.§. non autem 7. D. eod.* Reliqua hujus §. de institore (qui hodie vulgo **een Facteur** appellatur,) deque institutoria actione confirmata & explicata vide in *l.1.3.5.pr. & §.11. de inst. act.* & apud *Jacob. Coren obsv.28.* Moribus nec hæ duæ actiones usurpantur, sed tantum directæ ex ipso principali contractu contra ipsos dominos.

Ratio à me allegata eſt in §. *præced.* Quare Pr
tor male & citra neceſſitatem dictas actiones exerc
& inſtitut. introduxit. Adde *Chriſtin. volum.* 3.
*ciſ.* 33.*n.*9.*Coſtal.in l.ult.de inſtit. action. Vinn.hic*
*ad* §.*ult. h.t.Schultz.ad h.t.lit.b.* Sed quid, ſi plur
ſint domini? jure civili ſinguli poſſunt conveniri
ſolidum. *d.l.* 1. §. *ult. de exercit. act.* Sed Morib
Hollandiæ tantum quiſque tenetur pro ſua porti
ne,teſte *Vinn. ad.h.* §. Vide omnino *Chriſt.deciſ.*3.
& 34.*vol.*3.*Carpſov. deciſ. illuſtr.Saxon.* 10. noſt
ad *tit.Inſt.de duob.reis.*

*§. 3. Introduxit & aliam actionem prætor*
*quæ tributoria vocatur. Namque ſi ſervus in p*
*culiari merce ſciente domino negotietur, & qu*
*cum eo ejus rei cauſa contractum erit: ita præt*
*jus dicit, ut quicquid in his mercibus erit,quodq*
*inde receptum erit, id inter dominum, ſi quid*
*debebitur, & cæteros creditores, pro rata portio*
*diſtribuatur,& (ideo tributoria vocatur) quia ip*
*domino diſtributionem prætor permittit. Nam*
*quis ex creditoribus quæratur quaſi minus ei trib*
*tum ſit,quam oportuerit, hanc ei actionem adcon*
*modat, quæ tributoria appellatur.*

SUMMARIUM.

Textus probatio ejuſque uſus.

HÆc innuuntur & expoliuntur in *l.*1.*pr.*§. 1. &
*l.*5.§.5.& *ſeqq.D.de tributor.act.l.*1.§. 20. & *l.*
*D.de exercit.act.* Moribus hæc actio quoque uſu
non habet. Quanquam enim merx,vel quod eo n
mine receptum eſt, æqualiter diſtribui debeat int
patre

patrem & cæteros creditores filii, tamen patri non magis competit diſtributio, quam aliis creditoribus extraneis; quia hodie illi filii, qui mercaturam exercent patre ſciente, haud dubie emancipati & extranei intelliguntur. *Schultz. ad h. t. lit.c.* Vide noſtra ad §. 36. *tit. anteced.*

*§. 4. Præterea intradocta est actio de peculio, deque eo, quod in rem domini verſum erit: ut quāvis ſine voluntate domini negotium gestum erit, tamen ſive quid in rem ejus verſum fuerit, id totum præstare debeat: ſive quid non ſit in rem ejus verſum, id eatenus præſtare debeat, quatenus peculium patitur. In rem autem domini verſum intelligitur, quicquid neceſſario in rem ejus impenderit ſervus: veluti ſi mutuatus pecuniam creditoribus ejus ſolverit, aut ædificia ruentia fulſerit, aut familiæ frumentum emerit, vel etiam fundum, aut quamlibet aliam rem neceſſariam mercatus erit. Itaque ſi ex decem puta aureis, quos ſervus tuus à Titio mutuo accepit, creditori tuo quinque aureos ſolverit, reliquos vero quinque quolibet modo conſumpſerit: pro quinque (quidem) in ſolidum damnari debes: pro cæteris vero quinq; eatenus, quatenus in peculio ſit. Ex quo ſcilicet apparet, ſi toti decem aurei in rem tuam verſi fuerint, totos decē aureos Titiū conſequi poſſe. Licet enim una eſt actio, qua de peculio deq; eo, quod in rem domini verſum ſit, agitur: tamen duas habet condemnationes. Itaque judex, apud quem de ea actione agitur, ante deſpicere ſolet, an in rem domini verſum ſit, nec aliter ad peculii æſtimationem*

*tranſit, quã aut nihil in rem domini verſum intel-gatur, aut non totum. Cum autẽ quæritur, quantu in peculio ſit, ante deducitur, quicquid ſervus dom no, eive, qui in poteſtate ejus ſit, debet: & quod ſ pereſt, id ſolum peculium intelligitur. Aliquan tamen id, quod ei debet ſervus, qui in poteſta domini ſit, non deducitur ex peculio: veluti ſi is ipſius peculio ſit, quod eo pertinet, ut ſi quis vic rio ſuo ſervus debeat: id ex peculio ejus non ded catur.*

SUMMARIUM.

Textus comprobatio, Mores varii circa contract. filii, & quę hic ſententia Auctor

QUæ hic traduntur de actione de in rem verſ probantur & illuſtrãtur ex *l.1.3.5.7.10.pr.& §.* *D.de in rem. verſ.* Quæ dicuntur de peculio, deq actione de peculio, ſupra comprobata ſunt ſæpiu præter finalia hujus §. quæ confirmantur & explica tur in *l.ſed ſi damn.9.§.pecul.2.& ſeqq. uſque ad fi leg.D.de pecul.* Quomodo actio de peculio & act de in rem verſo dicantur una actio, vide in *diſp.no* 24. *ad h.§.* Moribus actio de in rem verſo procu dubio uſu ſervatur, etiamſi quid in rem domini i viti verſum eſſet, quia nemo cum alterius jactura l capletari debet. Vide *noſtra ad pr. Inſt.quib.mod.to obl.* Mores circa contractum filii variant, ut videre e apud *Schultz.ad h.t.d.lit.c.& Bar.ad h.t.part.alt.* V rum illi Mores nobis rationi conſentanei videntu quibus ipſe filius, licet minor 25. ann. obligetur e contractu etiam ſine conſenſu patris inito. Ratio eſ quia jure gent. quilibet, qui cum judicio & intellect contraxit, obligatur, ut ſupra probavi ſæpius. Vid etian

etiam *nostra ad* §. *ult.h. tit.* Sed quid, si consentiente patre contraxit ? obligatur ipse tantum, non vero pater, nisi pater dedit peculium; quo casu tamen non nisi ad vires peculii tenebitur. *arg.l.25 vers. præsumptionem videl.D.de probat.* Longe alia ratio est in marito & uxore ejus, quæ negotiatur. Vide *Vinn. ad* §. *2.h.t Baron. ibid.part.alt.Schultz. hic.lit.d.*

*§. 5. Cæterum dubium non est, quin is quoque qui jussu domini contraxerit, cuique institoria vel exercitoria actio competit: de peculio, deque eo quod in rem domini versum est, agere possit. Sed erit stultissimus, si omissa actione, qua facillime solidum ex contractu consequi possit: se ad difficultatem perducat probandi in rem domini versum esse, vel habere servum peculium & tantum habere, ut solidum sibi solvi possit. Is quoque cui tributoria actio competit, æque de peculio & de in rem verso agere potest. Sed sane huic modo tributoria expedit agere, modo de peculio, & de in rem verso. Tributoria ideo expedit agere, quia in ea domini conditio præcipua non est, id est, quod domino debetur, non deducitur, sed ejusdem juris est dominus, cujus & cæteri creditores. At in actione de peculio ante deducitur, quod domino debetur: & in id, quod reliquum est, creditori dominus condemnatur. Rursus de peculio ideo expedit agere, quod in hac actione totius peculii ratio habetur: at in tributoria, ejus tantum, quo negotiatur. Et potest quisque tertia forte parte peculii, aut quarta, vel etiam minima negotiari: majorem*

*autem partem in prædiis vel mancipiis, aut fœneb pecunia habere. Prout ergo expedit, ita quisq vel hanc actionem vel illam eligere debet. Cer qui potest probare in rem domini versum esse: de rem verso agere debet.*

HIc locus de electione actionis, quam quis elig re potest, prout ipsi pro re nata expedit, conf matur ex *l.pen. de tribut.act.* & *l.9.§.1.D.eod.*& *l. §.ult.D.h.t.* Plura non adjicio, quia usum non h bent.

*§. 6. Quæ diximus de servo & domino, ea dem intelligimus & de filio & filia, & nepote & nepte, & patre avove, cujus in potestate sunt.*

HÆc pati exceptionem, apparet ex §.*seq*. Deinc ex eo, quod servus se ipsum non obliget, sed ta tum dominum suum, filius vero se ipsum obliget, patrem quoad vires peculii, ut dixi in *pr.tit.nostr*.ub & usum vide.

*§. 7. Illud proprie servatur in eorum perso na, quod senatusconsultum Macedonianum prohi buit, mutuas pecunias dare eis, qui in potestate pa rentis sunt: & ei qui crediderit, denegatur acti tam adversus ipsum filium filiamve, nepotem nep temve, (sive adhuc in potestate sint, sive mort parentis, vel emancipatione suæ potestatis esse cœ perint) quam adversus patrem avumve: sive eo habeat adhuc in potestate, sive emãcipaverit. Qu ideo senatus prospexit, quia sæpe onerati ære alien*

*cre*

*creditarum pecuniarum, quas in luxuriam conſumebant, vitæ parentum inſidiabantur.*

SUMMARIUM.

Textus probatio, jus nov. Mores cum ſententia & ratione Auctor.

VErba SCti Macedoniani, quæ hunc §. confirmant & explicant, extant in *l.* 1. 3. §. 3. *& tot. tit. D. & C. de SCto Macedon.* An Veſpaſianus hoc primum introduxerit, an renovaverit, vix ad inſtitutũ meum pertinet. Videatur *Sueton. in vita Veſpaſ. c.* 11. *Tacit. lib.* 11. *annal. ubi* Claudio tribuit. *Cic. lib.* 3. *offic.* ubi memorat, Lege Lætoria circumſcriptionem adoleſcentum vindicatam eſſe, quam *Plautus in Pſeudolo* quinam vicenariam vocat. Sed quoniam jure novo omnis dignitas, quæ liberat ob onere Curiæ, etiam liberet à patria poteſtate, præfatum SCtum minus obtinere, teſtatur *Nov.* 81. *c.* 1. *& Zyp. tit. ad Macedon.* Dubitatum, ſcribit *Tulden. ad h. t. c. ult.* an hodie ſecundum Mores harum Regionum SCto ſua vis conſtet. Sed putat, certis tantum caſibus conſtare. Verumenimvero cum non tam ſpectandum, quid Romæ fiat, quàm quod fieri debeat. *l.* 12. *de offic. præſid.* dixerim, ne quidem eo caſu filium tutum SCto eſſe, quando creditor ei ſciens mutuum in luxuriem dedit; quoniam temeritas creditoris filio prodeſſe non debet, ne quis ſentiat lucrum ex alterius delicto, & contractus infringatur, qui cum judicio & intellectu filii celebratus eſt. Quin tamen intentio juris civilis bona ſit, nullus dubito. *d.* §. 7. *in fin. & l.* 3. §. 3. *verſ. pecuniæ ratio. D. de SCt. Macedon. Cic. pro S. Roſc.* ſed modus exequendi non procedit, quum ſit contra ſimplex jus gentium. Puniatur ergo culpa vel dolus creditoris, ſed pæna arbitraria, quæ cum delicto proportionem habeat. Vide *diſp. noſt.* *ad*

*ad h.§.thes.4.disp. 24. & Christin.decis.35.vol.3.*

§. 8. *Illud in summa admonendi sumus, id quod jussu patris dominive contractum fuerit quodque in rem ejus versum erit, directo quoque posse à patre dominove condici, tanquam si principaliter cum ipso negotium gestum esset. Ei quoque qui exercitoria vel institoria actione tenetur directo posse condici placet: quia hujus jussu quoque contractum intelligitur*

HÆc confirmantur ex *l.si institor.29.de reb.cred. l.si quis 17.pr.& §.ult.de instit. act. & l. ult. D. quod juss.l.ult.D.pro. soc.* Moribus tantum directa actio in usu est, ut dixi ad §.1. *& seqq.h.t.* ubi & ratio addita est,

## DE NOXALIBUS ACTIONIBUS.

### TITULUS. VII.

*Ex maleficiis servorum, veluti si furtum fecerint, aut bona rapuerint, aut damnum dederint, aut injuriam commiserint: noxales actiones proditæ sunt, quibus domino permittitur, aut litis æstimationem sufferre, aut ipsum hominem noxæ dedere.*

HOc *pr* erui potest ex *l.1.D.h.t.* An etiam de quasi maleficiis intelligi debeat, variant *DD.* sed sine utilitate, cum hujus *tit.* nullus usus sit. Vide tamen *Christin.decis.188.& seqq. vol.2.*

§. 1.

*§. 1. Noxa autem, est ( ipsum ) corpus quod nocuit. id est, servus : noxia ipsum maleficium, veluti furtum, damnum, rapina, injuria.*

DE hac verborum noxæ & noxiæ distinctione & explicatione digladiantur inter se Interpretes acriter, sed quoniam nobis decretum est tractare seria, & non de verbis vitilitigare, remittimus Lectores ad *Balduin. Hotom. Bacchov. Vinn. Giphan. adh. §.*

*2. 2. Summa autem ratione permissum est noxæ deditione fungi. Namque erat iniquum, nequitiã eorum ultra ipsorum corpora dominis damnosam esse.*

HÆc ratio extat quoq; in *l. 2. pr. D. h. t.* atq; omnibus *DD.* hactenus æqua visa est. Sed nobis (liceat hoc cum illorũ pace dicere) iniqua videtur. Ratio allegatur in *tit. seq.* Adscriptii absque dubio ex suis delictis conveniuntur, non domini illorum. Vide *Baron. ad h. t. part. alt.* Sic & famuli nostri, sed domini non nisi ratione debitæ mercedis tenentur, ut diximus in *disp. nost. ad h. t. thes. 5.*

*§. 3. Dominus noxali judicio servi sui nomine conventus, servum actori noxæ dedendo liberatur : nec minus in perpetuum ejus servi dominium à domino transfertur. Sin autem damnum ei, cui deditus est, (servus) resarcierit quæsita pecunia: auxilio prætoris invito domino manumittetur.*

COnfirmantur hæc ex *l. electio 28. §. ult. D. h. t. & l. 2. in fin. D. si ex noxal. caus. ag.* Ratio est, quia cessante damno, cessat ejus effectus, scilicet noxæ deditio

ditio & servitus. Accedit favor libertatis, cui etiam i
si Veteres admodum favebant. *§. ult. Inst. de donat*

*§. 4. Sunt autem constituta noxales action aut legibus, aut edicto prætoris. Legibus: velu furti ex lege duodecim tabularum, damni injur ex lege Aquilia. Edicto prætoris: veluti injuri rum, & vi bonorum raptorum.*

QUod hic dicitur, actionem furti ex lege 12. ta descendere, debet intelligi de furto manifesto, infra probabimus latius ad *tit. de perpet. & tempo act.* Reliqua hujus §. probantur & explanantur in 2. *D. & l. pen. C. h. t*

*§. 5. Omnis autem noxalis actio caput sequ tur. Nam si servus tuus noxam commiserit: qua diu in tua potestate sit, tecum est actio. Si au tem in alterius potestatem pervenerit, cu illo incipit actio esse. At si manumissus fueri directo ipse tenetur, & extinguitur noxæ deditic Ex diverso quoque directa actio noxalis esse inc pit. Nam si liber homo noxiam commiserit, & servus tuus esse cœperit, (quod quibusdam casibu effici primo libro tradidimus) incipit tecum esse no xalis actio, quæ ante directa fuisset.*

QUod noxa vel actio noxalis caput sequatur, pa sim responsum est, ut in *l. 20. l. ult. D. h. t. l. 2. pr. ex nox. caus. l. 21. commod. l. 1. §. 18. depos.* De manu misso idem refert *l. 4. C. an serv. pro suo fact.* Alte casus, ubi directa actio sit noxalis, evincitur ex *l. 1.* *fin. de privat. delict. & l. 7. §. 1. de capit. minut.* juncti *iis, quæ diximus ad tit. 3. Lib. 1.*

*§. 6*

*§. 6. Si servus domino noxiam commiserit, actio nulla nascitur. Namque inter dominum & eum, qui in potestate ejus est, nulla obligatio nasci potest. Ideoque & si in alienam potestatem servus pervenerit, aut manumissus fuerit: neque cum ipso, neque cum eo, cujus nunc in potestate sit, agi potest. Unde si alienus servus noxiam tibi commiserit, & is postea in potestate tua esse cœperit, interdicitur actio, quia in eum casum deducta sit, in quo consistere non potuit. Ideoque licet exierit de tua potestate, agere non potes: quemadmodum si dominus in servum suum aliquid commiserit, nec si manumissus aut alienatus fuerit, servus ullam actionem contra dominum habere potest.*

HÆc confirmantur ex *l. 1. C. h. t. & d. l. ult. C. an serv. pro suo fact. l. si alienus 37. D. h. t.* Sed meram subtilitatem continent, ideoque ne quidem apud Illos Populos usum habitura, qui proprie servos habent; multo minus inter dominum & famulum ejus. Quinimo domestica delicta plerumque gravius puniuntur, quam ab extraneis commissa. In levioribus vitiis modica castigatio domino in famulum, ut patri in filium concessa videtur.

*§. 7. Sed veteres quidem hoc in filiisfamiliarum masculis & fœminis admisere: nova autem hominum conversatio hujusmodi asperitatem recte respuendam esse existimavit, & ab usu communi hoc penitus recessit. Quis enim patiatur filium suum & maxime filiam, in noxiam alii dare: ut pe-*

*ne*

*ne per (filii) corpus pater magis quam filius pe- clitetur: cum in filiabus etiam pudicitiæ favor h- bene excludat? Et ideo placuit in servos tantum modo noxales actiones esse proponendas, cum ap- veteres legum commentatores invenerimus sæpi- dictum, ipsos filiosfamiliarum pro suis delictis po- conveniri.*

DE hoc veteri jure liberorum loquitur *Papinia- in lib. de fragm. vet. JCtorum tit.* 2. Verba fina- confirmantur ex *l. tum ex contractib.* 57. *D. de jud.* *l.* 33. *& duab. seqq. D. h. t.* Cæterum hodie pater no- teneretur quoad peculium, licet filius ex priva- delicto condemnatus esset in pœnam pecuniarian- quia ad hoc non intelligitur datum, & est mera su- tilitas, quod in judicio quasi contrahatur. *l.* 3. §. 11. *l. de pecul.* Vide *Baron. ad h. t. part. alt. & Schult. ibidem.*

## *SI QVADRVPES PAVPERIEM FECISSE DICATVR.*

### TITULUS. IX.

*Animalium nomine, quæ ratione carent, si qu- lascivia, aut pavore, aut feritate pauperiem fece- rint, noxalis actio lege duodecim tabularum pro- dita est. Quæ animalia si noxæ dedantur, profici- unt reo ad liberationem: quia ita lex duodecim tabularum scripta est, ut puta,* Si equus calcitro- sus calce percusserit, aut bos cornu petere so- litus (cornu) petierit, *Hæc autem actio in iis,*

qu-

*uæ contra naturam moventur, locum habet. Cæterum si genitalis sit feritas, cessat actio. Denique si ursus fugerit, & sic nocuerit, non potest quondam dominus conveniri: quia desiit dominus esse, ubi fera evasit. Pauperies autem est damnum sine injuria facientis datum. Nec enim potest animal injuriam fecisse dici, quod sensu caret. Hæc quidem ad noxalem pertinet actionem.*

SUMMARIUM.

1 Textus comprobatio & varii Mores cum sententia Auctoris.

HOc princip. collectum videtur ex *l.* 1.*pr.* §.3.4.7.*&* 10. *D.h.t.* Ratio sumi potest ex §.2. *tit.præced.* Variant tamen Mores, ut videre est apud *Zyp. tract.tit.ad l. Aquil.& si quadrup.Bus.ad h.t.D.Joann. à Sande lib.*5.*tit.*7.*def.*5.*&* 6.*& in disp.nost.*24.*ad h.pr.thes.*6. ubi illos Mores probavi, quibus receptum est, ut ipsum damnum datum dominus quadrupedis vel bipedis reparet. *arg.l.*74.*&* 155.*pr. D. de R.J.* Quoniam ergo sæpe nec vacat nec prodest ei, qui pauperiem passus est, quadrupedem noxæ nomine accipere, debet dominus quadrupedis suo periculo bestias alere, & damnum datum resarcire arbitrio judicis. Distinguendum enim hic esse inter eum qui voluptatis gratia, & eum qui necessitatis causa mansuetas quadrupedes alit: item inter magnum & leve damnum, nemo ibit inficias. Facit huc *c.*21. *Exod. c.si bos & c.fin.de injur.* Adde *Tholosan.* 39.*c.* 2.

*§. 1. Cæterum sciendum est, ædilitio edicto*

*prohiberi nos canem, verrem, aprum, ursum,*
*nem ibi habere, qua vulgo iter fit: & si adv*
*ea factum erit, & nocitum libero homini esse a*
*tur, quod bonum & æquum judici videtur, t*
*dominus condemnetur. cæterarum (vero) rer*
*quãti damnum datum sit, dupli. Præter has au*
*ædilitias actiones, & de pauperie locum hab*
*Nunquam enim actiones, præsertim pœnales*
*eadem re concurrentes, alia aliam consumit.*

## SUMMARIUM.

Textus illustratio cum usu | forensi.

ACcuratius de pœna ejus, qui feram bestiam
centem in eo loco habuit, ubi vulgo iter fier
let, agit *l. hi enim* 40. 41. & 42. *D. de ædilit. edic*
*l.* 3. *D. h. t.* Moribus pœnæ fere sunt arbitrariæ. *Zy*
*pœn.* Vide tamen *Exod. c.* 21. Præter has, inquit
dilit. actiones etiam de pauperie locum habe
quod Moribus procedit, aut saltem procedere de
etiamsi fera bestia non sit amplius in potestate
mini; & sic intelligo Mores Galliæ apud *Balduin*
*pr. h. t.* Ratio autem hic subjecta refertur toti
verbis in *l. pen. D. de O. & A. l.* 130. *de R. J.* ad qua
de *Anton. Fab. ad d. l.* 130. & Alios, qui ex profess
concursu actionum commentati sunt.

# DE IIS PER QVOS AGERE POSSVMVS.

## TITULUS. X.

*Nunc admonendi sumus, agere posse quemlibet minem, aut suo nomine, aut alieno. Alieno, luti procuratorio, tutorio, curatorio: cum olim usu fuisset, alterius nomine agere non posse, si pro populo, pro libertate, pro tutela. Præ-rea lege Hostilia permissum erat furti agere eo-m nomine, qui apud hostes essent, aut reipubli- causa abessent, quive in eorum cujus tutela es-nt. Sed quia hoc non minimam incommoditatem bebat, quod alieno nomine, neque agere, neque cipere actionem licebat: cœperunt homines per ocuratores litigare. Nam & moribus, & ætas, necessaria peregrinatio, itemque aliæ multæ causæ be hominibus impedimento sunt, quo minus rem am ipsi exequi possint.*

Us vetus & ratio ejus traditur in *l. nemo* 123. *pr. de R.J. l.* 2. *§. deinde* 6. *D. de orig. jur. Gell. lib.* 20. *c.* 1. Ra-o exceptionis in populo & pupillo perspicua est. atio exceptionis in causa libertatis haud obscura ex *tit. C. de asſert. toll.* Ratio denique exceptionis casu furti haud dubie in odio furum fundata est. atio vero cur postea per procuratores agere per-issum fuerit, redditur in *l.* 1. *§. pen. de procurat.*

*§. 1. Procurator neque certis verbis, n præsente (semper) adversario, imo plerumqu ignorante constituitur. Cuicunque enim per seris rem tuam agere, aut defendere, is tuus curator intelligitur.*

SUMMARIUM.

Textus probatio, & quid | hodie circa procuratore

HIc locus confirmatur & explicatur ex *l.* 1. *procurat.* Nota ergo olim procuratores c formula verborum constitutos fuisse, ut hodie formula substituendi plerumque dantur. Mor munus Procuratorum non privatum, sed publi & pars Advocationis est. Unde & inviti munus s pere tenentur, & nemo nisi per eos litigare pot teste *Zyp. tit. de procurat. Baron. & Vinn. ad h. t.* pliorem usum vide in *disp. nost. ad h. t. thes.* 7. *Schultz. ad h. t. & Zyp. tit. de postul. & seq. Gud de jure noviss. lib. 4. c. 4. Bus. ad l. 1. §. 5. D de post tot. tit. de procurat. Treutl. disp. 9. thes. 6. vol. 1. C ad ll. Mechlin: tit. 1. art 25. 36. 39. & 47. decis. 10 seqq. plur. vol. 2.*

*§. 2. Tutores & curatores quemadmo constituantur, primo libro expositum est.*

QUibus modis jure Romano & Moribus no tutores seu curatores constituantur, diximus *Lib. 1. Inst.*

## *DE SATISDATIONIBVS*

### TITULUS. XI.

*Satisdationum modus alius antiquitati placuit, ium novitas per usum amplexa est. Olim enim in rem agebatur, satisdare possessor compelbatur, ut si victus (esset,) nec rem ipsam restieret, nec litis æstimationem, potestas esset petiri, aut cum eo agendi aut cum fidejussoribus ejus, iæ satisdatio appellatur* judicatum solvi. *Unde item sic appelletur, facile est intelligere. Namle stipulabatur quis, ut solveretur sibi, quod isset judicatum. Multo magis, is qui in rem aione conveniebatur, satisdare cogebatur, si ano nomine judicium accipiebat. Ipse autem, i in rem agebat, si suo nomine petebat, satisdanon cogebatur. Procurator vero si in rem ageit, satisdare jubebatur, rem ratam dominum haturum. Periculum enim erat, ne iterum domius de eadem re experiretur. Tutores (vero) & uratores eodem modo quo & procuratores satisda debere, verba edicti faciebant: sed aliquando is agentibus satisdatio remittebatur. Hæc ita rant,) si in rem agebatur.*

### SUMMARIUM.

Textus probatio, interpretatio ac limitatio.

QUod reus in actione in rẽ satisdationem præstare debuerit judicatum solvi (vulgo borge stellen

**voor tgewijsde**) sive proprio, sive alieno nomine conventus, docet quoque Ulpianus in *l. si eum* 3 *fidejuss. l.* 8. *D. judicat. solv.* junct *l.* 1. *C. uti. possid.* mo si alieno nomine possessor conventus erat, et de rato cavere tenebatur. *l. Pomp.* 40. §. 2. *D. de pro* Ipsum vero actorem non, nisi quando alieno nomine agebat, satisdedisse rem ratam dominum habiturum, apparet ex *l. quo enim* 12. §. 1. *D. rat. rem.* Quod tamen inprimis accipiendũ videtur de procuratore, de quo dubitatur, ut notat hic *Bacch. & V* *ad h. pr.* Qui etiam verba de tutoribus & curatoribus eodẽ modo accipienda docent. *l. vulgo* 23. *de adm.* junct. *l. servum* 33. §. *ait. prætor* 3. *D. de procurat.*

§. 1. *Si vero in personam ab actoris quidem parte eadem obtinebant, quæ diximus, in actione qua in rem agitur: ab ejus vero parte, cum quo agitur, siquidem alieno nomine aliquis interveniret, omnimodo satisdaret, quia nemo defensor in aliena re sine satisdatione idoneus esse creditur. Quod si proprio nomine aliquis judicium accipiebat in personam:* judicatum solvi *satisdare non cogebatur.*

S U M M A R I U M.

Textus probatio & ratio | cum diff. remissive.

IDem observatum fuisse in actione personali respectu actoris, quod diximus de actione in rem, confirmatur ex *d. l.* 33. §. 3. *de procur.* junct. *l. si procur.* eod. *l.* 3. §. 2. *D. ut in possess. legat. & l. ne satisdat.* 21. *rem rat. hab.* Procuratorẽ vero rei omnimodo satisdedisse judicatum solvi, sive habebat mandat. sive habebat, demõstrat *d. l.* 21. *l.* 1. *C. de satisd. & l.* 5. §.

qu.

*uib.ex cauſ. in poſs.* Ratio generalis hic relata red-
itur quoque in *l.qui prop.46.§.2.D.de procur.* Rati-
nem ſpecialem vide hic apud *Vinn.* Sed non ipſum
eum, ſi proprio nomine ſe defendebat, oſtendit. *d.*
*5.§. ult.in fin.* Rationem differentiæ in hoc tertio
iter reum conventum actione in perſonam, &
onventum actione in rem, vide apud *Hotomann.*
*ic.*

*§. 2. Sed hodie hæc aliter obſervantur. Sive enim quis in rem actione convenitur, ſive perſona- ſuo nomine, nullam ſatisdationem pro litis æſti- atione dare compellitur: ſed pro ſua tantum per- ona, quod in judicio permaneat uſque ad terminum itis, vel committitur ſuæ promiſſioni cum jure ju- ando (quam juratoriam cautionem vocant) vel nu- lam promiſſionem, vel ſatisdationem pro qualita- e perſonæ ſuæ dare compellitur.*

SUMMARIUM.

Textus probatio cum uſu | remiſſive.

HÆc rei ſatisdatio permanendi in judicio uſque ad finem attingitur quoque in *Nov.* 53. 96. & 12. ubi non tantum Viri illuſtres jurato promittunt, ſed etiam illi, qui fidejuſſores reperire non poſſunt. Adde *l.ult.C. de dign.* & *Auth.general. C.de Epiſc.* & *Cler.* Nudæ promiſſioni committuntur Clerici *l.cum cleric.25.* & *l.omnes 33.C.eod.* Rerum autem immo- bilium poſſeſſores neque jurant, neque promittunt, ſed ſufficit, quod poſſideant res immobiles. *l.pen.pr. D.qui ſatiſd.cog.DD.aliter.* Vide uſum apud *Treutl, diſp.5.vol.1.theſ.2. lit2.b.* & *theſ.4.in fin.*

§. 3.

*§. 3. Sin autem per procuratorem lis vel i fertur, vel suscipitur, in actoris quidem perso si non mandatum actis insinuatum est, vel præse dominus litis in judicio procuratoris sui persona confirmaverit: ratam rem dominum habiturum s tisdationem procurator dare compellitur: eade observando, & si tutor, vel curator, vel aliæ ta les personæ quæ alienarum rerum gubernatione receperunt, litem quibusdam per alium inferunt.*

SUMMARIUM.

Textus probatio, limitatio & varia interpret. de tutorib. | remissive.

LItimationem hujus §. attigi in *pr. h. t.* Si ergo co stat de mandato procuratoris ab actore constitu minime opus est satisdonatione. *d. l. 1. C. de satisd. l. 6 de procur. l. 1. C. eod.* Sed tunc demum opus est, qua do dubitatur de mandato. *d. l. 1. C. de procur. & d.* 3. §. 2. *ut in poss. legat.* & quando conjunctæ person agunt. *l. 35. & l. 40. §. ult. D. de procur* & sic intellig *d. l. servum* 33. §. 3. *& l. 39. §. 1. D. eod.* De tutoribus similibus quod hic dicitur, varie explicatur, ut vide est apud *DD. ad h. §.*

*§. 4. Si vero aliquis convenitur, si quide præsens procurationem dare paratus est, potest v ipse in judicium venire, & sui procuratoris perso nam per* judicatum solvi *satisdationem solen stipulatione firmare, vel extra judicium satisdatio nem exponere, per quam ipse sui procuartoris fide jussor existat pro omnibus* judicatum solvi *sati dationis clausulis. ubi & de hypotheca suarum re rum convenire compellitur, sive in judicio prom*

*ser*

*erit, sive extra judicium caverit, ut tam ipse, quam heredes ejus obligentur. Alia insuper cautela, vel satisdatione propter personam ipsius exponenda, quod tempore sententiæ recitandæ in judicium veniet, vel si non venerit, omnia dabit fidejussor, quæ in condemnatione continentur, nisi fuerit provocatum.*

DE modis quibus reus pro procuratore sub satisdat. judicatum solvi, & sic eum confirmat, agit quoque *l.2.§.hoc etiam 5.C.de jurejur propt.calumn. & Nov.112.in fin.* junct. *l.6.D.judicat.solv.* Altera cautio, de qua hic in fine, nova & insolens est. Vide *Hotoman.ad h.§.*

*§. 5. Si vero reus præsto ex quacunque causa non fuerit, & alius velit defensionem ejus subire, nulla differentia inter actiones in rem vel personales introducenda, potest hoc facere: ita tamen, ut satisdationem* judicatum solvi, *pro litis æstimatione præstet. Nemo enim secundum veterem regulam (ut jam dictum est) alienæ rei sine satisdatione defensor idoneus intelligitur.*

HÆc confirmantur *d.l.46.§.2.D.de procurat. & l.110.§.1.de R.J.* Ratio vero, cur quis absentem sub cautione judicat. solvi defendere possit (licet etiam nullum mandatum habeat) hæc dari potest, quod publice intersit, absentes à quibuscunque defendi. *d.l.33.§.publice 2.D.de procur.*

*§. 6. Quæ omnia apertius & perfectius à quotidiano judiciorum usu in ipsis rerum documentis apparent.*

VErè hæc Imperator, quia Praxis Theoriæ lucerna est. Verba sunt Pineli ad *l.2.C.de rescind. vēd part. 2.c.4.n.2.* Ego, inquit, post longam legendi professionem, postque diligentissimam foro navatam operā, in ea sum sentētia, quod Theoria sine praxi digestam solidamque juris cognitionem præstare nequeat, praxisque absque theoria maxime periculosa & manca evadat. Vide etiam ea, quæ in *præfat.* præmisi.

§. 7. *Quam formam non solum in hac regia urbe, sed (etiam) in omnibus nostris provinciis (etsi propter imperitiam forte aliter celebratur) obtinere censemus, quum necesse sit, omnes provincias, caput omnium nostrarum civitatum, id est, hanc regiam urbem, ejusque observantiam sequi.*

SUMMARIUM.

Usus hujus §.& tot. Tit. varius cum sententia Auctoris.

QUomodo & quatenus etiamnum hodie multæ Gentes Jus Romanum imitentur, dixi ad *tit. 2. Lib.1.* Usus hujus tituli hodie exiguus est. Nam nullus procurator, nullus defensor alterius admittitur, nisi ostenderit mandatum, exceptis quibusdam personis & casibus, in quibus pietas regulam temperat. Deinde satisdatio judicatū solvi in peregrinis & arrestatis (venia detur Pragmaticorum vocabulis) sæpius locum habet, raro inter cives ejusdem Civitatis, præsertim si possessores sunt rerum immobilium, quæ nullo ære alieno gravatæ sunt. Et quoniam hic variant Mores, dixerim illos adprobandos, de quibus jam dixi; salvo tamen arbitrio judicis, cui hic multum tribuendum puto. Vide *Bus. ad tit. qui satisd. cog. & tit. judicat. solv. Zyp. tit. de satisdando. Gudel. lib.*

*lib.4.c.4.& 5. Vinn.Baron. & Schultz. ad h. t. Christin.decis.145.vol.2.*

## *DE PERPETVIS ET TEMPORALIBVS ACTIONIBVS, ET QVÆ AD HEREDES ET IN HEREDES TRANSEVNT.*

### TITULUS. XII.

*Hoc loco admonendi sumus, eas quidem actiones quæ ex lege, senatusve consulto, sive ex sacris constitutionibus proficiscuntur: perpetuo solere antiquitus competere, donec sacræ constitutiones, tam in rem, quam in personam actionibus certos fines dederunt: eas vero, quæ ex propria prætoris jurisdictione pendent, plerumque intra annum vivere, nam & ipsius prætoris intra annum erat imperium. Aliquando tamen & in perpetuum extenduntur, id est, usque ad finem ex constitutionibus introductum: quales sunt eæ, quas bonorum possessori, cæterisque qui hæredis loco sunt, accommodat. Furti quoque manifesti actio, quamvis ex ipsius prætoris jurisdictione proficiscatur, tamen perpetuo datur absurdum enim esse existimavit anno eam terminari.*

### SUMMARIUM.

Textus comprobatio, sed rejecta cum probatione juris veteris.

OLim actiones civiles perpetuas fuisse, apparet ex Cōstitutionibus Impp. quibus coarctatæ sunt, publi-

publicæ utilitatis gratia. *arg.l.* 1. *D. de usucap.* Vide *tot.tit.C.de præscr.long.* & *l.*3.& 4. *C. de præscript. longiss. temp.* junctis *iis quæ diximus ad tit. de usucap.* De actionibus Prætoriis vide *l. in honor.* 35. *D. de O.* & *A.* De officio Prætoris annuo vide *Ascon. in orat.Cic.pro Corn.Balbo.* & *Augustin.de legib.Pop. Rom.* De possessoria & fideicommissaria hereditatis petitione, de quibus hic mentio fit, vide *tot. tit. pen.* & *ult.Lib.*5.*D.* An actio furti manifesti in quadruplum recte hic ex jurisdictione Prætoris originē trahere dicatur, exigui momenti quæstio est, ut constat ex iis quæ dixi ad §. 5. *tit.* 1. *Lib.* 4. Deinde sufficit mihi, quod actio quæ semel justa & naturali ratione competiit, non possit tolli, nisi aliâ ratione fortiori, & per consequens, nulla præscriptione temporis. Probo ergo jus vetus hic in *pr.* propositum, quod & in foro servari videtur, ut demonstravi ad *d.tit.de usucap.*

§. 1. *Non autem omnes actiones quæ in aliquem aut ipso jure competunt, aut à prætore dātur, & in heredem æque competunt, aut dari solent. Est enim certissima juris regula, ex maleficis pœnales actiones in hæredem (rei) non competere (veluti) furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, damni injuriæ. Sed heredibus hujusmodi actiones competunt, nec denegantur, excepta injuriarum actione, & si qua alia similis inveniatur. Aliquando tamen etiam ex contractu actio contra heredem non competit: veluti cum testator dolose versatus sit, & ad heredem ejus nihil ex eo dolo pervenit. Pœnales autem actiones, quas supra diximus, si ab ipsis principalibus personis fuerint con-*

*testa-*

*testatæ, & hæredibus dantur, & contra hæredes transeunt.*

SUMMARIA.

1. Textus probatio, ratio & exceptiones cum usu.
2. Quis ille casus, ubi nequidem ex contractu transferatur actio in heredes.

Actiones ex maleficiis non dari contra heredes, responsum itidem est in *l. pupillum* 111. *§. ult. de R. J. l.* 1. *de priv. delict.* De actione injuriarū, quod ne quidem heredibus detur, idem traditur in *d. l.* 1. *in fin. pr. & l. injur.* 13. *pr. D. de injur.* Ratio ejus non obscure indicatur in *§. ult. de injur.* Ratio vero, cur nec hæc actio, nec superiores in heredes dentur, aperta est in *l.* 20. *D. & l.* 22. *C. de pœn.* Exceptis duobus casibus, quorum unus hic significatur, & confirmatur. *l. omnes action.* 139. *de R. J.* alter casus est in *l. sicuti* 38. *D. eod.* 1.
Quis autem ille casus sit, ubi ne quidem actio ex contractu transfertur in heredes, disputant Interpretes hic, ut videre est in *disp. nost. ad h. §.* ubi nos hunc locum de deposito miserabili intelligendum statuimus. Moribus Belgii rectius actiones pœnales mutatas esse in rei persequutorias, dixi ad §. 16. 21. & *seqq. de act.* Adde *Antumn. in Censur. Gall. ad l.* 17. & 18. *D. quod. met. caus. gest. Imbert. Enchirid. lit. c. pag.* 89. 2.

*§. 2. Superest, ut admoneamus, quod si ante rem judicatam is, cum quo actum est, satisfaciat actori, officio judicis convenit eum absolvere, licet in ea causa fuisset judicii accipiendi tempore, ut damnari deberet, & hoc est, quod antea vulgo dicebatur, omnia judicia absolutoria esse.*

Quum

QUum actio instituta tantum spectet jus partium litigantium, quidni judex deberet reum absolvere ab actione, si reus offert quodcunque actor sibi deberi prætendit? Facit *l. si reus 73. de procurat. & l. 5. hoc edicto.pr.D.de publican. & vectigal.* Salva tamen pœna, quâ temere litigans puniri debet. *l.13.§.6.C.de judic.* Vide etiam exceptionem apud *Joan. à Sande. lib.1.tit.18.def.1.*

## *DE EXCEPTIONIBUS.*

### TITULUS. XIII.

*Sequitur, ut de exceptionibus dispiciamus. Comparatæ autem sunt exceptiones defendendorum eorum gratia, cum quibus agitur. Sæpe enim accidit, ut licet ipsa persecutio, qua actor experitur, justa sit, tamen iniqua sit adversus eum, cum quo agitur.*

RAtio cur sæpe contra actionem, quæ stricto jure competit, detur tamen exceptio, confirmatur *l.1. §.1.D.de dol. mal.except.* Rectius tamen Tribonianus præmisisset accuratiorem definitionem exceptionis, quæ extat in *l.2.pr.D.except.* his verbis: exceptio est exclusio actionis, scilicet vel pro tempore vel in totum. Hac definitione simul indicatur divisio, de qua in §.8.*h.t.*

*§. 1. Verbi gratia, si metu coactus, aut dolo inductus, aut errore lapsus, stipulanti Titio promisisti, quod non debueras (promittere:) palam est jure civili te obligatum esse: & actio, qua intenditur dare te oportere, efficax est: sed iniquum est*

*te*

*te condemnari. Ideoque datur tibi exceptio, quod metus causa, aut doli mali, aut in factum composita ad impugnandam actionem.*

SUMMARIUM.

Textus comprobatio & quid & quando exceptio in factum sit.

RAtio, cur stipulatio metu inita stricto jure valeat, redditur in *l. si mulier* 21. *§. pen. D. quod met. caus.* Ratio exceptionis est in *l.* 1. *D. eod. Aristot. lib.* 3. *Eth.* 1. De exceptione doli jam dixi in *pr.* De exceptione in factum, quæ competit ei, qui per errorem stipulanti promisit, quod tamen ei, non debebat, agit *l.* 7. *D. de except. dol. mal. & l. si quis* 36. *de V. O.* ubi quidem in casu nostro datur exceptio doli, sed quæ generalis est, & concurrit cum aliis exceptionibus specialibus. *l.* 2. *§. & generaliter* 5. *D. de except. dol.* Dicitur autem hæc exceptio in factum (ut & actio in factum) quando scilicet factum intercessit, quod nõ est justum vel licitum, & tamen non datur actio vel exceptio speciale nomen habens. Quo casu dicunt JCti, competere actionem vel exceptionem in factum. *tot. tit. de præscript. verb.* junct. *l.* 4. *§. adversus* 16. *de dol. mal. except* Quæstiones ad *h. §.* pertinentes vide in *Christm. decis.* 116. *& seqq. disp. nost. ad d. §.* ubi & usum indicamus.

*§. 2. Idem juris est, si quis (quasi) credendi causa pecuniam à te stipulatus fuerit, neque numeraverit. Nam, eam pecuniam à te repetere posse eum, certum est, dare enim te oportet, quum ex stipulatione tenearis. Sed quia iniquum est, eo nomine te condemnari: placet exceptione pecuniæ non*

*non numeratæ te defendi deberi. cujus tempora no* *(secundum quod jam superioribus libris scriptum est) constitutione nostra coarctavimus.*

DE hac exceptione non numeratæ pecuniæ (quæ competit hic ei, qui stipulanti creditori quasi credituro promiserat, se redditurum mutuum) dixi ab unde ad *tit. Inst. de liter. oblig.* Adde *l. 2. §. 3. in fin. de dol. mal. except.*

*§. 3. Præterea debitor si pactus fuerit cum creditore, ne à se pecunia peteretur, nihilominus obligatus manet, quia pacto convento obligationes non omnino dissolvuntur, qua de causa efficax est adversus eum actio, quam actor intendit,* Si appa-ret eum dare oportere. *sed quia iniquum est, contra pactionem eum condemnari: defenditur per exceptionem pacti conventi.*

HÆc confirmantur ex illa ratione, quod pactum duntaxat naturale vinculum obligationis vel liberationis pariat; atque adeo obligationem naturalem & civilem simul tollere nequeat, nisi ope exceptionis. *l. 7. §. 4. l. 27. §. 2. D. de pact.* Sed hæc subtilitas apud Nos usum non habet, ut dixi ad *tit. Inst. quib. mod. toll. oblig.*

*§. 4. Æque si debitor creditore deferente juraverit, nihil se dare oportere: adhuc obligatus permanet. sed quia iniquum est de perjurio queri, defenditur per exceptionem jurisjurandi. In iis quoque actionibus, quibus in rem agitur, æque necessariæ sunt exceptiones, veluti si petitore defe-*

*rente*

*nte possessor juraverit eam rem suam esse, & hilominus petitor eandem rem vindicet. licet im verum sit, quod intendit, id est, rem ejus esse: iquum tamen est possessorem condemnari.*

HÆc comprobantur & illustrantur ex *l.3.pr.* & *l.7. D.de jurejur.* Ratio vero, cur stricto jure debitor ui judicavit, nihilominus conveniri queat, hæc est; uia ut ex pacto, sic etiam ex simplici jurejurando ntum naturale vinculum nascitur. *l.Stich.95.§.natu-l.4.D.de solut.* Usum jam dixi sæpius. Vide etiam quæ dixi *ad §.11.Inst.de act.*

*§. 5. Item si in judicio tecum actum fuerit, ve in rem, sive in personam: nihilominus obliga-o durat, & ideo ipso jure de eadem re postea ad-ersus te agi potest, sed debes per exceptionem rei dicatæ adjuvari.*

QUoniam sententia judicis per se non habeat vim legis aut juris, sed tantum habeatur pro rei veri-te, ideo ipso jure non tollit obligationem. Itaque us absolutus tantum exceptione rei judicatæ tutus telligitur. *tot.tit.de except. rei jud.*

*§. 6. Hæc exempli causa retulisse sufficiat. llioqui quam ex multis variisque causis exceptio-es necessariæ sint, ex latioribus Digestorum seu andectarum libris intelligi potest.*

*§. 7. Quarum quædam ex legibus, vel ex iis uæ legis vicem obtinent, vel ex ipsius prætoris risdictione substantiam capiunt.*

HÆc confirmatione non egent. De ratione dixi nonnihil ad §.2. *de justit. & jur.* Quinim... la definitio exceptionis cum uno atque altero ex... plo sufficiens fuisset. An dentur exceptiones e... gibus proprie dictis, & quænam sint illæ, quæ ... ex SCtis & jure Prætorio, parum curo, quia u... non habent.

*§. 8. Appellantur autem exceptiones ... perpetuæ & peremtoriæ, aliæ temporales & d... toriæ.*

HÆc divisio sumpta est ex *l.2.§ ult.D.h.t.* & c... firmatur præterea aliis legibus *l.5.& 8. C. e... 2.C. sent.resc.non poss.*

*§. 9. Perpetuæ & peremtoriæ sunt, quæ sem... agentibus obstant, & semper rem, de qua ag... perimunt, qualis est exceptio doli mali, & q... metus causa factum est, & pacti conventi, ... ita convenerit, ne omnino pecunia peteretur.*

SUMMARIUM.

Textus probatio, & quid hodie circa except. trium conform. sentent.

HÆc definitio & dicta exempla probantur ex... *D.h.t.* Plures species perpetuarũ exception... vide apud *DD. ad.h.§.* ubi & hanc referunt, quæ... citur trium conformium sententiarum. *l.un.C.ne l... un ead.caus.* Sed ea in praxi non servatur, teste *M... 1.obs.15.Christ. volum. 4. decis. 122.* Disputant ... Interpretes, qua ratione dicantur hæ exceptiones ... petuæ, sed frustra, quia hodie revera sunt perpet... aut saltem esse debent, ut dixi ad *tit. de perpet... temporal.act. & tit.de usucap.*

§. 10. *Temporales atque dilatoriæ sunt, quæ tempus nocent, & temporis dilationem tribuunt: talis est pacti conventi, cum ita convenerit, ne intra certum tempus ageretur, veluti intra quinquennium, nam finito eo tempore non impeditur actor rem exequi. Ergo ii, quibus intra certum tempus agere volentibus objicitur exceptio aut pacti conventi, aut alia similis: differre debent actionem & post tempus agere. Ideo enim & dilatoriæ istæ exceptiones appellantur. Alioqui si intra tempus egerint, objectaque sit exceptio, neque eo judicio quicquam consequebantur, propter exceptionem, neque post tempus olim agere poterant, cum temere rem in judicium deducebant, & consumebant, qua ratione rem amittebant: Hodie autem non ita stricte hoc procedere volumus, sed eum qui ante tempus pactionis vel obligationis litem inferre ausus sit, Zenonianæ constitutioni subjacere censemus, quam sacratissimus legislator de iis, qui tempore plus petierint, protulit: ut & inducias quas ipse actor sponte indulserit, vel quas natura actionis continet, si contempserit: in duplum habeant ii, qui talem injuriam passi sunt, & post eas finitas, non aliter litem suscipiant, nisi omnes expensas litis antea acceperint, ut actores tali pœna perterriti, tempora litium doceantur observare.*

HÆc definitio & hæc exẽpla referuntur quoq; in *d. l.3.D.h.t.* De differẽtia juris veteris & novi circa qui petiit plus tempore, dixi ad §.33.*de act.*ubi & eum vide. Plures species, de quibus Nos disputamus

ad *h.§.* vide in *d. disp.* 24. ubi significamus quoq[ue]
Mores, qui à jure Civili dissentiunt, ratione scilic[et]
temporis intra quod omnes exceptiones opponi [de-]
bent. Vide & *Vinn. ad §. ult. h. t.*

*§. 11. Præterea etiam ex persona sunt di[la-]
toriæ exceptiones, quales sunt procuratoriæ: vel[ut]
si per militem aut per mulierem agere quis vel[it].
Nam militibus, nec pro patre vel matre, vel uxo[re],
nec ex sacro rescripto procuratorio nomine exper[iri]
conceditur: suis vero negotiis superesse sine offe[n-]
sa (militaris) disciplinæ possunt. Eas vero e[x-]
ceptiones, quæ olim procuratoribus propter infam[iam]
vel dantis, vel ipsius procuratoris opponebantur,
cum in judiciis frequentari nullo modo perspex[i-]
mus, conquiescere sancimus, ne dum de iis alterc[a-]
tur, ipsius negotii disceptatio protele tur.*

SUMMARIUM.

Textus probatio & vera | interpretatio cũ refutatione D[D.]

DE procuratoriis exceptionibus loquitur eade[m]
*l. 3. in fin. D. h. t. l. 57. & 62. de procurat.* Qu[od]
*DD.* ex verbis finalibus hujus §. colligunt, Impe[ra-]
torem Justinianũ infames admisisse ad munus pr[o-]
curatoris, plane falsum existimo; quoniam tantu[m]
dicit, quod istæ exceptiones non debeant ipsum n[e-]
gotium principale differre. Quasi dicat, responde[a-]
tur tamen ad ipsam causam, & fiat litis contestati[o],
salva illa exeeptione infamis procuratoris. Sane [si]
Imperator prius illud *DD.* voluisset, tribus verb[is]
suam sententiam proposuisset. Sed hæc de lana c[a-]
prina, ut constat ex *disp. nost. ad h. §. & tit. de iis p[...]*

*qu[...]*

*tos ager*. Uberiorem usum totius *tit.* Vide apud *vron.& Schultz. ad h.t.*

## DE REPLICATIONIBUS.

### TITULUS. XIV.

*Interdum evenit, ut exceptio, quæ prima facie ...sta videtur, (tamen) inique noceat, quod cum ac... ...dit, alia allegatione opus est, adjuvandi actoris ...ratia, quæ replicatio vocatur, quia per eam repli... ...itur, atque resolvitur jus exceptionis: veluti cum ...actus est aliquis cum debitore suo, ne ab eo pecu... ...iam petat, deinde postea in contrarium pacti sunt, ...est, ut creditori petere liceat: si creditor agat, & ...ccipiat debitor, ut ita demum condemnetur, si ...on convenerit, ne eam pecuniam creditor petat: ...ocet ei exceptio. convenit enim ita. namque nihi...minus hoc verum manet, licet postea in contrariũ ...cti sunt. sed quia iniquum est creditorẽ excludi, ...plicatio ei dabitur ex posteriore pacto convento.*

Hæc confirmantur ex *l. si unus 27. §. pactus 2. D. de pact.* ubi & ratio additur, cur stricto jure pactum ...osterius non tollat prius, quia in pactis factum ver...tur. Vide *d. disp. nost. 24. thes. 16.* ubi & usus indi...atur. Replicatio ergo est resolutio vel exclusio ex...ptionis, duplicatio exclusio replicationis, & sic de...ceps. *l. 1. §. 1. & seqq. D. de except.*

*§. 1. Rursus interdum evenit, ut replicatio ...æ prima facie justa est, inique noceat. quod cum ...cidit, alia allegatione opus est, adjuvandi rei ...atia, quæ duplicatio vocatur.*

*§. 2. Et si rursus ea prima facie justa videtur, sed propter aliquam causam actori inique no... at, rursus alia allegatione opus est, qua actor ad... vetur, quæ dicitur triplicatio.*

*§. 3. Quarum omnium exceptionum usu... interdum ulterius, quam diximus, varietas neg... tiorum introducit, quas omnes apertius ex Dig... storum latiore volumine facile est agnoscere.*

SUMMARIUM.

Textus probatio cum usu | vario.

HÆc desumpta videntur ex *d.l.* 1. §. 2. & 3. *D.* ... *except.* Sed Moribus vix ultra duplicatione... proceditur, nisi forsan in duplicatione quid novi ... legatum sit; aut alia gravis causa triplicationem... quadruplicationem concedendam suadeat. Vi... *Schultz. ad h. t.* Aliter proceditur in Gallia, de cuj... consuetudine vide *Baron. ad h. t. part. alt.* Aliter ... Hollandia, de cujus Moribus vide *Vinn. ad hh. §§.* ... liter in hac Provincia Ultrajectina, ubi omnes quæs... ones, sive juris sive facti sunt, conscribuntur **by eysc... antwoordt/ replycq ende duplycq. etc.**

*§. 4. Exceptiones autem, quibus debitor de... fenditur, plerumque adcommodari solent etiam ... dejussoribus ejus, & recte: quia quod ab iis petitu... id ab ipso debitore peti videtur; quia mandati ju... dicio redditurus est eis, quod (ii) pro eo solverin... Qua ratione, & si de non petenda pecunia pacti... quis cum reo fuerit, placuit perinde succurrendu... esse per exceptionem pacti conventi illis quoque ... qui pro eo obligati sunt, ac si etiam cum ipsis pacti...*

esse

*et, ne ab eis ea pecunia peteretur. Sane quadam ceptiones non solent his adcommodari. Ecce em debitor, si bonis suis cesserit, & cum eo credir experiatur, defenditur per exceptionem, si bos cesserit. Sed hæc exceptio fidejußoribus non itur, ideo scilicet, quia qui alios pro debitore obgat, hoc maxime prospicit, ut cum facultatibus psus fuerit debitor, possit ab iis, quos pro eo oblivit suum consequi.*

SUMMARIUM.

Textus confirmatio, & id, si debitor pro se tantum pactus sit de non petendo, cum usu.

)Rima pars hujus §. quâ constituitur, ut exceptio, quæ prodest debitori, plerumque etiam fidejussori us prodesse debeat (quod pleræque sint rei cohæntes) cōprobatur & illustratur ex *l.l.7.§.1.de except.* *§ l.& heredi 21.§.ult & ll.D.de pact.* Altera pars de xceptione cessionis bonorum comprobatur. *arg.d.l.* *pr.D.de except.*junct.*§.ult.de act.* ubi nos latius de ac exceptione. Sed quid, si debitor pro se solo pactus st de non petendo? Dixerim tamen ex jure *Novel-* *e*.4. fidejussorem ante debitorem conveniri non osse, ideoque exceptionem pacti etiam fidejussori rodesse. Ratio est in *l.non.debet* 74.*de R.J. Cujac.in* 22.*de pact.* Quin notat Baro ad *h.t. in fin.* Morius quorundam locorum per exceptionem dilatorim, quæ postea debitori supervenit, ex concessa dilaione creditoris, fidejussores liberari. Quos Mores taen nos vix probare, apparet ex *disp.ad tit. de fide-* *uss.* Qui hodie dent & impetrent cessionem bonoum & dilationem debiti, vide apud *Zyp.in Notit.jur* *Belg. tit. qui bon. ced.&tit.de dilat. Gudelin.de jure* *noviss.lib.4.c.16.in fin.*

*D E*

# DE INTERDICTIS.

## TITULUS. XV.

*Sequitur, ut dispiciamus de interdictis seu acti-onibus, quæ pro his exercentur. Erant autem inter-dicta formæ atque conceptiones verborum, quibus prætor aut jubebat aliquid fieri, aut fieri prohibe-bat. quod tunc maxime fiebat, cum de possessione aut quasi possessione inter aliquos contendebatur.*

### SUMMARIUM.

Textus probatio, illustra- | tio ac usus.

QVod tempore Justiniani loco interdictorum acti-ones de possessione usitatæ fuerint, indicat etia[m] *l. pen. & ult. C. h. t.* Quod jure veteri fuerint formul[æ] atque conceptiones verborum &c. apparet passim [in] *Lib. 43. Pandectar. maxime*, inquit in *d. pr. de posses-sione & quasi possess.* quod confirmatur ex *l. 2. §. 2. D. h. t.* ubi tamen in fin. aut *non tantum* legendum est, aut pro *non* intelligendum non tantum, quod no[n] est infrequens in jure nostro. *l. 3. §. 13. de suspect. tu[t.] l. 9. ad l. Julian. de vi publ. l. 43. ad l. Aquil.* Moribu[s] jus vetus fere in usum revocatum est. Vide *Gail.* [...] *obs. 5. Vinn. ad h. pr. & disp. nost. 25. ad id. pr. Gipha[n.] ad §. ult. h. t.*

*§. I. Summa autem divisio interdictoru[m] hæc est: quod aut prohibitoria sunt, aut restituto-ria, aut exhibitoria. Prohibitoria sunt, quibu[s] prætor vetat aliquid fieri, veluti vim sine viti[o] possidenti vel mortuum inferenti. quo ei jus erat in-ferendi: vel in sacro loco ædificari, vel in flumin[e]*

*publico ripave ejus aliquid fieri, quo pejus navigetur. Restitutoria sunt quibus restitui aliquid jubet, veluti bonorum possessori possessionem eorum, quæ quis pro herede, aut pro possessore possidet (ex ea hereditate:) aut cum jubet ei, qui vi de possessione fundi dejectus sit, restitui possessionem. Exhibitoria sunt, per quæ jubet exhiberi, veluti eum, cujus de libertate agitur: aut libertum cui patronus operas indicere velit, aut parenti liberos, qui in potestate ejus sunt. Sunt tamen, qui putent, proprie interdicta ea vocari, quæ prohibitoria sunt, quia interdicere sit denuntiare & prohibere: restitutoria autem & exhibitoria, proprie decreta vocari. Sed tamen obtinuit omnia interdicta appellari, quia inter duos dicuntur.*

SUMMARIUM.

Probatio textus & usus hodiernus.

HÆc trimembris distributio sumpta videtur ex *l.* 1. §. 1. *D. h. t.* ubi & mixta referuntur, de quibus vide *Cujac.* 4. *obs.* 11. De primo exemplo edicti prohibitorii loquitur *titul.* 4 *Lib.* 43. de secundo *tit. ult. Lib.* 11. de tertio *titul.* 6. *d. Lib.* 43. de quarto *tit.* 12. *d. Lib.* 43. *Digestor.* De primo & secundo exemplo restitutorii edicti dicam latius in §. 3. & 6. *h. t.* Exempla edicti exhibitorii colligi possunt ex *tit. de homin. lib. exhib.* De notatione vel allusione vocabuli, dixi in *d. disput.* 25. *thes.* 1. Moribus pleraque superiorum exemplorum peragi possunt apud Competentem judicem inferiorem, vel per modum actionis, vel interdictionis. Quanquam de eo qui mortuum inferre voluit, dissentiat *Schultz. ad h. t. lit. a.*

*§. 2. Sequens divisio interdictorum hæc est: quod quædam adipiscendæ possessionis causa comparata sunt, quædam retinendæ, quædam recuperandæ.*

HÆc subdivisio sumpta est ex *leg.* 2. *§. ult. D. hoc tit.*

*§. 3. Adipiscendæ possessionis causa interdictum adcommodatur bonorum possessori, quod appellatur,* quorum bonorum, *ejusq; vis & potestas hæc est: ut quod ex his bonis quisque, quorum possessio alicui data est, pro herede aut pro possessore possideat: id ei, cui bonorum possessio data est, restituere debeat. Pro herede autem possidere videtur, qui putat se heredll esse. Pro possessore is possidet, qui nullo jure rem hereditariam, vel etiam totam hereditatem, sciens ad se non pertinere, possidet. Ideo autem adipiscendæ possessionis vocatur interdictum, quia ei tantum utile est, qui nunc primum conatur adipisci rei possessionem. Itaque si quis adeptus possessionem, amiserit eam: hoc interdictum ei inutile est. Interdictum quoque quod appellatur Salvianum, adipiscendæ possessionis causa comparatum est: eoque utitur dominus fundi de rebus coloni, quas is pro mercedibus fundi pignori futuras pepigisset.*

SUMMARIA.

1. Textús probatio & usus
2. Quid hodie de herede ex testamento hic & quid de interd. Salv.?

CUi & contra quem competat interdictum *quorum bonorum*, responsum itidem extat in *l. 1. D. quor. bon.* Pro herede & pro possessore possidere quid 1.
sit, definivit itidem *Ulpianus in l. 11. 12. & 13. pr. D. de pet hered.* Moribus Belgii & Galliæ nec bonorũ possessio, quæ hereditatis petitioni civili similis est, nec interdictum quor. bonor. proprie servatur. *Tholosan. syntagm. lib.* 43. *c.* 2. *Zyp. tit. unde lib. & Vinn. ad §. ult. de bonor. possess. Christin. decis.* 133. *vol.* 4. *n.* 12. Vide tamen *Neostad. decis.* 25. *sup. Senat. & obs.* 22. *de pact. antenupt.* Cæterum heres ex testamento in- 2.
cancellato vel illæso agens contra possessores rerum hereditariarũ, auctoritate Curiæ mittitur etiamnum in possessionem. *l. fin. C. de Edict. D. Had. toll.* Sed heres ab intestato auctoritate Scabinorum. Vide *Jacob. Coren obs.* 10. & 37. Quod attinet edictum Salvianum, illud refertur & explicatur in *tit. ult.* 43. *D.* & *tit.* 9. *Lib.* 8. *Cod.* Hodie nec hoc in usu, sed tantum actio datur contra possessorem pignoris, cum actori pignus restituit, modo de oppignoratione probatum sit. Vide *Christin decis.* 145. *n.* 1. *vol.* 4. An tamen primo debitor principalis ante possessorem pignoris excuti debeat, hic non disputo. Vide *nostra ad §. 7. de act. & Vinn. ad. h. §.*

*§. 4. Retinendæ possessionis causa comparata sunt interdicta,* uti possidetis, & utrubi, *cum ab utraque parte de proprietate alicujus rei controversia sit: & ante quæratur uter ex litigatoribus possidere, & uter petere debeat. Namque*

*nisi*

*nisi ante exploratum fuerit, utrius eorum possessio sit: non potest petitoria actio institui: quia & civilis, & naturalis ratio facit, ut alius possideat, & alius à possidente petat. Et quia longe commodius est (& potius) possidere, quam petere: ideo plerumque & fere semper ingens existit contentio de ipsa possessione. Commodum autem possidendi in eo est, quod etiamsi ejus res non sit, qui possidet: si modo actor non potuerit suam esse probare, remanet (in) suo loco possessio: propter quam causam, cum obscura sunt utriusque jura: contra petitorem judicari solet. Sed interdicto quidem* uti possidetis, *de fundi vel ædium possessione contenditur:* utrubi *vero interdicto, de rerum mobilium possessione. Quorum vis ac potestas plurimam inter se differentiam apud veteres habebat. Nam* uti possidetis *interdicto is vincebat, qui interdicti tempore possidebat: si modo nec vi, nec clam, nec precario nactus fuerat ab adversario possessionem: etiam si alium vi expulerat, aut clam arripuerat alienam possessionem, aut precario rogaverat aliquem, ut sibi possidere liceret.* utrubi *vero interdicto is vincebat, qui majore parte ejus anni, nec vi, nec clam, nec precario ab adversario possidebat. Hodie tamen aliter observatur. Nam utriusque interdicti potestas (quantum ad possessionem pertinet) exæquata est: uti ille vincat, (&) in re soli, & in re mobili, qui possessionem nec vi, nec clam, nec precario ab adversario litis contestatæ tempore detinet.*

SUM-

SUMMARIUM.

Textus comprobatio, usus, | jus Canon. ejusque Mores.

NAturam & definitionem horum interdictorum videre quoque est in *tit. P. uti possid. & tit. utrubi. antepenult. Lib.* 43. *D*. Hodie interdictum uti possid. vulgo **een mandament van maintenu**/ ut olim à Prætore, sic Moribus à Curia impetrari debet. Jure Canon. (quod Mores fere sequuntur, testantibus *DD.* quos numerat hic *Vinn.*) in hoc casu quando duo cōtendunt de possessione, ei adjudicatur & defenditur possessio, qui probavit possessionem justiorem & antiquiorem. *c. licet. ext de probat. Perez. ad tit.* 6. *c.* 8. Latiorem probationem, explicationem & usum vide in *disp. nost. ad h.* §. *& Baron. ad h. t. Zyp. tit. de caus. possess. & propriet. Gudelin. lib.* 4. *c.* 2. *Christin. decis.* 131. *& seq. vol.* 4. Quid in beneficialibus obtineat, vide apud *Jacob. Coren. observ.* 6.

§. 5. *Possidere autem videtur quisque, non solum si ipse possideat, sed & si ejus nomine aliquis in possessione sit, licet is ejus juri subjectis non sit, qualis est colonus & inquilinus. Per eos quoque apud quos deposuerit quis, aut quibus commodaverit, ipse possidere videtur. Et hoc est, quod dicitur, retinere possessiones aliquem per quemlibet, qui ejus nomine sit in possessione. Quinetiam animo quoque solo retineri possessionem placet: id est, ut quamvis neque ipse sit in possessione, neque ejus nomine alius: tamen si non relinquendæ possessionis animo, sed postea reversurus inde decesserit, retinere possessionem videatur: Adipisci vero possessionem per quos aliquis potest, secundo libro expo-*

*exposuimus. Nec ulla dubitatio est, quin anim[o] solo adipisci possessionem nemo possit.*

SUMMARIUM.

Textus probatio cum usu | remissive.

NOs per colonum, inquilinum, depositarium & commodatarium possidere & retinere possessionem, & generaliter per quemcunque qui nostro nomine possidet, responsum etiam est in variis locis. *l. 6. §. 2. D. de precar. l. 9. gener. l. quod meo 18. l. qui univ. 30. §. ult. de adq. poss.* Porro solo quoque animo retineri possessionem, licet nec ipsi domini, nec alii illorum nomine in possessione sint, probatur ex *l. 6. §. ult. D. & l. 4. C. eod.* Denique possessionem solo animo adquiri non posse, certissimum est, & scriptum est in *l. possident 3. §. 6. in fin. D. de adq. poss.* Usum vide in *d. disp. nost. thes. 3. in fin. & thes. 4.*

*§. 6. Recuperandæ possessionis causa solet interdici, si quis ex possessione fundi vel ædium vi dejectus fuerit: Nam ei proponitur interdictū* unde vi, *per quod is, qui dejecit, cogitur ei restituere possessionem: licet is ab eo, qui vi dejecit, vi vel clam vel precario possideat. Sed ex constitutionibus sacris (ut supra diximus) si quis rem per vim occupaverit, siquidem in bonis ejus est, dominio ejus privatur. si aliena, post ejus restitutionem, etiam æstimationem (rei) dare vim passo compellitur. Qui autem aliquem de possessione per vim dejecerit: tenetur lege Iulia de vi publica: sed de vi privata, si sine armis vim fecerit, sin autem cum armis eum de possessione vi ex-*

*pu-*

*pulerit, de vi publica (tenetur.) Armorum autem appellatione non solum scuta, & gladios, & galeas, sed & fustes, & lapides significari intelligimus.*

SUMMARIUM.

Textus probatio & usus | hodernus.

DE hoc interdicto unde vi agit. *tot. tit. D. de vi & de vi armat.* quod hodie etiam à Curia petitur, & vulgo vocatur **een mandament van complaincte ofte spolii**. Vide Hogerbeets tract. **van het aenleggē etc.** *tit. possessoir* &c. *Merul. lib. 4. distinct. 4. sect.* 1. *tit.* 3. *c.* 5. *& sect.* 3. *tit.* 1. *c.* 2. Ulteriorem usum, probationem & explanationem hujus §. vide in *d. disp. nostr. ad h. §. thes.* 5. *Christin. dec.* 135. *& seqq. vol.* 4. *Rebuff. de mater. possessor.* De constitutionibus Impp. quæ vim quoque puniunt, dixi ad *tit. de vi bonor. rapt.* De lege Julia de vi publ. & privat. dicam latius in *tit. de public. judic.*

*§. 7. Tertia divisio interdictorum hæc est, quod aut simplicia sunt, aut duplicia. Simplicia sunt, veluti in quibus alter actor, alter reus (est.) qualia sunt omnia restitutoria aut exhibitoria: Nam actor is est, qui desiderat aut exhiberi, aut restitui: reus autem is est, à quo desideratur, ut restituat, aut exhibeat. Prohibitoriorum autem interdictorum alia simplicia sunt, alia duplica. Simplicia sunt, veluti cum prætor probibet in loco sacro, vel in flumine publico ripave ejus aliquid fieri. Nam actor est, qui desiderat, ne quid fiat: reus est, qui aliquid facere conatur. Duplicia sunt veluti* uti possidetis *Interdictum &* utrubi. *Ideo*

*autem*

*autem duplicia vocantur, quia par utriusque litigatoris in his conditio est, nec quisquam præcipu reus vel actor intelligitur: sed unusquisque tam re quam actoris partes sustinet.*

HÆc divisio sumpta videtur ex *l.2.pr.D.h.t.* Effectum & usum ejus vide in *disp. nost.25.thes.* 6 Novam divisionem in tota Europa receptam vide apud *Giphan. ad* §. *ult. h. t.*

*§. 8. De ordine & vetere exitu interdictorum supervacuum est hodie dicere. Nam quotiens extra ordinem jus dicitur (qualia sunt hodie omnia judicia) non est necesse reddi interdictum: sed perinde judicatur sine interdictis, ac si utilis actio ex causa interdicti reddita fuisset.*

SUMMARIUM.

Textus probatio ac illustratio.

MAgna pars hujus §. supra in *pr.h.t.* probata est. Restant verba parenthesi inclusa confirmanda ex *l.2.C.de pedan. judic.* Potuit ergo & solet Prætor jure veteri judices dare pedaneos, exceptis quibusdā casibus, quibus ipse Prætor extraordinaria cognitione cognoscebat. *tot.tit.de extraordin.cognit.& tot.tit.4.& 6.Lib.4.D.* Sed tempore Justiniani ut tempore Diocletiani & Maximiniani Præses vel Prætor ipse judicare debebat, nisi utilitas publica vel multitudo causarum impedimento esset. *d.l.2.* junct *h.§.nost.*

# *DE POENA TEMERE LITIGANTIVM.*

## TITULUS. XVI.

*Nunc admonendi sumus, magnam curam egisse eos, qui jura sustinebant, ne facile homines ad litigandum procederent: quod & nobis studio est. Idque eo maxime fieri potest, quod temeritas tam agentium, quam eorum, cum quibus agitur, modo pecuniaria pœna, modo jurisjurandi religione, modo infamiæ metu coercetur.*

### SUMMARIUM.

Textus probatio & varii mores, cum sententia Auctoris.

SEntentia hujus *pr.* variis juris nostri locis confirmatur, quæ vide apud *Giphan. ad h. pr.* Adde & *Arist. 2. polit. & DD. ad h. §.* quos Mores sequuntur diversimode. Sane haud istiusmodi pœnam statuendam esse, quæ litigantes plane deterreat, & illorum justitiam reprimat, quilibet æquus arbiter judicabit. Mallem ergo litigantes & appellantes mulctari post sententiam, quam cogi ad depositionem pecuniæ ante litem contestatam. Vide *Fest. in verb. sacrament. Paul. lib. 5 sent. in fin. & ibi Cujac. Bodin. de Repub. lib. 6. c. 2. pag.* 1036.

*§. 1. Ecce enim jusjurandum omnibus, qui conveniuntur, ex constitutione nostra defertur. Nam reus non aliter suis allegationibus utitur, nisi prius juraverit, quod putans se bona instantia uti, ad contradicendum pervenit. At adversus infi-*

*ciantes, ex quibusdam causis dupli (vel tripli) actio constituitur, vel uti si damni injuria, aut legatorum locis venerabilibus relictorum nomine agatur. Statim autem ab initio pluris, quã simpli est actio veluti furti manifesti, quadrupli: nec manifesti dupli. Nam ex his & aliis quibusdam causis (sive quis neget, sive fateatur) pluris quam simpli est actio. Item actoris quoque calumnia coercetur. Nam etiam actor pro calumnia jurare cogitur ex nostra constitutione. Utriusque etiam partis advocati jusjurandum subeunt: quod alia nostra constitutione comprehensum est. Hæc autem omnia pro veteri calumniæ actione introducta sunt, quæ in desuetudinem abiit: quia in partem decimam litis actores multabat; quod nusquam factum esse invenimus, sed pro his introductum est (&) præfatum jusjurandum, & ut improbus litigator (&) damnum, & impensas litis inferre adversario suo cogatur.*

SUMMARIA.

1. Textus probatio & usus cum censura circa consang.
2 Quid hodie servetur circa jusjur. calumniæ?

1. DE juramento calumniæ quod reo defertur, loquitur *l. 2. C. de jurejur. propt. calum.* De actionibus in duplum, triplum & quadruplum dixi ad § 23. *& seqq. de act*: De jurejurando propter calumniam actoris & Advocatorum disponit. *d. 2. & l. 14. §* 1. *C. de judic.* De veteri actione calumniæ, qua litigatores decima parte litis mulctabantur, agit *l. 3. C. Hermog. de calumn. & Nov.* 112. ubi Justianus eam in usum

ısum reducere tentavit. Improbum litigatorem, qui ine probabili causa litigavit, condemnandum esse in omne damnum datum, vult *tot.tit.C.de fruct.& lit. expens l.eum quem* 79.*D.de judic.& l.properand.* 13. *l.sive autem* 6. *c.eod.c.fin.litib.* 5.*ext.de dol.& contum.* Quod & Moribus Belgii servatur, sed cur sæpius inter consangnineos fiat condemnatio expensis compensatis, plane me fugit. Quinimo cognatus, qui absque probabili causa litigavit cum cognato, gravius coercendus videtur, quam extraneus; salvo tamen arbitrio judicis. Quo inclinat etiam *Zyp. d.tract. tit. de Fructib.& lit. expens.* cui adde *d.Zyp.de jure pontif. lib.*2.*tit.de dol.& contum.Schultz.ad h.t.c.Gail.*1.*obs* 152.*num.*8. De mulcta decimæ partis lit. deque usu ejus vide *Zyp.tit.de jur.calumn.Bus. ad l.*1.*de his qui not.infam.* Quod attinet jusjurand. calumniæ, illud 2. hodie in plerisque Tribunalibus & Curiis tantum ab Advocatis exigitur, sed duplici modo: primo cum matrici seu albo Advocatorum inscribuntur: secundo singulis annis renovandū. Quin tamen judex, causa urgente, in qualibet litis instantia cuilibet injungere possit, nullus dubito. Vide *Gudelin.de jure noviss. lib.*4.*c.*8.*Christ.decis.*147.*vol.*2.*Vinn.ad h.§. Schultz. & Baron.ad h.t.* ubi Mores variantes videre est. Adde & *disp.nost. ad h. §. & Baron. ad h. t. part. alt. & Schultz. lit.e.Joann. à Sande.lib.*1.*tit.*9. *def.* 1.2. & 3.

*§. 2. Ex quibusdam judiciis damnati, ignominiosi fiunt: veluti furti, vi bonorum raptorum, injuriarum, de dolo, item tutelæ, mandati, depositi, directis, non contrariis actionibus. Item pro socio, quæ ab utraque parte directa est: & ob id quilibet ex sociis eo judicio damnatus, ignominia notatur. Sed furti quidem, aut vi bonorum raptorum aut in-*

*juriarum, aut de dolo: non solum damnati notantur ignominia: sed & pacti, & recte: plurimum enim interest, utrum ex delicto aliquis, an ex contractu debitor sit.*

SUMMARIUM.

Textus probatio, ratio & | usus cum nota jur. Rom.

HÆc magna ex parte sumpta sunt ex *l.* 1.4.*& seqq ll.* 3. *D. de his qui not. inf.* Ratio cur fures, raptores injuriantes & auctores doli fiant infames, omnibu perspicua est. Ratio cur in directis actionibus tutela mandati, &c. condemnatos sequatur infamia, in con trariis actionibus secus, hæc dari potest; quia in illi agitur de fide rupta, in his tantum de calculo *l.* 5. *pr depos. & d. l.* 5. *&* 6. *de his qui not. infam.* Verum vix est, ut hæc posterior pœna apud Belgas servetur, cum nimis acerba videatur, nisi alia quædam gravior concurrant, quæ arbitrio judicis relinquo. Vide *Zyp tit. ex quib. caus. infam* Quod autẽ pacti de furto ve rapina fiant etiam infames, debet de pactis intellig eorum, qui data pecunia transegerunt. *d. l.* 6. §. 3. *de hi qui not. infam.* Sed cur tum magis, quamsi gratis pa cto remissa sit actio furti? Vide *disp. nost. ad d* §. 3. *l.* 6

*§. 3. Omnium autem actionum instituendarum principium, ab ea parte edicti proficiscitur, qua prætor edicit de in jus vocando. Utique enim in primis adversarius in jus vocandus est: id est ad eum vocandus, qui jus dicturus sit. Qua parte prætor parentibus & patronis, item parentibus liberisque patronorum & patronarum hunc præstat honorem, ut non aliter liceat liberis libertisque eos*

in

*in jus vocare, quam si id ab ipso prætore postulaverint & impetraverint. Et si quis aliter vocaverit, in eum pœnam solidorum quinquaginta constituit.*

DE vocatione in jus, quod sit initium judicii instituendi, probavi in *d. disp. nost. ad h. §.* An & quando omitti possit, dixi *ibid. & in disput. 4. P. ad tit. de in jus voc.* De vocatione parentum & patronorum dixi ad §. 12. *de act.* Mores Belgicos circa vocationem in jus introductos vide apud *Vinn. ad h. §. & Zyp. in Notit. jur. Belg. tit. de in jus voc. Bus. ad tit. de in jus voc. & ad l. 68. & 73. de judic. Gail. 1. obs. 48. & seqq. Christin. ad ll. Mechlin. tit. 1. art. 18. & tit. 13. art. 5. & seqq. & decis. 89. & seqq. vol. 2.*

## *DE OFFICIO IUDICIS.*

### TITULUS. XVII.

*Superest, ut de officio judicis dispiciamus, Et quidem in primis illud observare debet judex, ne aliter judicet, quam legibus, aut constitutionibus, aut moribus proditum est.*

SUMMARIA.

Textus vera interpretatio, probatio et usus.
2. Quid de sententia quæ contra ll. pronunciata est.
3 Quid si iniqua videatur, & tamen à Principe adprobetur.

QUidam hæc accipiunt de officio judicis pedanei, sed male; quia nec prætor directe contra leges & consuetudines judicare potuit, sed tantum pro re nata aliquando non nihil à jure civili discedere, hoc est, contra strictum jus ex æquo & bono judicare. *l.* 7. 1.

*§.1.de justit.& jur.l.1.in fin. D. ex quib. caus. major*
& sic intellige *Auth. hodie.C.de judic.Nov.8.& 12*
Moribus Belgii Judices quoque secundum leges mu-
nicipales & statuta judicare oportet, sed si ex illi
causa decidi nequeat, proceditur eo ordine, quem si-
gnificavi ad *tit.2.Lib.* 1. Adde *Schultz. ad h. t. lit.*
*Baron.ad eund.part.alt.* Cæterum sententiæ contr
statuta vel jus commune pronunciatæ hodie non
sunt ipso jure nullæ, sed ope appellationis rescinden-
2. dæ sunt. *Christ.vol.4.dec.117.Tulden.ad tit.C. quand.*
*prov.non est nec.Vinn.ad h.pr.n.* 4. *Zyp.tit.de appell.*
*& sub fin.* Verumenimvero id quod contra ratio-
nem vel legem naturalem est, ne momento quidem
subsistere debet, ideoque nec sententia judicanda.
1.§.2.*D.quæ sent.sine app.& tot.tit. C. quand.prov*
*non est necess.* Scio quidem eadem opera, iisdem que
sumptibus nullitatem probari, quibus a dstruitur er-
ror sententiæ; sed scio & hoc servandum, dicendum-
que, quod justum est. Sed quid, si lex vel consuetudo
3. judici iniqua videatur, potestne tamen juxta eam sal-
va conscientia pronunciare? Minime, sed osten-
dat iniquitatem Principi, aut Illis, qui in unaquaque
Provincia loco Principis sunt. *l.1.C.de ll.* Sed quid, si
Illi eandem justam existiment? deponat tunc offici-
um judicis, quia præstat jacturam facere dignitatis
quam conscientiæ. Quæ ratio & ipsos Executores
sententiarum movere potest, ideoque haud absurde
ipsis in gravioribus causis documenta & probationes
ostenduntur. Vide omnino *Zepper.de ll.Mosaic.lib.*
*5.c.1.& aliquot. seqq.*

§. 1. *Ideoque si noxali judicio aditus est, observare debet, ut si condemnandus videtur dominus, ita debeat condemnare,* Publium Mevium Lucio Titio in decem aureos condemno, aut noxam dedere. Quo

QUo pacto judex se gerere debeat in actione noxali, dixi supra ad *tit. de noxal. act.*

*§. 2. Et sit in rem actum si (coram judice:) sive contra petitorem judicaverit: absolvere debet possessorem, sive contra possessorem, jubere ei debet, ut rem ipsam restituat cum fructibus. Sed si possessor neget in præsenti se restituere posse, & sine frustratione videbitur tempus restituendi causa petere, indulgendum est ei: ut tamen de litis æstimatione caveat cum fidejussore, si intra tempus quod ei datum est, non restituerit. Et si hereditas petita sit, eadem circa fructus interveniunt, quæ diximus intervenire de singularum rerum petitione. Illorum autem fructuum, quos culpa sua possessor non perceperit, (sive illorum,) quos perceperit: in utraque actione eadem ratio pæne habetur, si prædo fuerit. Si vero bonæ fidei possessor fuerit, non habetur ratio (neque) consumptorum, neque non perceptorum. Post inchoatam autem petitionem, etiam illorum (fructuum) ratio habetur, qui culpa possessoris percepti non sunt, vel percepti consumpti sunt.*

## SUMMARIA.

1 Textus probatio ac usus.
2 Quid hic circa bonæ & mal. fid. poss. servandum sit?

QUod possessor rei controversæ, actore non probante, absolvi debeat, dixi ad §. 1. *de action.* condemnari autem debeat (si scilicet condemnandus est) ut rem restituat cum sua causa, id est, cum omnibus fructibus & accessionibus, probaur ex *l. Julian.* 17. §.

1.& *l.præterea* 20.*de R.V.* Quod si possessor ob ju
stum impedimentum statim reddere nequeat, da
ei tempus potest arbitrio judicis; sed dato tamen f
dejussore,qui conveniri potest, si intra præscriptum
1. tempus res restituta non sit. *d.§.* 2.Secus est in actio
ne personali, præsertim in ea,ubi species reddend
non est. *l.ult C.de usur. rei jud.* de qua, ejusque us
dixi ad § 2.*de Verbor. obligat.*Mores Hollandiæ vid
apud *Vinn.ad h.§.* Sed probo illos Mores, quibus re
vel pecunia arbitrio judicis restituitur, ut dixi in *d*
2. *sputat.ad tit. de V.O.* Porro de fructibus,quos ve
bonæ fidei possessor universalis vel particularis , &
malæ fidei possessor restituere debeat, vel non de
beat, dixi ad §. 29. & 30. & 35. *Institut. de rerum*
*divis.* Tantum hic significabo,cur Justinianus pœn
eadem jura in *petit.hered.*quæ in *Rei vind.* (quod ad
fructus scilicet)constituta dixerit. Ideo,inquam,dixi
pœne, quia fructus augeant ipsam hereditatem,non
rē singularem.*l.Itē ven.* 20.§.3.*de pet.her.l.2.C.eod.l*
178.§.1. *de V.S.* Aliam rationem differentiæ ex *l.*25
§.7.*D.de petit.hered.* tradit *Schultz. ad h.t.lit. b.* U
ut sit,probo sententiam *d.l.*25.§.7.ac si ibi jus novum
referatur, sed cum in universali,tum particulari pos
sessore,ita ut fructus præstandi veniant à die citatio
nis & editæ actionis. Vide tamen *nostra ad* §.35.*Inst*
*de rer.divis.*

§.3. *Si ad exhibendum actum fuerit, non suffi-*
*cit, si exhibeat rem is cum quo actum est : sed opus*
*est, ut etiam rei causam debeat exhibere, id est, ut*
*eam causam habeat actor, quam habiturus esset, si*
*cum primum ad exhibendum egisset, exhibita res*
*fuisset. Ideoque si inter moras (exhibendi) usucap-*
*ta sit res à possessore, nihilominus condemnabitur.*

*Præ-*

*Præterea fructum medii temporis, id est, ejus quod post acceptũ ad exhibendum judicium ante rem judicatam intercesserit, rationem habere debet judex. Quod si neget reus, cum quo ad exhibendum actũ est, in præsenti se exhibere posse, & tempus exhibendi causa petat, idq; sine frustratione postulare videatur, dari ei debet, ut tamen caveat se restiturum: quod si neque statim jussu judicis rem exhibeat, neque postea exhibiturum se caveat, condemnandus sit in id, quod actoris intererat, si ab initio res exhibita esset.*

SUMMARIUM.

Textus probatio, limitatio | ac usus.

DAmnandum actione ad exhibend. non tantum rem, sed etiam in rei causam condemnari debere, præcipit quoque *l. Julian.* 9. §. *quantum* 5. *D. ad exhibend. junct. d.l.* 20. *de R.V.* ita ut nec usucapio post moram rei impleta obstet. *d. l.* 9. §. 6. *eod.* De casu, quo res ob justam causam statim exhibere nequeat, dixi ad §. 2. *h.t.* Sed si reus nec jussu judicis restituat, nec caveat, dãnatur in id quod actoris interest. *d.* §. 3. & *d.l.* 9. § *ult. ad exhibend.* junct. *l.* 2. §. 1. *D. de in lit. jur.* ex qua hic locus in fin. omnino explicandus & limitandus est. Moribus Belgii actio ad exhibendum, quatenus fuit præparatoria ad rei vindicationẽ, in usu non est; sed pars est rei vindicationis, cum qua & olim cumulari solet. Vide *Christin. vol.* 2. *decis.* 19. & *seqq.* & *Perez. ad tit C. ad exhibend. junct* tamen *Deckher. lib.* 1. *dissertat.* 15. Jusjurand. in litem hodie in act. ad exhib. vel alia actione, in qua res domino restituenda est, non habere usum, dixi ad §. 31. *de act.* Vide & *Vinn. ad* §. 2. *h. t.*

*§. 4. Si familiæ erciscundæ (judicio) actum sit: singulas res singulis heredibus adjudicare debet, & si in alterius persona prægravare videatur adjudicatio: debet hunc invicem coheredi certa pecunia (sicut jam dictum est) condemnare. Eo quoque nomine coheredi quisque suo condemnandus est quod solus fructus hereditarii fundi perceperit, aut rem hereditariam corruperit, aut consumpserit. Quæ quidem similiter inter plures quoque, quam duos coheredes, subsequuntur.*

SUMMARIUM.

Textus probatio & ratio.

QUoniam res hereditariæ sæpe ita dividi non possunt, ut singulæ singulis æqualiter tribuantur, placuit cum in hac tum in *seqq.* actionibus judicem posse (adjudicatâ scilicet certa pecunia parti gravatæ) æqualitatem servare. *l.* 23. *l.* 52. § 2. & *l.* 55. *D. famil. ercisc.* Præterea in præstationibus personalibus secundum æqualitatis normam judicandum esse, jubent etiam *l.* 16. §. *pen. l.* 18. §. 3. *l.* 25. §. 15. & 18. *l.* 44 §. 5. *D. fam. ercisc.* ut dixi quoque ad §. 3. & 4. *de obligat. quæ quas ex cont.* & *ad* §. 20. *de act.* ubi usum hujus §. vide.

*§. 5. Eadem interveniunt, & si communi dividundo de pluribus rebus actum sit. Quod si de una re, veluti de fundo: siquidem iste fundus commode regionibus divisionem recipiat: partes ejus singulis adjudicare debet, & si unius pars prægravare videbitur, is invicem certa pecunia alteri con-*

*ndemnandus est. Quod si commode dividi non ossit, veluti si homo forte, aut mulus erit, de quo ctum sit, tunc totus uni adjudicandus est, & is in- icem alteri certa pecunia condemnandus est.*

SUMMARIUM.

Textus probatio cum quæ- | stion. & usu remissive.

HÆc confirmata videri possunt per ea quæ dicta sunt ad §. *præced.* Sed & alia, quæ in specie faci- nt ad *h.* §. probandum & illustrandum, addere lubet. Videatur ergo *d. l.* 55. *fam. ercisc. l* 3. 4. §. 3. *l.* 6. & 7. *r. D. comm. divid.* & *l.* 1. & 3. *C. eod.*

§. 6. *Si finium regundorum actum fuerit, de- bicere debet judex, an necessaria sit adjudicato, uæ sane uno casu necessaria est, si evidentio- ibus finibus distingui agros commodius sit, uam olim fuissent distincti. Nam tunc necesse est x alterius agro patrem aliquam alterius agri do- nino adjudicari, quo casu conveniens est, ut is al- eri certa pecunia debeat condemnari. Eo quoque omine condemnandus est quisque hoc judicio, quod orte circa fines aliquid malitiose commisit, verbi ratia, quia lapides finales furatus est, vel arbores inales excidit. Contumaciæ quoque nomine quis- que eo judicio condemnatur: veluti si quis jubente udice metiri agros passus non fuerit.*

HÆc comprobantur ex *l.* 2. & 3. & *l.* 4. §. 3. & 4. *D. fin. regund. l.* 1. & 3. *C. eod.* Reliqua vide ad §. 20. *Inst. de act.* Quæstionem utilem & non incongrue huc pertinentem, vide in *disp. nost. ad h.* §. *thes.* 12. De actio-

actione extraordinaria, qua etiam conveniri potest qui malitiose fines agrorum mutavit, nihil dicam; qu pœna ejus hodie arbitraria est. *Zyp.tit.de pœn.* Vic tamen *Deut.* 19. 14. *&* 27. 17. *Dion. Halic. lib.* *Schultz. ad tit. de act. lit. o.* Usum latiorem disce e *Bus. ad l. 1. fin. regund.*

§. 7. *Quod autem istis judiciis alicui adju dicatum fuerit, id statim ejus fit, cui adjudicatum est.*

SUMMARIUM.

Textus comprobatio, & usus cum censura Auctor. & monito.

HÆc manifeste confirmantur ex *fragment. Ulpi ani tit. de domin. & adquisit. rer.* 20. §. *ad judic* 15. & usu recepta videntur. *Zyp. t. de Rei vind. & adq. rer. dom.* Sed cur nõ etiam in cæteris actionibus statim post sententiam judicis res judicata intelligitur ejus, cui adjudicata est? Sane jure gentiũ ita servari oportet, saltem post elapsa tempora appellationis, ut dixi ad §. 3. *de empt. & vend.* Audivimus, quomodo judex in dictis actionibus judicare debeat, de cæteris idem judicium esto secundum naturam cujusque actionis. Sed inprimis ante oculos habeat judex præceptum Dei, quod extat *Levit.* 19. *v.* 15. *Proverb.* 24. *v.* 23. junct. *Zepper. de ll. Mosaic. d. loc. & Zyp. de jud. magist. &c.* Plura de judiciis & judicibus vide apud *Tholosan. Syntagm. lib.* 47 *& seqq.*

DE

# *DE PVBLICIS IVDICIIS.*

## TITULUS. XVIII.

*Publica judicia neque per actiones ordinantur, neque omnino quicquam simile habent (cum) cæteris judiciis, de quibus locuti sumus: magnaque diversitas eorum est & in instituendo, & in exercendo.*

### Summarium.

Textus probatio, illustra- | tio et usus.

PUblica judicia instituta fuisse per accusationem, cui subscriptio in crimē adjecta erat, probatur *tot. tit. de public. & tot. tit. de accusat. inscript.* ex quibus etiam reliqua hujus §. comprobantur & illustrantur. Moribus nostris quomodo publica judicia exerceantur, partim apparet ex *Bus. ad l. 1. de accusat. &* notis nostris ad *h. t.* partim ex disp. *nost. ad eund. tit.* Vide etiam *nostra ad tit. Inst de suspect. tut.* De veteri forma publicorum judiciorum si quis plura desiderat, Auctores adeat, qui proprio tractatu eam prosequuti sunt, *Carol. Sigon. Grach. lib. 1. de comit. Roman. c. 2. Brisson. lib. 2. select. antiq. c. 1.*

§. 1. *Publica autem dicta sunt, quod cuivis ex populo executio eorum plerumque datur.*

### Summarium.

Cur hæc judicia publica, | eorumque usus.

QUod judicio publico fere quilibet ex populo experiri potuerit, traditur in *l. palam* 43. §. *Senatus*

10.*D.de rit.nupt.* junct.*l.* 8.9. *& seqq. D.de accu*
Sed an propterea publica dicta sint, nusquam repe
Rectius saltem dicuntur publica, quia ex legibus
blicor. judiciorum descendunt. *l.*1.*D.h.t.* Morit
hæc non dari cuilibet ex populo, sed tantum P
curatoribus fisci, Prætoribus Civitatum vel A
Personis publicis ad delictorum inquisitiones
tis, diximus in *d. disp.nost.ad h.t.thes.*2. Vide eti
*Zyp.in Notit.jur.Belg.tit.de pæn.Gudel. ad R.J.c*
*ult.n.*6.

§. 2. *Publicorum judiciorum quædam capi lia sunt, quædam non capitalia. Capitalia dicim quæ ultimo supplicio afficiunt (homines,) vel (et aquæ & ignis interdictione, vel deportatione, metallo. Cæterca, si quam infamiam irrogant, cu damno pecuniario: hæc publica quidem sunt, n tamen capitalia.*

SUMMARIUM.

Textus confirmatio ejus- | que usus in Belgio.

HÆc divisio sumpta est ex *l.public.*2.*D.h.t.* R
peritur & apud Belgas talis divisio, quia cert
pœnæ sæpe proponendæ sunt, ut scelerati deterrea
tur. Sed quoniam delicta variæ plerumque circun
stantiæ concomitantur, quæ pœnam vel molliendar
vel asperandam suadent, nefas est dubitare, quan
libet fere pœnam & modum ejus hodie recte in a
bitrio judicis esse. *Zyp.tit. de pæn. Gudel.lib.*5.*c.*1
*de jure noviss.* Vide tamen *Baron. ad h.t. part. al*
*Schultz.ad eund.tit. Argentr.ad cons. Britann. ar*
278. De morte civili per interdiction. aquæ & ig
vel deportationis inflicta, dixi ad §.2.*de capit. dem*
*nut.*

§. 3

*§. 3. Publica autem judicia hæc ſunt, lex Iulia majeſtatis, quæ in eos, qui contra Imperatorem vel rempublicam aliquid moliti ſunt, ſuum vigorem extendit. Cujus pœna animæ amiſſionem ſuſtinet, & memoria rei etiam poſt mortem damnatur.*

DE hoc graviore crimine læſæ Majeſtatis, deque ejus ſingulari pœna loquuntur *l. 1. & 3. ſeqq. l. ult. D. ad l. Jul. Majeſt. C. quiſquis 5. C. eod. l. 11. §. 3. D. de his qui not. inf. Cic. pro Rabir. 1. Philip. & in Piſon.* Quomodo hoc crimen hodie puniatur, & puniri debeat, vide in *diſp. noſt. ad h. §. Perez. ad h. t. Cod. Zyp. in Notit. jur. Belg. h. t. & ſeqq. Chriſt. decis. 196. vol. 4. Ant. Fabr. ad lib. 9. C. tit. 6. def. 1. & ſeqq.*

*§. 4. Item lex Iulia de adulteriis coercendis, quæ non ſolum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, ſed & eos, qui cum maſculis nefandam libidinem exercere audent. Sed eadem lege Iulia etiam ſtupri flagitium punitur, cum quis ſine vi vel virginem, vel viduam honeſte viventem, ſtupravit. Pœnam autem eadem lex irrogat ſtupratoribus, ſi honeſti ſunt, publicationem partis dimidæ bonorum: ſi humiles, corporis coercitionem cum relegatione.*

SUM-

SUMMARIA.

1. Textus probatio & interpolatio.
2. Quid jure Divino, Canon. & Moribus circa ad... ter. vener. masc. & stupr... cautum sit.

1. QUod jure civili non committatur adulterium... si cum nupta, demonstrat *l.6.§.1.l.34.§.1.D...* *l. Jul.de adulter l.1.C.eod.&l.inter stupr.101.de ...* Sed quod pœna gladii ex l. Julia veniat, nusquam ... pressum est. Ergo hic textus à Triboniano inter... latus videtur. Fuit autem adulterium capitale, non ... lum tempore Justiniani, sed etiam Dioclet. & Ma... min. *l.18.C. de transact.* etiam tempore Consta... ni, qui primum pœnam gladii introduxisse videt...
2. *l.quamvis 30.C.ad l.Jul.de adulter.* An jure div... & Canon. etiam cum innupta uxoratus adulteri... committat, an qualificatum adulterium hodie re... pœna pecuniaria puniatur, an olim ejus pœna q... que pecuniaria fuerit, dixi in *disp.nost.ad h.§.thes...* Varias pœnas variarum Nationum præter Mo... Galliæ vide apud *Tholosan syntagm.lib. 36.§.6. Ro...* *lib.8.c.24.* De pœna veneris masculæ constituit *l...* *vir 31.C.ad l.Jul.de adulter.* Hodie pœna ejus c... crematio est. *Vin.hic.Schultz.ad h.t.lit.l.Perez.ad...* *t.C.n.ult.* Stuprum puniri ex lege Julia, evincunt ... supra allegatæ. Sed pœnam ejus non nisi ex hoc lo... probare possum. Lege Attica stuprator puellam ... nebatur aut ducere, aut dotare, teste *Balduin.* De le... Divina dixi in *Disp. ad h.§.* De jure Canon. vi... *Schultz.ad h.t.lit.n.*

*§. 5. Item lex Cornelia de sicariis, quæ hom... cidas ultore ferro persequitur, vel eos, qui homin... occidendi causa cum telo ambulant. Telum autem (ut Cajus noster ex interpretatione legum duo...*

*deci...*

*decim tabularum ſcriptum reliquit) vulgo quidem id appellatur, quod ab arcu mittitur; ſed & omne ſignificat quod manu cujuſque jacitur. ſequitur ergo, ut lignum, & lapis, & ferrum hoc nomine contineatur: dictum ab eo, quod in longinquū mittitur, (à) Græca voce* τηλοῦ *figuratum. Et (ſic) hanc ſignificationem invenire poſſumus & in Græco nomine: nam quod nos telum appellamus, illi* βέλος *appellant. Admonent nos epigrammata in Xerolopho urbis fauſtiſſimæ ſcripta,* καὶ τὰ βέλη ὁμᾶς ἐφέρετο, λόγχαι, ζιβύνματα, σφενδόναι, πλεῖστοι δὲ οἱ λίθοι. i. Et hujuſmodi tela ſimul ab eis ferebantur, lanceæ, ſpicula, fundæ, plurimi autem et lapides. *Sicarii autem appellantur à ſica, quod ſignificat ferreum cultrum. Eadem lege & venefici capite damnantur, qui artibus odioſis, tam venenis, quam ſuſurris magicis homines occiderint, vel mala medicamenta publice vendiderint.*

SUMMARIA.

1. Textus interpolatus, probatus ejuſque uſus.
2. Quid tenendum de veneficis & ſagis?

HUnc locum quoque à Triboniano interpolatum eſſe, apparet ex *l. ejuſd. 3. §. pen. D. ad l. Cornel. de* 1.
*ſicar. Paul. 5. ſent. 23.* Reum legis Cornel. fuiſſe, qui vel ſolo gladio ambulavit, ut occideret, teſtaur quoq; *l. 1. pr. & l. 14. D. & l. 7. C. eod. Cic. pro Milon.* Sed hæc pœna Moribus nō ſervatur, quia in caſu allegato nulla proportio inter pœnā & delictum eſt. Adde *Clar. lib. 5. ult. quæſt. 92. Schultz. ad h. t. lit. p. Rebuff. ad Conſuet. Reg. procem. gloſſ. 5. n. 28. & ſeqq.* Sed ſi ipſa cædes ſecuta eſt, merito & apud Nos homicida ulti-

mo ſupplicio afficitur; quia hæc pœna ex Veteri Te ſtamento deſcendens. *Exod.* 21. 12. *Levit.* 24. 17. r tionem naturalem habet, & legem talionis. *Gen.* 9. 6. Adde *Tholoſ.* 36. *c* 15. 20. *&* 21. *Seld. de jure natur.* & *gent. Lib.* 4. *c.* 1. *& ſeqq. Chriſtin. ad ll. Mechlin. titul. art.* 32. *& ſeqq.* Reliqua de teli ſignificatione ſun pta ſunt ex *l. ſi calvitur* 233. §. 2. *de V. S.* De pœn veneficorum, qui vel veneno, vel malis artibus u ſunt, loquuntur itidem *l.* 3. *pr. l.* 8. *D. ad l. Cornel. ſicar. & venef. l.* 1. *& ſeqq. C. de malef. Plin. lib.* 28. 2. An dentur ejuſmodi venefici vel ſagæ, quæ ſ ſurris & incantationibus aliquem occidere poſſint apud Nos incertum eſt. Sane aquarum immerſ qua ſagæ explorari ſolent, nec in uſu eſt, nec fide meretur; cum nec ſacra nec naturali ratione proba queat. Vide *Vinn. ad h.* §. *Schultz. ad lit. q. r. ſ. Zepp de ll. Moſaic. lib.* 4. *c.* 4. & omnino *Tholoſan. Syntag lib.* 34. *&* 36. *c.* 18. ubi utilia juxta lepida ad hanc p ſteriorem partem §. pertinentia refert.

§. 6. *Alia deinde lex aſperrimum crim nova pœna perſequitur, quæ Pompeja de parricid vocatur: qua cavetur, ut ſi quis parentis, aut fi aut omnino adfinitatis ejus, quæ nuncupatione p rentum continetur, fata præparaverit (ſive clan ſive palam id auſus) (nec non is, cujus dolo ma id factum eſt, vel conſcius criminis exiſtit, licet ex traneus ſit,) pœna parricidii puniatur, & neq gladio, neque ignibus, neque ulli alii ſolemni pœn ſubjiciatur, ſed inſutus culleo cum Cane, & Ga gallinaceo, & Vipera, & Simia, & inter eas fer les anguſtias comprehenſus (ſecundum quod reg nis qualitas tulerit) vel in vicinũ mare, vel in am*

*ne*

*nem projiciatur, ut omnium elementorum uſu vivus carere incipiat, & ei cœlum ſuperſtiti, (&) terra mortuo auferatur. Si quis autem alias cognatione vel adfinitate perſonas conjunctas necaverit: pœnam legis Corneliæ de ſicariis ſuſtinebit.*

SUMMARIUM.

Textus comprobatio ejuſque uſus cum cenſura Tribon.

HÆc confirmantur ex *l. utrum* 6. & *l. pen. D. de l. Pompej. de parricid.* & *l. un. C. de his qui pat. vel lib. Cic. pro Roſc. Amerin.* Diſputant *DD.* an hic §. & *dd. ll. ex Digeſtis* interpolatæ ſint ex conſtitutione Conſtantini in *d. l. un.* Sed nos hoc in medio relinquimus, præſertim cum hodie uſum non habeat, ut ſignificavi ad §. 2. *h. t.* & *diſputat. noſt. ad h.* §. Interim Tribonianus, qui ſæpe alibi textus juris veteris vel more majorum, vel ex ſpeciali mandato correxit, rectius feciſſet, ſi vel verbulo interpolationem ſuam indicaſſet. Cur animalia hic puniantur, vel adjiciantur, vide apud *Selden. de jure natur. lib.* 1. *c.* 4. De pœna parricidii modoque pœnæ apud Germanos uſitato, vide *Schultz. ad h. t. lit. t.* apud alias Gentes, vide *Tholoſan. ſyntagm. lib.* 36. *c.* 24. *Perez. ad lib.* 9. *Cod. tit.* 17. *n.* 3. *Dempſter. in paralipom. ad c.* 24. *lib.* 8. *Roſin. antiq. Roman.*

*§. 7. Item lex Cornelia de falſis, quæ etiam teſtamentaria vocatur, pœnam irrogat ei, qui teſtamentum, vel aliud inſtrumentum falſum ſcripſerit, ſignaverit, recitaverit, ſubjecerit, vel ſignum adulterinum fecerit, ſculpſerit, expreſſerit, ſciens dolo malo. Ejuſque legis pœna in ſervos, ultimum ſup-*

*plicium eſt, (quod etiam in lege de ſicariis & ve-neficis ſervatur ) in liberos vero deportatio.*

SUMMARIUM.

Textus probatio, illuſtratio | & uſus.

QUod hæc l. Cornelia de falſis etiam teſtamen-ria dicatur, probo ex *l. lege Cornel.* 30 *D. de Corn. de falſ. & Paul.* 5 *ſent.* 25. ex quibus etiã exe-pla hic relata probantur & ampliantur. Adde *l.* 1. 8. & 9. *D. eod.* De pœna idem quod hic, reſponſu eſt in *d. l.* 1. *§. ult. D. de l. Corn. de falſ.* Uſum dixi *§.* 2. *h. t.* Vide tamen etiam *Perez. ad. lib.* 9. *C. tit.* 2 *n.* 15. *D. Schultz. ad h. t. lit. u. Damhoud. prax. crim.* 122. *Zyp. tit. de falſ. Chriſtin. deciſ.* 199. *vol.* 4. *Tholoſ. ſyntagm. lib.* 36. *cap.* 5. *num.* 5. & 6. ubi Mores Galli allegat.

§. 8. *Item lex Iulia de vi publica ſeu priva-ta, adverſus eos exoritur, qui vim vel armatam vel ſine armis commiſerint. Sed ſi quidem arma-ta vis arguatur: deportatio ei ex lege Iulia de vi publica irrogatur, ſi vero ſine armis, in tertiam partẽ bonorum (ſuorum) publicatio imponitur. Si autem per vim raptus virginis, vel viduæ, vel ſan-ctimonialis, vel alterius fuerit perpetratus: tunc & raptores, & ii qui opem (huic) flagitio dede-runt capite puniuntur, ſecundum noſtræ conſti-tutionis definitionem, ex qua hoc apertius poſſi-bile eſt ſcire.*

SUMMARIUM.

Textus confirmatio, ejusque usus contrarius.

POEnam vis publicæ confirmat *l. qui dolo* 10. §. *ult. D. ad l. Jul. de vi pub.* pœnam vis privatæ. *l.* 1. *& ult. de vi priv.* Hodie arbitrariam esse, confirmat *Perez. ad h. t. C. n.* 14. De pœna raptus eodem modo Imperator loquitur in *l. un. C. de rapt. virg.* Cæterum eam hodie mitigatam & mutatam esse, aut esse oportere, dixi in *disp. nost. ad h. §. thes.* 9. Adde *Schultz. ad h. t. lit. x. & y. Zyp. Anal. jur. Pont. lib.* 4. *tit.* 1. *in fin. in Notit. jur. Belg. tit. de raptor. virgin. Joan. à Sande lib.* 5. *tit.* 9. *def.* 11.

§. 9. *Item lex Iulia peculatus eos punit, qui publicam pecuniam, vel rem sacram, vel religiosam furati fuerint. Sed si quidem ipsi judices tempore administrationis publicas pecunias subtraxerint, capitali animadversione puniuntur: & non solum hi, sed etiam qui ministerium eis ad hoc exhibuerint, vel qui subtractas ab his scientes susceperint. Alii vero qui in hanc legem inciderint, pœnæ deportationis subjungentur.*

SUMMARIUM.

Textus probatio, illustratio & usus.

PRincipium hujus §. seu definitio criminis peculatus extat in *l.* 1. *&* 4. *& l. Sacrilegi* 9. §. *Labeo* 2. *D. ad l. Jul. peculat.* Sed tamen furtum pecuniæ publicæ proprie peculatus, furtum rei sacræ sacrilegium vocatur. *d. tot. tit.* Pœna ipsius judicis hic memorata confirmatur *l. un. C. de crimin. pecul.* Sed pœna aliorum, qui simplicem peculatum perpetra-

runt, asseritur ibidem in *l. 3. D. ad l. Jul. pecu*
Asserit Christin. etiam hodiernis Moribus hoc c
men capitaliter puniendum esse. *Christin. dec*
200. *volum. 4. n. 17.* Plura de pœnis sacrilegii & p
culatus, vide apud *Tholosan. syntagm. lib. 33. c.* 16. 
19. ubi & Mores Galliæ refert.

*§. 10. Est & inter judicia publica lex Fl*
*via de plagiariis, quæ interdum capitis pœnam*
*sacris constitutionibus irrogat, interdum leviore*

SUMMARIUM.

Quæ pœna plagii ex jure Rom. Divino, Canon. Moribus & Statutis.

QUid sit plagium & quot modis committatur, d
cent *l. 1. 2. 3. 4. 5. & 6. D. de lege Fab. de plagia*
2. 5. 9. & 14. *C. eod.* Interdum autem pœnam ej
capitalem fuisse, aperte significat *l. 1. pr. D. eod.* al
pecuniariam vel leviorem. *l. ult. D. ibid. l. 7. & l. u*
*C. d. tit.* Jure Divino & Canonico plagiarius, c
sciens hominem liberum vendit, morte mulctat
*Exod. 21. 17. Deut. 24. vers. 7.* junct. *c. 1. ext. de fu*
quod Mores Germaniæ sequuntur, teste *Schultz.*
*h. t. lit. z.* ut & alia Statuta locorũ in eos statuunt, c
plagium facere consuéverint. *Clar. pract. crim. §. f*
*q. 68. vers. plag.* An ergo pœna plagii in ratione ci
li sive forensi, an in naturali fundata est? Vide *Jo*
*à Sande lib. 5. tit. 9. def. 9.*

§. 11. *Sunt præterea publica judicia, lex Iulia*
*ambitu, lex Iulia repetundarũ, & lex Iulia de a*
*nona, & lex Iulia de residuis, quæ de certis capit*

*lis loquuntur : & animæ quidem amiſsionem non irrogant, aliis autem pœnis eos ſubjiciunt , qui præcepta earum neglexerint. Sed de publicis judiciis hæc expoſuimus, ut vobis poſsibile ſit, ſummo digito, & quaſi per indicem ea tetigiſſe: alioqui diligentior eorum ſcientia vobis ex latioribus Digeſtorum ſeu Pandectarum libris Deo propitio adventura eſt.*

SUMMARIUM.

Textus comprobatio, ejusque uſus cum latiori . tract. | remiſſive.

DE lege Julia de ambitu, deque pœna per dictam *l.* conſtituta , deque cæteris hic enumeratis , & de pœnis per illas præſcriptis, agunt *tit.* 11. 12. 13. & 14. *Lib.* 48. *D.* Adde *Chriſtin. deciſ.* 200. *vol.* 4. *Tholoſan. ſyntagm. lib.* 36. *c.* 28. & *ſeqq. Roſin. antiquitat. Roman. lib.* 8. Moribus pœnas, earumque modos fere eſſe, & eſſe debere in arbitrio judicis, dixi ad §. 2. *h. t.* Qui abſolutiorem & accuratiorem intellectum publicorum judiciorum affectat, ille meo judicio non male ablegatur ad *Farinac. Carpzov.* & *Alios Germanos,* qui ex profeſſo materiam illorum ſtudio quodam naturali longe lateque tractarunt. Nobis ſufficit , eam cum Imp. Juſtiniano ſummo digito attigiſſe.

FINIS.

# DISPUTATIONES JURIDICÆ,

*AD*

# Singulos fere §§. Libror.

## IV. Institut. Imperial.

*Habitæ*

*In Illustri Academiâ Vltrajectinâ*

AUCTORE & PRÆSIDE

CYPRIANO REGNERI ab OOS-TERGA SWOLLANO.

Respondentibus,

*Nobilissimis & Præstantissimis LL. Studiosis, quorum Nomina sequens pagina exhibet.*




TRAJECTI ad RHENUM,

MDC XLVIII.

# NOMINA

## DD. RESPONDENTIUM

*D.* *Richardus à Rijn*, Zwoll-Transysul.
*D.* *Wilhemlus Uptennoort*, Zutph-Geld.
*D.* *Ludovicus Chimaer*, Lugdun-Batav.
*D.* *Daniel Ocquertius*, Ziriz-Zeland.
*D.* *Joannes Posthius*, Dœtico-Gelr.
*D.* *Florentius Cincq*, Hagens.
*D.* *Cornelius Scade*, Ultraject.
*D.* *Cornelius Brandyn*, Hag-Comitan.
*D.* *Richardus Terbrugghen*, Ultraject.
*D.* *Gisbertus van Blyeel*, Wourd-Batav.
*D.* *Jacobus Meyen*, Amstel-Batav.
*D.* *Gisb. de Frens à Lostadt*, Rhen-Traject.
*D.* *Johannes Strick*, Rheno-Traject.
*D.* *Fredericus Wttewaell*, Rheno-Traject.
*D.* *Everardus de Weede*, Ultraject.
*D.* *Cornelius van Heemskerck*, Ultraject.
*D.* *D. Victorinus*, Amstel-Batav.
*D.* *Jacobus vander Dussen*, Ultraject.
*D.* *Hemmo Huninga ab Oostwoldt*, Groening-Fr
*D.* *Adolphus Henricus Ripperda*, Geld.
*D.* *Paulus à Marck*, Ultraject.
*D.* *Cornelius van Vrybergen*, Zeland.
*D.* *Thomas van Rysen*, Ultraject.

# DISPUTATIO JURIDICA PRIMA,

## *AD*

## Tit. 1. & 2. Lib. 1. Inst. Jur.

*Resp.* RICHARDO à RIJN *Zwoll-Transf.*

I. AD *Rubr. tit.* 1. quæritur, an illa inscriptio bona sit; vel an jus recte à justitia appellatum dicatur in *l.* 1. *pr. D. h. t.*? Aff: derivatione Logica & Juridica. Jus enim hic accipitur pro Jurisprudentia, seu Arte boni & æqui. *d. l.* 1. *pr.* & §. 1. *h. t.* ubi jurisprudentia vocatur, quod in rubrica jus nominatum est. Dici etiam haud improbabiliter potest, quod jus appellatum sit à justitia per allusionem juridicam. Vide *censur. sive not. nost. ad h. pr.* & *disput. nostr. P. ad h. t. thes.* 1. Disl. *DD. varie.*

II. Ad *pr. d. tit* 1. quæritur, an ibi definiatur justitia divina, an humana? Aff: definiri humanam. Ratio prima est, quia aliàs Justinianus fecisset contra officium Imperatoris, cujus est agere de justitia humana & politica, non verò de divina. Secunda ratio sumitur à fine Jurisprudentiæ, qui est justitia, id est, perfectissima inter homines virtus, tribuens jus unicuique suum. *Nov.* 69. *pr.* Seu sumitur à fine justitiæ, qui hic est jus suum cuique tribuere, quod de fine justitiæ universalis minime dici potest. Tertia denique ratio ipsi inest definitioni justitiæ, quæ nullo pacto justitiæ divinæ applicari potest. Disl. *Hotom. Accurs. Azo ad pr. h. t. Inst.* Sed quoniam justitia humana duplex est, universalis & particularis,

quæ-

quæritur itidem hic, quænam definiatur? Aff: deniri particularem, ob easdem tres rationes; quaru prima desumitur ab officio Imperatoris, secunda fine jurisprud. tertia ab ipsa definitione justitiæ h propositæ. Diss. *Alciat.1.part.31. & plures Alii.* A hæc justitia saltem moraliter in nos cadat, collig ex *not.nost.ad h.pr.*

III. Ad §. 1. quæritur, an definitio jurispru legitima sit,& juri Justinianeo conveniens? Aff: qu jurisprud. hic accipitur pro arte sive doctrina qu docet tum in rebus divinis,tum humanis, quid ju stum, quid injustum sit. Itaque res divinæ (etiam proprie sic dictæ) & res humanæ objectum jurispru dentiæ sunt, sed consideratæ ut sunt justæ vel inju stæ; sive hic notitia & scientia sumatur ex παράλλη λυ, sive verba posteriora explicent priora. Diss. *Ho tom. in explicat. d.def. & Alii DD.* varie, ut videre est apud *Treutl.vol.1.disp.1.thes.2.lit.c.*

IV. Ad §. 3. quæritur, an plura vel pauciora sin universalia juris præcepta? Negatur, sed ita tamen ut dicta tria revocari possint ad unum. *d.pr. h. t.* Vi de *disp.nost.ad l.10.§.1.D.h.t.* Diss. vide apud *Treutl. d.disp.1.thes.3.lit.a.* Porro quæritur, an cum primo præcepto pugnet concubinatus sive tolerantia ejus? Aff: quia non sunt toleranda mala, ut eveniant bona. *Rom.3.v.8. Harpr. ad h.§.n.58.* Diss. *DD.comm.* quos sequitur *Tim.Fab. disp. 1.q.8.* ubi etiam perperam statuit,lupanaria jure Civili non fuisse permissa. *arg. l. ancillar. 27. §. ult. D. de petit. hered. Tacit. 2. annal.*

Ad *eund.* §. quæritur, an secundo præcepto adversetur usucapio? sed de illa quæstione latius ad *tit Inst. de usucap.* Quid de circumventionibus in pretio licitis per *l.in causæ cognit.16. §. pen.D. de minor. & l. 22. §. 3. D.locat.*? Resp. quod illicitæ videri debe-

ant

ant in emptione & locatione rerum, quæ commune pretium habent, quia commune pretium pro justo habetur. *l.pretia rer.63.pr.D.ad l.Falcid. & 33. ad l. Aquil.* Quod autem contra justitiam factum est, aut nullum est, aut saltem in integrum restituendum est. Quò facit *Paul.* 1. *Theßal.* 4. & 1 *Cor.* 6. *Alfons. de Castr.lib.de pœn.legal.c.5.Gloß.in l.197.de R. J.Timpler.OEconom.lib.1.c.4.6.q.11.* Diss. *DD.comm.*quos sequitur *Grot.de jure bell. & pac.lib. 2.c.12. n. ult.*

V. Ad §.4. quæritur, an etiam jus publicum tripliciter partitum sit? Negatur, quia vestigia juris publici in brutis non videmus. *l.* 1.§. 2.*D. h. t.* ideoque tantum ex præceptis gentium & propriis civilibus collectum statuimus.Diss. vide apud *Hotom.ad h.§. & Treutl d.disp.1.thes.3.lit.b.Harpr ad h.§.n.*18.

VI. Ad *pr.tit.*2. quæritur, an recte ibi definiatur jus naturale? Negatur,quia natura, quę nobis cōmunis est cum brutis,proprie non docet, quod jus est; seu non omne jus,quod natura docet hominem, docuit etiam omnia animalia. Potest etiam dicta definitio aliquo pacto defendi, si dicamus ex verbis finalibus *d.pr.* hunc esse mentem Justiniani , quod hoc sit proprie jus naturale (scilicet denominatione facta à parte principaliore) cujus vestigia in brutis animadvertimus. Sed rectius tamen jus naturale definitur, jus quod natura rationalis seu ratio naturalis dictitat esse jus sine discursu mentis. *Paul.2.ad Rom.v.14. & seq.Cic 1.de legib.Wesemb. in parat. ad h.t.n.*15.Diss. *DD. varie.*

VII. Ad §.1.quæritur,an jus Gent.recte dividatur in primævum & secundarium, sive antiquum & novum? Negatur,quia magis & minus non variant species, ideoque nec entia multiplicanda sine necessitate sunt.*Connan..1. comm. 5.Coras. misc.c.ult.* Diss. *DD.comm.* quorum opinio tamen,per me licet , ut do-

docendi gratia toleretur, quia in ipſa juſtitia à noſ
ſententia nihil abhorret. Idem dic de diviſione ju
civilis in merum & mixtum. Vide *not. noſtr. ad h.*

Ad *eund.* §. quæritur, an quælibet Gens vel Civit
etiamſi agnoſcat Superiorem, jura vel ſtatuta cond
re poſſit? Aff: modo non ſint contra jus commu
& contra rationem. *d.* §. 1. *& l.* 9. *D. h. t.* junct. *l.* ἀξ
Cις 9. *D. de leg. Rhod. & l.* 3. §. 5. *D. de ſepulch. viol.*
niſi Gens vel Civitas expreſſim poteſtatem conde
dæ legis in ſuperiorem tranſtulerit. *arg. l.* 25. *pr. D.*
*probat.* Unde concludendum, quod confirmatio ſ
tutorum, quæ hodie à Principe vel Ordinibus p
ſolet, magis ex utilitate quàm ex neceſſitate fiat,
tenent etiam plerique *DD.* teſte *Vinn. ad h.* §. 1. *n.*
Diſſ. vide apud *Hænon diſp.* 1. *Inſt. q.* 18. *& di*
*noſt. ad d. l.* 9. *h. t. Buſ. ad d. l.* 9. ubi & hoc refert, quo
Moribus Belgii liberæ & Imperiales Civitates ſtatu
contra jus commune condere poſſint.

VIII. Ad §. 2. *in fin.* quæritur, an etiam contract
emphyteuticus & ſponſalitia largitas ſive donat
propt. nupt. ex jure gent. deſcendant? Aff: quia dict
conventiones ex naturali ratione, non verò civili i
ventæ ſunt. Tantum forma (quæ tamen in quæſt
onibus, quibus de origine & materia contract
quæritur, minime attenditur. *l.* 4. *&* 5. *D. de juſtit.*
*jur.*) à jure Romano addita eſt. §. 3. *Inſt. de donat.*
§. 3. *Inſt. de locat.* Diſſ. *Cujac.* 5. *obſ.* 36. *Weſemb. in p*
*rat. ad tit. D. locat. Tim. Fab. diſp.* 3. *q.* 3. *Treutl. d. diſ*
1. *thes* 4. *lit. d.* Quid ergo de ſtipulatione & liter
rum obligatione? Iſtæ obligationes juris Civilis, v
potius ex jure Civili ſunt; quia ex civili ratione intr
ductæ ſunt. *tot. tit. Inſt. de V. O. & tot. tit. Inſt. de li*
*oblig.* Diſſ. *Hotom ad* §. 1. *h. t.*

IX. Ad §. 3. quæritur an jus naturale & gentiun
etiam dividatur in ſcriptum & non ſcriptum? Nega
tu

per *d.* §. 3. *& l.* 6. *de juſt. & jur.* Diſſ. vide apud *rpr. ad h.* §. *n.* 2.

Ad §. 4. quæritur, an ſcriptura ſit de ſubſtantia gis? Negatur *arg.* §. 10. *h.t. & l.* 4. *D. de fid. inſtrum.* ſſ. *DD. Alii aliter*, uti videre eſt apud *DD. ad h.* §. §. 3. *&* 6. *h.t.* Porro hic quæritur, à quo tempore va lex (quæ ſcilicet bona eſt, & non manifeſte con- rationem naturalem aut regulas juris gentium) liget? Jure Civili demum poſt duos menſes obli- re videtur. *Nov.* 66. *c.* 1. Diſſ. *DD. plerique*, teſte *delin. de jure noviſſ. lib.* 5. *cap.* 2. Sed jure Canon. ligat, quam primum publicata eſt. *c.* 1. *ext. de po- l. prælat. & c.* 2. *de conſt. & ibi Panorm.* quod Mo- s Belgii & Galliæ ſequuntur, teſtante *d. Gudelin. d. c. Buſ. ad l.* 26. *& ſeqq. de legib.* Sed ſalvo tamen bitrio judicis, qui rationem probabilis ignorantiæ bere poteſt. *Imbert.* 2. *Inſt. for. c.* 3. *verſ. accepimus men.* An obliget eo loci, ubi non eſt promulgata t recepta, vide apud *Jacob. Coren. Obſerv.* 1. **van en hoogh-Raedt.**

X. Ad §. 6. quæritur, an Princeps legibus civili- us (de naturalibus enim non debet videri contro- erſia, quum Princeps ſupra jura divina eſſe neque- t.) ſolutus ſit? Diſting: ſtricto jure, ſeu quatenus aturam & poteſtatem Principis ſpectamus, legibus ivilibus ſolutus eſt. *l.* 31. *Princeps D. de ll. & SCtis* 1. *de conſtit. Princip. Nov.* 105. *c.* 2. *in fin.* Sed ex æ- uo & bono iiſdem allegatus eſt. §. *ult. Inſtit. quib. nod. teſtam. infirm. l. ex imperf.* 23. *D. de leg.* 3. *& l.* 4. *. de ll.* Vide *Matth. c.* 23. *c. non oportet ext. de conſang. Chriſtin. deciſ.* 9. *vol.* 1. *&* 2. *deciſ.* 53. *diſp. noſtr. ad d. l.* 1. *d. ll.* Diſſ. *DD. varie*, ut videre eſt apud *Fach.* 1. *c.* 2. *Hænon. diſp.* 1. *q.* 17. *Treutl. d. diſp.* 1. *theſ.* 6. *lit. b.*

Ad *eund.* §. quæritur, an Princeps ex plenitudine oteſtatis ſuæ jus legitimo modo quæſitum alicui ſine

ſine cauſa auferre poſſit? Negatur, quia hoc fac[illegible] contra rationem, contra quam tamen nihil v[illegible] Adde *l.2. & 7.C. de precib.Imp.offer.& l.pen. &* *C. ſi cont. jus vel utilit. publ.* Quid, ſi ſubſit uti[illegible] publica? Publica privatis anteponenda bonis. *a[illegible] un.§.ult.C.de caduc.toll.* Adde *Gail.2. obſ.* 56.*diſ[illegible] noſt.ad l.1.de conſt. Princip.* Diſſ. vide apud *Fac[illegible] d.loc.Chriſtin.deciſ.75.vol.2.Treutl.d.diſp.theſ.5.l[illegible]* An ergo Princeps alicui juſte ob ſingulare ejus r[illegible] vel artificium crimen capitale condonare poteſt? [illegible]gatur contra *h.§.& l.ad beſtias* 31. *de pœn.* quia [illegible]jor Reipub. utilitas ſuadet, ut delicta puniantur. [illegible] *l.ita vuln.*51.§.3. *D. ad l.Aquil.* cui adde *Deut.*[illegible] *verſ.*8. *& cap.*8. *&* 19.*verſ.*13. *&* 20.*Exod.*21.*Le*[illegible] 24. Diſſ. *DD.comm.*

XI. Ad §. 8. quæritur, an reſponſis veterum JC[illegible]rum hodie communes DD. opiniones compa[illegible]queant? Negatur, quia dictæ opiniones, nec ita c[illegible]roboratæ, nec ita receptæ ſunt. Diſſ. vide ap[illegible] *Harp.ad h.§.* An ergo ſententia judicis contra co[illegible]munem opinionem lata non eſt ipſo jure nulla? [illegible]nime. *arg.l.1.§.2. D. quæ ſent.ſine appell. reſc.* D[illegible] *Panorm. Abb. in c.* 1. *de re jud. & Alii* quos ref[illegible] *Viv.1.opin.cap.* 128. Sed ille qui pro ſe habuit co[illegible]munem DD. ſententiam, vel etiam duorum vel [illegible]um duntaxat Advocatorum melioris notæ conſ[illegible]um, præſumiturne probabili cauſa litigaſſe, ita[illegible] non debeat condemnari in expenſas litis? Dixeri[illegible] hoc arbitrio judicis relinquendum eſſe, quia natu[illegible] negotii hoc requirere videtur. Diſſ. *Treutl. d. diſp. theſ.7.lit. e. & Harpr.ad h.§.* ubi *Plures* allegat.

XII. Ad §.9. quæritur, an error jus vel conſuet[illegible]dinem faciat? Negatur *d* §. 9. ubi conſenſus Popu[illegible] requiritur, qui non poteſt eſſe, ubi adeſt error *l.* 1 *D. de juriſd. Harpr. hic* Diſſ. *DD.comm.* Porro h[illegible]

qua[illegible]

quæritur, quoto temporis spatio & quot actibus con-
uetudo introducatur? arbitror hoc arbitrio judicis
ommittendum esse. *arg. l. 1. §. ult. D. de jur. del.* Dein-
e consuetudo talis à natura est, ut certo tempori
stringi nequeat. Unde in foro per turbam hominum
robari solet. Diss. vide apud *Harpr. ad h. §. Hænon.*
*isp. 1. ad eund. Gail. 2. obs.* 31. Sed quid de judicio
ontradictorio? illud quidem est modus adprobandæ
onsuetudinis, sed non introducendæ; quia licet con-
uetudo nunquam in judicio cõtradictorio ad proba-
a & juxta eam judicatum sit, tamẽ nota & certa esse
otest. Adde *l. de quib. 32. §. 1. D. de ll. & SCt.* atq; ita
dicatum, testatur *Gail. 2. obs. 31. n. 8. & Christ. dec. 187.*
*.9. vol. 4.* Diss. *DD. pleriq;* teste *Myns. 6. obs. 41. n. 15.*

Ad *eund. §.* quæritur an Populus vel civitas quæ
gnoscit superiorem, possit inducere consuetudinem
tiam sine consensu & scientia superioris? Aff: per ea,
uæ dixi in *thes.* 7. quibus accedunt *DD. comm.* &
es judicata in Curia Mechlin. teste *Christin. vol. 2. de-*
*is. 55. Zyp. tit. de legib. constit. &c.* Diss. vide apud
*inn. ad h. §. Treutl. d. disp. 1. thes. 9. lit. d. & ibi Bac-*
*hov.* Denique quæritur hic, an æquitas sit pars juris
on scripti, hoc est, an tantum æquitas non scripta
it? Negatur, quia una lex sæpe de æquo & bono lo-
uitur, altera de stricto jure circa eandem facti speci-
em. Deinde Prætor etiam frequenter jus civile aut
orrigit, aut supplet, aut limitat. *Lyclam. 7. membr.*
*clog. 39.* Diss. *DD.* varie ut videre licet apud *Harpr,*
*ic. n. 52. & seqq. Treutl. d. disp. thes. 2. lit. b.*

XIII. Ad §. 11. quæritur, quid hic intelligatur per
us naturale, & quomodo dicatur immutabile? Puto
er jus naturale hic intelligi jus commune gentium,
quod nõ omnibus modis mutari potest, ut alibi hunc
ocum explicat Tribonian. in §. *ult. Instit. de legit. a-*
*gnat. tut.* Vel quod in totum & per se mutari non po-

test, sed cui tantum aliquid addi vel detrahi pot... ut loquitur Ulpian. in *l. Jus Civile* 6. *D. de justit*... *jur*. Diss. *DD. diversimode*, ut videre est apud *H*... *pr.* & *Alios DD. ad h.* §. & *nos in censura nost. B*... *seu notis ad eund.*

## DISPUTATIO JURIDICA
### SECUNDA
### Ad Tit. 3. 4. 5. 6. 8. & 9. Lib. 1. Inst.

*Resp.* WILHELMO UPTENOORTH, *Zutph. G*...

I. AD *pr. titul.* 3. quæritur, an adscriptitii (v... go **lijffeyghen** sive proprii homines. *V*... *ad titul. Institut. de testam. ordin.* Gall... *mainmortes* dicti. *Chassan. ad consuet. Burg. Rub.*... tertium genus hominum constituant, an vero ser... adnumerandi, an hominibus liberis sint? Aff: pot... rius per *d. pr.* Secundo, quia adscriptitii sive ex c... ventione tales, sive ex antiqua captivitate, non t... domino inserviunt, quàm terræ, cui nascuntur & ... scribuntur. *l. un. C. de colon. Thracens.* Facit præte... *l. 2. C. in quib. caus. colon l. 2. C. de agricol.* & *censit. l.*... *l. 4. C. eod. Nov.* 128. *c.* 14. & *Nov.* 123. *c.* 17. *Harpr.*... *h. pr. n.* 14. & 25. Diss. vide apud *Eund.* & *Hænon*... *disp.* 1. *q.* 20. & *Alios DD. ad d. pr. Christin. de*... 86. & *seqq. vol.* 5. ubi plura de adscriptit. cum usu ... dere licet.

II. Ad §. 2. quæritur, an servitus recte dicatur co... tra naturam introducta? Aff: per *d.* §. 2. & *l.* 4. §. 1. ... *de stat. hom.* Ratio est, quia per naturam hic inte... gimus naturalem libertatem, quam habemus co... munē cum brutis, cui servitutem à natura contrar... ri, videmus in avibus caveis inclusis, ex quibus se...

per erumpere conantur. Nec obſtat *Ariſt. lib.1. pol. c.3. & 4.* quia non loquitur de ſervitute ex bello contracta, ſed de naturali & innata imbecillitate ingenii. Deinde licet per naturam hic intelligamus rationem naturalem, nulla tamen inde naſcetur abſurditas aut contradictio in d. definit. ſervitutis; quia libertas quidem bona ratione homini competit, ſed ſi factus eſt bellua quodammodo, fortiori ratione redigitur in ſervitutem. Diſſ. *Ant. Matth. in not. ad h. § & DD. alii aliter.* An ergo ſervitus habet aliquam rationem aut humanitatem? Imo ſane, modo præſupponatur, captivos quodammodo belluas & quaſi feras beſtias bellum intuliſſe, aut ſequutos eſſe; & præterea ipſam ſervitutem non nimis gravem & ſeveram conſtitutam eſſe. *Genes. 16. Exod. 21. Ephes. 6. & l 4. C. ad l. Cornel. de ſicar.* Diſſ. *Connan. lib. 2. comm. c. 1. n. 4 Bodin. Lib. 1. de Repub. c. 5.*

III. Ad §. 3. quæritur an Chriſtianis liceat habere ſervos? Aff: in Turcis, Sarracenis & Tartaris per ea quæ dixi *theſ. præced.* Sed vix Chriſtianus Chriſtianum in bello captum pro ſervo habere poteſt. *arg. c. 25. verſ. 39. 40. 44. & 45. Levit. & c. 21. Exod.* Bellum, inquam, inter Chriſtianos civile eſt, ubi civis contra civem, imo frater contra fratrem bellum gerit. Quare cum frater fratri ſeptuaginta ſepties ignoſcere debeat. *Matth. 18. verſ. 22. & ſeqq.* recte hodie inter Chriſtianos ſervitus ſublata eſt. Sed quid, ſi Chriſtianus captus ſit à Turcis? Præter captivitatis afflictionem nullum aliud damnum ſentire debet, ideoque nec ſervus fieri debet, nec aſtrictus eſſe legibus Romanis, quæ de captivis conſtitutæ ſunt. Ratio eſt, quia afflictus non eſt affligendus amplius, præſertim in bello, quod contra Turcas juſtum eſt. *Covarruv. ad reg. peccat. part. 3. §. 11.* Diſſ. *Alciat. in l. hoſtes de V. S. Claud. Cautiunc. in §. 17.*

*Inſt.de rer.divis.* & *DD.comm. teſte Schultz. ad* ... *lit.a.* An & quomodo liceat hoſtem, etiam poſtqu... ſe dedidit, interficere, vide apud *Grot. lib.* 3. *de j*... *bell.c.*4. & *Vinn.ad h.*§.

IV. Ad *pr.tit.*4. quæſtiunculas, an recte adſcri... tius habeatur, qui ex patre libero & matre adſcript... natus eſt. Item an etiã ratione matris nobilis, dica... filius nobilis, & ſimiles, vide in *not.ad h.t.* Sed quær... tur hic graviter, an etiam partus ſub finem undeci... menſis poſt mortem patris natus, pro legitimo agn... ci debeat? Negatur de jure Civili, ſaltem regularit... *l.inteſtato* 3.§.*pen.D.de ſuis* & *leg.hered.* Sed ſi in a... ſtracto diſputare liceat, dixerim, talem partum ... matre integræ famæ & nulla ſiniſtra ſuſpicione g... vatæ, legitimum præſumendum eſſe, donec contr... rium probetur; quia natura in parturiendo partu ... pius variat, fallitque. Facit *d.pr. verſ. quia non deb*... *calamitas* &*c.Ariſtot.lib.*7.*de hiſtor.animal.Plin.l*... 7.*c.*5.*Gell.*3.*c.*16.*Gothof.ad d.l.*3. & *Nov.*39.*Gudel*... *de jure noviſſ. lib.* 1.*c.* 12. atque ita judicatum, teſt... tur *Beuſter.de matrim.p.*2.*c.* 36. & *Joan. à Sande l*... 4.*tit.*8.*def.*10. Diſſ. *DD.comm.* teſte *Hænon. diſp.*... *Inſt. q.* 5. *Arum. exerc.* 1. *theſ.* 29. Rem judicata... Gratianoboli (qua filius vi imaginationum anno te... tio poſt mortem patris natus legitimus declarat... eſt) aut fabulam puto, aut ridiculam.

V. Ad §. 2. *tit.* 5. quæritur, an apud Legatu... Proconſulis aliquis manumitti potuerit? Aff: mo... fiat in Provincia ipſi demandata. *l.apud proconſul.* ... §.1 *de manum.vind.* junct. *l.*2.3. & 4.§.*ult.D.de off*... *proconſ.* quæ *ll.* loquuntur de eo caſu, quando leg... tus necdum ingreſſus provinciam eſt, quo caſu ne... talem habet juriſdictionem, qualem ipſe proconſu... nec legis actionem. *d.l.* 2. & 3. Sane abſurdum vide... tur, quod legatus proconſulis ingreſſus provinciam...

no...

non haberet facultatem manumittendi, cum possit dare tutores, quod etiam est actus legitimi. *l. act. legit.77.de R.J.* Dist. *Cujac.* 1. *obs.*1. *& plures Alii aliter.* Usum vide apud *Bus.ad d.l.* 2. An actus legitimi & quæ jurisdictionis voluntariæ sunt, aliis mandari possint: Item an differentia sit inter actus legitimos & legis actiones, alibi excutiemus & disputabimus latius ad *tit.mandat.Inst.& Pand.*

VI. Ad §.5. *tit.* 6. quæritur, an aliquis anno decimo-octavo possit esse procurator ad lites? Aff: per *h.*§. qui non loquitur de procuratore ad negotia; quia necesse non est, ut ut ille sit major 17. ann. *l.*1. §. 4.*de exercit.act.l.*7.§.*fin. de Instit.act.* nec opus, ut ille manumittatur; quia etiam per servum negotia extrajudicialia expediri possunt, cum tamen hic agatur de justa causa manumissionis. Adde *l.*1.§.3.*de post. & Joann.à Sande lib* 1.*tit.*3.*def.* 3. Dist. *DD.comm.* Aliter tamen dissentit *Tim. Fab. in disp. anniv. disp.* 4.*thes.* 8. aliter *Bacchov. ad h.* §. aliter *Vinn. ad eund.* Jure Canonico procurator judicialis major 25. annis esse debet.*c.*5.*de procur.in* 6.quod Mores sequuntur, teste*Harpr.ad h.* §.*n.*9. Cæterum rectius hoc negotium committitur examini Senatorum & Scabinorum, quia scientia alicujus artis talis à natura est, ut nec possit nec debeat certis annis allegari. Quidam enim citius discunt,quidam tardius. Vide tamen *not. nost.ad h.*§. *& tit.*10.*Lib.*4.*Inst.*

VII. Ad §.*ult.d.t.* quæritur, an, ut postulare quis potest anno 18. ita & titulo JCti vel Doctoris insigniri possit? Aff: quod possit etiam infra ann. 18.modo propter singularem ejus eruditionem cum cæteris majoribus revera conferri queat, quia leges loquuntur de casibus regulariter evenientibus, sed salvis tamen casibus singularibus,qui singularem rationem habent. Videatur *l.*1.§.3.*de postul. & l.* 11.§. 1.

*verſ. juriſperit.Cod. de advocat.diverſ. judicior.* D
*varie.* Sed ut ut ſit, rei natura non patitur, ut co
anni ei præſcribantur. Ratio dicta eſt in *theſ.p*
*ced.* Quare & in pleriſque Academiis Belgii tot
hoc negotium ſimpliciter committitur examini P
feſſorum; ſed ita tamen, ut ſupremus Magiſtra
ſemper oculum intendat in Profeſſores, ne cru
ſtudia detrudantur in forum. Plura de Advocatis
de apud *Chriſtin.dec.99.& ſeqq.plur.Joan.Papon*
*Collect.& lib.6.Arreſt.tit.4.*

VIII. Ad §. *ult. tit.* 8. quæritur, an hodie A
licita ſint? Aff: *c.21.Exod. Numer.35.Deut.19.*
quid de homicida voluntario? Ille extra Eccleſiã
aſyla extrahendus eſt, quia non caſu occidit. *d. c.*
*Nov.17.c.7.& cap.1.ext.de homicid.* Diſſ. vide ap
*Harpr.ad h.§.n.16.& ſeqq.* Quid de debitore, qui
metum ne in carcerem detrudatur, ad Aſyla con
giit? Dixerim illum tuendum eſſe, præſertim
conſtet, caſu lapſum facultatibus eſſe. Diſſ. *DD.*
*rii*, ut videre eſt apud *Harpr.ad d.§.n.30. & Ritte*
*huſ.de jure aſylor.*

Ad *eund.* §. quæritur, an Princeps ex cauſa pub
cæ utilitatis, invito domino, jus vel rem ſuam aufe
poſſit? Aff: ſi juſtum ſolacium, id eſt, juſtum p
tium refundatur. *l.2.§.ſi quis 16.D.ne quid in loc.p*
junct. *argum l.venditor.13.§.ult.D.commun.prædi*
quod & uſu ſervatur. *Zyp.in Notit.jur. Belg.titul*
*viis publ.* Sed quid, ſi ærarium Principis vel Civi
tis minus inſtructum aut locuples ſit? hoc ca
quis cogi poteſt, ut vendat vel alienet etiam pro
nus juſto pretio. *arg.l.2.§.fin.verſ. ergo Sabin.D.de*
*rig.jur.& arg.l.2.§.2.verſ.quæſita.D.ad l.Rhod.* D
vide apud *Gaill.2.obſ.56.& Hænon.diſp.Inſt.16.q*

IX. Ad *pr. tit.* 9. quæritur, an filius natus ex
xore in domo mariti, cohabitantibus ſimul, & vici

ſcientibus, ita præſumatur legitimus, ut contraria probatio admittenda non ſit? Negatur, quia fortis præſumptio tollitur à fortiori. *arg. l. 6. D. de his qui ſunt ſui vel alien. Gail. 2. obſ. 57. n. 16.* Diſſ. vide apud *Eund. 2. obſ. 97. & Jacob. Coren. conſ. 12.* Quid, ſi mater in ipſo puerperio filium dixerit adulterinum eſſe? Hæc declaratio matris attenditur, quando de prolis patre dubium eſt. *Ariſtot. lib. 2. Rhetor.* Sed non eſt ſufficiens argumentum, quo dictus filius illegitimus argueretur. *l. 5. de in jus voc. & d. l. 6. de his &c.* Quod & Moribus probatum, teſtatur *Buſ. ad l. 6. de his qui ſui vel alien.* Diſſ. *DD. varie*, ut videre eſt apud *Balduin. ad §. ult. h. t. Gail. obſ. 97. Hartm. Hartm. lib. 2. tit. 16. Ant. Fab. in Cod. ſuo lib. 9. tit. 7. def. 6.* quem omnino vide.

X. Ad §. 1. quæritur de notatione nominis (unde ſcilicet dicantur nuptiæ, & unde dicatur matrimonium) de qua non ſum ſollicitus. Videatur *Harpr. ad h. §. n. 2. & 3.* Quæritur etiam, an matrimonium ſit ſacramentum, ſacerdotibus interdictum, & cauſa ejus Eccleſiaſtica? Sed quoniam iſtæ quæſtiones magis ad forum Theologicum pertineant, ſilentio à nobis involvuntur. Videri tamen poſſunt apud *Harpr. ad h. §.* ubi recte negative diſputantur. Ejuſdem farinæ quæſtio eſt, an polygamia in Veteri Teſtamento fuerit licita. Quæritur itidem hic, an matrimonium ſit contractus, an actus legitimus? Aff: prius, facta ſcilicet denominatione à potiori parte. Diſſ. vide apud *Eund. Harpr. ad d. §. num. 52.* Porro quæritur, an ſponſalia de præſenti (ut perperam loquuntur) differant à vero matrimonio? Negatur, quia benedictio ſacerdotis vel celebratio in facie Eccleſiæ tantum de ſolennitate fit, non vero de neceſſitate aut eſſentia. *l. nupt. 30. de R. J.* Unde exiſtimo, filium legitimum eſſe, qui natus eſt matrimonio,

quod

quod consensu parentum & ipsorum contrahent... contractum est, licet necdum celebratum fuerit ... ram Ecclesia vel Magistratu. Vide omnino *Ad... sar.Lamb. Goris.cap.2.tract.1.* An ergo sponsalia ... futuro transeunt in matrimonium, si copula ca... lis secuta est? Aff: per ea, quæ modo dixi. Add... 15. & 30.*ext.de sponsal.Harpr.ad rubr.h.t.num.*... quæ sententia in Belgio usu servatur, teste *Vinn.*... §.1.*tit.de pat.potest.* Diss. Patres in *Concil.Triden... sess.24.c.1.de reformat.matrim.* Quin tamen gra... pœna statui possit in eos, qui ante celebration... solennem congressi fuerunt, nullus dubito. D... *DD.varie*, ut videre est apud *Jacob. Coren cons.*... & *Harpr.ad pr.Instit.de nupt.n.124.& seqq.* De... que quæritur hic, an sub individua vitæ consuetu... ne contineatur divini juris communicatio in *l.* 1. ... *de rit.nupt.*? Negatur, quia illa jura divina, quæ ol... inter maritum & uxorem communicabantur, te... pore Justiniani in usu non fuerunt. Diss. *DD. va... ad d.l.1.& h.§.* Quod bona humana tantum quo... usum inter conjuges communia fuerint, docet *l.*1. ... 15. *D. de SCto Syllan.* Sed rectius hodie etiam qu... ad proprietatem communia sunt, nisi commun... pactis exclusa sit, quia ubi est communio corpo... & una caro, ibi quoque communionem bonorum ... se oportet. *Matth.*19. Vide omnino *Lamb.Goris*... *vers.tract.* 1 .*c.* 1. ubi varios Mores refert. Diss. vi... apud *Peck. de testam. conjug.* & *Vinn. ad h. §.* 1. ... propter solum adulterium ita divortium facere ... ceat, ut ipsum vinculum matrimonii dissolvatur, ... pars innocens alias nuptias contrahere possit, an e... iam propter malitiosam desertionem (ut loquuntu... disputabo latius ad *tit.D.de divort.& repud.*hic sin... pliciter affirmo prius. *Matth.*19.*v.*9. Diss. *varii.* Vi... *Treutl.disp.6.vol.2.thes.8.*

XI. Ad §. 2. quæritur, an recte hic patria potestas dicatur propria civium Romanorum? Aff: ratione formæ; quia revera singularis fuit. *arg. l.* 11. *D. de liber. & posth. & l.* 5. *D. ad l. Pompej. de parricid.* Sed ratione originis sive materiæ (ut loquuntur) ex ratione naturali introducta est. *l.* 2. *D. de justit. & jur. l.* 28. §. 1. *D. de liber. & posthum.* Diss. vide apud *Hænon. disp.* 2. *q.* 2. *Tim. Fabr. disp.* 5. *thes.* 2. *Lang. cent. decad.* 2. *theorem* 1. Moribus patria potestas in quibus consistat, vide in *Not. nost. ad h.* §. Sed rectene magna illa patria potestas hodie coarctata & sublata est? Aff: *c.* 20. *Exod. v.* 13. junct. *c.* 13. *Rom. & c.* 21. *Deut.* ubi Deus vult, filios ad Seniores urbis deduci. Vide etiam *Zepper. de ll. Mosaic. lib.* 4. *c.* 12. *in fin.* Diss. *Bodin. lib.* 1. *c.* 4. *de Repub.* Sed estne, aut debetne esse hodie patris & matris potestas æqualis in liberos? Negatur, quia nemo potest esse in duorum potestate æquali. Filius præcipue in potestate patris est, ergo non æque in potestate matris. *d. c.* 20. *Exod. vers.* 12. *Ephes.* 5. *v.* 13. *Aristot.* 1. *Polit.* 1. Diss. *DD. plerique*, teste *Bacchov. ad h. t.*

XII. Ad § *ult.* quæritur, an distinctio familiarum juri Civili, an juri Gentium adscribenda sit? Aff: posterius. *arg. l.* 5. *D. de justit. & jur.* junct. *leg.* 9. *D. eod.* Diss. *Multi.* Quæritur etiam hic, an partus initio septimi mensis natus pro justo habendus sit? Aff: per *l.* 12. *D. de stat. hom. & l.* 3. §. *ult. D. de suis & legit. hered.* Diss. *Alberic. Gentil. de jur. part.* Sed quid de octimestri? Idem dicendum est. *d. leg.* 12. imo istiusmodi partum diu vitalem fuisse, testantur *Plin. & præstantiss. Medici*, ideoque præteritus rumpet testamentum. *arg. l. quod dicitur* 12. *D. de liber. & posth. & l.* 3. *C. eod.* Diss. *DD. comm.* teste *Claro*, qui illos sequitur *tract. de testam. q.* 45.

# DISPUTATIO JURIDICA
## TERTIA
# *DE NVPTIIS.*

## Ad Titul. 10. Lib. 1. Inſtitut.

*Reſp.* LUDOVICO CHIMAER *Lugd-Bat.*

I. AD *pr.* quæritur, an conſenſu patris in nu
tiis filiifam. requiratur de neceſſitate? A
de jure civili. *d. pr. verſ. nam hoc fieri* &
*& argum. l.* 13. *§.* 6. *D. ad l. Jul. de adulter.* modo pa
injuria non prohibeat. *l. capite trigeſ.* 19. *D. de r*
*nupt.* Quare liberi ex ejuſmodi matrimonio abſq
conſenſu patris inito ſpurii ſunt, qui nec per rati
bitionem legitimari poſſunt. Si enim conſenſus p
tris præcedere debet. *d. verſ.* ergo ſequi non pote
*arg. l. eos qui* 65. *§.* 1. *D. de rit. nupt. & d. l.* 13. *§.* 6. *a*
*Jul. de adult.* Diſſ. *Weſembec. Pac. & Heig. ad h.*
*Bronch. cent.* 3. *aſſ.* 4. quorum ſententiam recepta
teſtatur *Buſ. ad l.* 2. *h. t. n.* 13. Matris autem conſe
ſus non requiritur, niſi in nuptiis filiæ auxilio pa
defuncti deſtitutæ, idque propter fragilitatem ſex
*l. in conjunct.* 20. *C. h. t.* Diſſ. *Weſemb. ad d. pr.* que
ſequitur *Bronchorſt. miſcell.* 1. *aſſ. ult.* De Jure Di
no haud dubie utriuſque parentis conſenſus deſi
ratur. *Exod.* 20. *v.* 12. Adde *Lambert. Gor. Adv. tra*
3. *cap.* 10. quem omnino vide. Sed de honeſtate
loquuntur) non etiam de neceſſitate. Debet quido
conſenſum requirere, maxime filia minor 25. ann
adeo ut ſi inſcio patre cubaverit cum proco, pa
tamen eam denegare poſſit. *Exod.* 22. *v.* 17. *Deut.*
*v.* 29. *Joann. à Sande lib.* 2. *titul.* 1. *def.* 4. Sed ſi ma
monium jam liberis ſubnixum eſt, nec liberi ſpu

ſu

unt, nec pater tale matrimonium dissolvere potest. rg.c.2.*Genes.v.24.* & *cap.27.29.30.* & *36.* Deinde lurum esset, si fœmina amissa pudicitiâ etiam mariium amittere cogeretur. *c. cum causa.ext. de raptor.* & imputet sibi pater, cur tamdiu moras nexuerit, do-nec filia ejus pepererit. Denique commiseratio liberorum & scandalum, quod inde temerè oriri potest, suadent, ne tale conjugium dirimi debeat. *l. 1. §.fin.D.de liber.exhib.Paul.2.sent.19.* & *l.12.§.3.D. de captiv.* & *postl.rev.* Quæ sententia usu etiam recepta est, teste *Bronch.d.ass.ult.in fin.* Diss. *DD. varie.* Quid de jure Canon.? dixerim, hoc sequi jus divinum, aut saltem sequi debere, de quo latius in *disp.Pand.ad tit.de rit.nupt.* Diss. *Concil.Tridentin. sess.14.* & *Plures*, quos refert *Joann. à Sande lib. 2. tit.1.c.4.Hænon.d.disp.2.q.6.n.4.* & *Harpr.hic.n.97.*

Ad *d.pr.* quæritur, an consensus ipsorum contrahentium ita requiratur, ut, si matrimonium justo metu initum est, ipso jure nullum habeatur? Aff: quia nihil magis adversatur matrimonio, quam metus. *l. sciend.20.D.h.t.* junct. *l.3.§.ult.* & *l.7.pr.de dol.mal. cap.cum loc.de sponsal. Gail.2.obs.93.Mant.decis.24. Zepper.de ll.Mosaic.4.c.20.* Adde & *Bus.ad l.22.h.t.* ubi temperamentum suppeditat, & usum, qui circa matrimonium dolo initum introductus est. Diss. vide apud *Christin. decis.335.vol.1. Fachin.2.c.96.* & *Hænon.d.disp.2.q.9.* Porrò quoniam solus consensus nuptias facit. *l. nupt.30.d. R. J.* quæritur, quid statuendum sit de deductione in domum? illam requiri duntaxat de solennitate, non etiam de necessitate. *l.5.D.h.t.* & *l.si donation.22.C.eod.* ut de celebratione coram facie Ecclesiæ vel Magistratus dixi *disput. præced.thes.10.* Adde *Joann.à Sande lib.2.tit.1.def. 1.* Diss. vide apud *Hænon.d.disp.q.10.* Denique quæritur, an adeo necessarius sit consensus contrahen-

tium

tium, ut, ſi quis vitiatam vel devirginatam pro v
gine duxerit, eam repudiare poſſit? Negatur, ob
tionem quæ fortior eſt, & in offendiculo evitan
conſiſtit. Adde *arg.* 1. *Corinth. c.* 7. *v.* 12. & *ſeqq. c.*
1. *cauſ.* 29. *q.* 1. & *argum. l.* 8. §. 3. *C. de repud.* ubi h
cauſa repudii nõ refertur. Sed quid, ſi non bene in
conjuges conveniat? permitti quidem (ſi aliter p
ſuaderi nolunt) ſeparatio tori & menſæ poteſt,
minime facultas tranſeundi ad aliud matrimoniu
ob rationes jam allegatas. Diſſ. vide apud *Hænon.*
*diſp.* 2. *q.* 9. *n.* 2. *Harpr. ad* §. 11. *h. t. Arum. exercit.*
*theſ.* 15.

Ad §. 1. *h. t.* quæritur, an jure naturali prohib
ſint nuptiæ inter aſcendentes & deſcendentes in in
nitum, atque ita, ut ne quidem extrema neceſſita
vel ſingulari Dei diſpenſatione permitti queant? A
quia natura abhorret, cujus contrarium ideo De
permittere non poteſt, quod ejus naturæ & juſti
adverſetur. Adde *l.* 14. §. 2. *in fin. D. h. t.* & *Nov.* 12. *c.*
Diſſ. vide apud *Harpr.* & *Borcholt. ad h.* §. quib
ſuffragari videtur *d. c.* 19. *Geneſ.* Porro quæritur,
recte diſtinguatur inter nuptias inceſtas & nefarias
Negatur. *d.* §. 1. Diſſ. *DD. vulgo*, teſte *Harp. ad d.* §.

II. Ad §. 2. quæritur, an jure gent. inceſtus co
mittatur inter fratrem & ſororem? Negatur *l. ult.*
*h. t.* Ratio eſt, quia aliâs Deus Opt. Maxim. gen
humanum propagaſſet per medium inceſtum, a
ſaltem medium, quod hodie inceſtuoſum eſt, qu
aſſerere abſurdum videtur. Si nuptiæ inter fratre
& ſororem ſub initio mundi nefariæ vel inceſtæ n
fuerunt, id eſt, contra rationem naturalem non fu
runt, ergo nec hodie ſunt; quia ratio, ut Deus, ho
& heri & ab æterno eadem & immutabilis eſt. Qua
do itaque quis cum proprio ſanguine rem habuit
tum demum inceſtus (vulgo bloetſchande) comm

ſus intelligitur. *Geneſ.* 19. 1. *Corinth.* 5. *Giphan. Harpr. Weſemb. ad h.* §. *Forſt diſp.* 3. *theſ.* 24. Diſſ. *Cujac. ad Nov.* 12. *Tim. Fabr. diſp. anniverſ.* 5. *theſ* 9. & *Plures*, quos apud dd. Auctores videre eſt, ubi tales etiam rationes adducuntur, quæ hanc controverſiam dubiam & ancipitem reddere videntur.

III. Ad §. 4. quæritur, an recte & licite conſobrini matrimonium contrahant? Aff: quia varia ejus exempla extant in ſacris paginis. *Geneſ. c* 29. *junct. cap.* 24. *v.* 29. *Num. c.* 36. *v.* 11. Quinimo lex Moſaica aperte probat (teſte Balduino ad *h.* §.) dum non prohibet. *Levit.* 17. & 18. Plures rationes vide in *not. noſtr. ad h* §. Diſſ. *can.* 20. *cauſ.* 35 *qu.* 3. & *ibi. Canoniſtæ comm.* Adde *Lambert. Goris Adverſar. tract.* 4. §. 6. An ergo computatio graduum jure Civili introducta præferenda eſt juri Canon.? Aff: quia ex ipſo jure Divino & naturali mutuata eſt. *d. c.* 17. & 18. *Levitic.* Diſſ. *c. non debet* 8. *de conſang.* & *affin.* & *Canoniſt.*

IV. Ad 5. quæritur, an hodie quis amitam ſuam adoptivam in uxorem ducere poſſet? Aff: quia Moribus ſequimur ſimplex jus gentium, quo nulla cognatio inter dictas perſonas nata intelligitur. Quinimo ob allegatas rationes pater filiam adoptivam uxorem ducere poteſt. Vide *not. noſt. ad d.* §. 1. *h. t.* & *t. ſeq.* Diſſ. *Harpr. ad d.* §. 1. & *DD. plerique.*

Ad §. 6. quæritur, an dentur gradus in affinitate? Jure Civili non dantur, aut ſaltem non proprie. *l.* 4. §. *gradus* 5. *D. de gradis* & *affin.* Jure Canon. eodem modo gradus affinitatis computantur, quo conſanguinitatis. *c. ex liter.* 1. *c. non debet* 8. & *ibi Gloſſ. ext. de conſang.* & *affinit.* quod plerique Mores ſequuntur. Vide *Hartm. Hartm. pract. forenſ. lib.* 2. *titul.* 34. *obſerv.* 2. *Schneid. ad h. t. de arb. affin.* & *Vinn. ad h.* §. Porro quæritur, an prohibitio de fratria non ducenda

da habeat rationem naturalem? Negatur, quia a[illegible]
matrimonium cum fratria olim certo casu male p[illegible]
missum videtur. *Deut.*25.5. nisi dicamus cum T[illegible]
ologis, hoc jus naturale continere quidem æquita[illegible]
& justitiam, sed quæ in rerum natura sola Dei vol[illegible]
tate impressa est, non vero jus illud in se ac sua[illegible]
sentia æquum & justum, atque adeo immutabile [illegible]
se. Sed tunc nec inter patrem & filiam nuptiæ p[illegible]
prio jure naturali prohibitæ essent, quod etiam n[illegible]
improbabiliter statui, significavi in *thes.* 2.*pr.*

V. Ad §. 8. quæritur, an comprivignorum m[illegible]
trimonium juste permissum sit? Dubito, prop[illegible]
rationes propositas in *not. nost. ad h.§. & tract. de* [illegible]
*justit. quarund. ll. Roman. c.* 5. *titul. de quibusd. aliis j*[illegible]
Aut si illicitum est, ad officium tamen Magistratus [illegible]
Eccles. pertinet, tale matrimonium dissuadere, ob [illegible]
tiones dictas in *not. ad d.*§.4. *& h* §.8. An ergo su[illegible]
matrimoniis in gradibus prohibitis dispensari pot[illegible]
Aff: in similibus, ubi quidem manifesta hone[illegible]
non reclamat, sed tamen aliqua, quæ stricto j[illegible]
præferenda videtur. Licitum quidem sæpe quid [illegible]
quod tamen honestius non sit. *Schneid. ad h.*§ *n.* [illegible]
Diss. vide apud *Eund. d. loc.* Et sic intellige quæst[illegible]
nem, an duo fratres duas sorores, pater & filius m[illegible]
trem & filiam uxores ducere possint. Vide Diss. ap[illegible]
*Harpr. ad h.*§.8. & similem quæstionem apud *Joa*[illegible]
*à Sande lib.* 2. *tit* 1. *def.* 9.

Ad §. 9. quæritur, an liceat fratris prædefuncti, [illegible]
sponsæ mortuæ sororem uxorem ducere? Nega[illegible]
ex honestate. *arg. l.* 5. *&* 8. *C. de incest. nupt.* Sed t[illegible]
etiam conjugium permitti tamen posse, quod ca[illegible]
non est integra, vel alia ex causa, docet itidem. *ca*[illegible]
*si qui.* 11. *&* 12. *caus.* 27. *q.* 2. Diss. vide apud *Har*[illegible]
*ad* §.6. *&* 7. *h.t.n.* 11.

VI. Ad §. 11. *Harpr. & Alii* varias quæstion[illegible]

m[illegible]

vent, sed quoniam ipse Imp. Justinianus in d. §. 11. remittit nos ad Pand. eas suo loco in digest. disputabimus.

Ad §. 12. quæritur, si matrimonium sine consensu parentum contractum (maxime quod copula confirmatum & liberis subnixum est) dissolvi nequeat, ut dixi ad *pr. h. t.* quæritur, inquam, an saltem contrahentes propterea à parentibus exheredari possint? Jure Civili tantum filia exheredari potest, non etiam filius. *Nov.* 115. *c.* 3. junct. *c. odia de R. J. n.* 6. Quod ex eo quoque confirmatur, quod Carol. V. primum hoc in filio constituit. Juri Civili suffragari videtur *c.* 22. *Exod. v.* 17. & *c.* 30. *Num. v.* 5. nisi dicamus, illos textus quoque intelligendos de filio, aut speciale & proprium jus Populi Judaici continere. Adde *Zyp. tit. de sponsal.* vers. *possint*. Diss. vide apud *Christin. decis.* 325. *vol.* 1. *Hænon. d. disp.* 2. *q.* 13. *Wurmser.* 1. *tit.* 40. *obs.* 19. *Arum. exercit.* 2. *thes.* 11. Sed quid, si annuente tamen Ecclesia vel magistratu matrimonium consummatum sit? Hoc casu exheredatio nullum sortiatur effectum. *arg. l.* 4. *C. ad l. Jul. de adult.* & pater teneatur ad dotandum. *arg. d. l.* 19. *h. t.* Quid, si etiam irrequesita Ecclesia vel Magistratu competente alibi nuptiæ celebratæ sint? dixerim parentes minime ad dotis dationem teneri. *arg. h.* §. 12. Ratio est, quia ipse Deus ejusmodi coitus prohibet, ideoque pœna & castigatione dignos censet. Adde *l. si quis* 5. §. *idem judex* 11. *D. de agnos.* & *al. lib. Alexand. cons.* 33. *lib.* 4. Diss. *Abbas in cap.* 1. *de sponsalib. impub. Dec. ad l.* 30. *de R. J. Ev. à Middelb. cons.* 182. quos sequitur *Fachin. lib.* 3. *c.* 45.

VII. Ad §. *ult.* quæritur, an liberi naturales legitimati (ut loquuntur) per subsequens matrimonium fiant legitimi? Negatur, sive ante concubinatum liberi justi & legitimi jam nati erant, sive post nati sunt.

ſunt. *arg.c.4.ad Galat.v.pen.* & *ult.* Plures ratio
vide apud *Hænon.d.diſp.2.q.16.* & *Gail.* 2. *obſ.* 1
Diſſ. vide *ibid.* Sed ſoli exiſtentes poſſuntne leg
mari inviti? Negatur. *l.ult.D.de his qui ſunt ſui a*
*Nov.89.c.11.* Diſſ. vide apud *Hænon.d. diſp q.*
quorum ſententia de Moribus procedit, quia ho
non magna aut dura patria poteſtas metuitur. Q
de nepotibus patre mortuo? Avi matrimonium c
concubina nepotes facit legitimos, quia patrem
præſentant. §. 2. *Inſt.de hered.qual.* & *diff.* Diſſ. *G*
2. *obſ.*141. & plures, quos recenſet *Hænon.d.diſp.* 2
18. Poſtremo quæritur, an in legitimatione per ſ
ſequens matrimonium dotalia inſtrumenta re
rantur neceſſario? Aff: de jure civili. *d.* §. *ult.*
duo ablativi abſolute poſiti ſunt, qui plerumque
ceſſitatem inferunt. *l.1.C. de jure emph.* & *l.ult.§.*
*C.de codicill. l.24.D.de teſtam milit.* Sed jure
non. & Moribus ſecus eſt, quia iſtis juribus ma
monia coram facie Eccleſiæ celebrantur,
de mutatio animi & affectio uxoris ſatis certo coll
poteſt. Deinde jus Civile male inſtrumenta præ
ſub pœna nullitatis requirit, quia jure Divino & n
turali rei veritas probari poteſt ex ore duor. vel tri
teſtium. *Deut.19.v.15.* Quin tamen intentio ju
Romani bona ſit, nullus dubito, ideoque pœn
pecuniariam vel aliam ſimilem ſtatui velim. D
*DD. varie*, ut videre eſt apud *Hænon.d.diſp.qu.*
*Harpr.* & *Alios DD. ad h.* §. Quod dulciſſima c
nominatio filii non faciat naturalem legitimum,
tem Moribus Belgii, certum eſt. *Gudelin.de jure*
*viſſ.lib.1.c.16.*

Ad *tit.* 11. quæritur, an hodie quis in filium ado
tatus ita jus filii conſequatur, ut non ſolum heres
inteſtato, ſed etiam in teſtamento vel inſtituend
vel nominatim exheredandus ſit? Aff: *cap.8.Rom*

5.& *Gal.*4. *v. ult.* Quæ ſententia ſimplici ſenſui erborum conveniens eſt, quam alias in foro ſequiiur. Adde *Baron.ad h.t.* Damnanda itaque videtur ontraria conſuetudo, quam allegant probantque *hriſtin deciſ.*185.*vol.*4. *Gudel.*1.*c.*13.*de jure noviſs.* *holoſan.ſyntagm.lib.*10.*c.*6.*n.*30.*Vinn.ad h.t.* Quætur etiam, an unio prolium (quamquam etiam patum de futura ſucceſſione contineret) ad exemlû adoptionis recte ſtatuto in multis locis introdua ſit, aut ſaltem introduci poſſit? Aff: *arg. cap.* 20. *atth.v.*15. junct. *c.*5.*v.*37.*Gail.*2.*obſerv.*125. Diſſ. *lurimi.* An plebejus adoptatus à nobili fiat nobi3? an quarta pars bonorum de qua mentio fit in §. *h. t.* cenſeatur totius patrimonii, an vero quarta ortionis, quam ab inteſtato habiturus eſt, & ſimiles uæſtiones, quæ hodie vix uſum habent (ut ſupra ixi) videre eſt apud *Harpr.ad h.t.* & *Hænon.d.diſp.* *ad h.t.q.*21. & *ſeqq.*

Ad *tit.* 12. quæritur, an Doctoratus dignitas libet à patria poteſtate vel tutela? Negatur *arg. l.* 32. *ult.C.de appell.Harpr.hic n.*7. Diſſ. *DD. commun.* uorum ſententia in abſtracto juſta videri poteſt, ita Doctor juris minor 25. ann. habeatur pro majore muneribus ſubeundis, ſed vix in adminiſtratione onorum. Unde tutius hoc obſervatur, ut venia ætis petenda, & cauſa cognita concedenda ſit. An atria poteſtas tollatur matrimonio, & ſeparata habiitione, vide in *not.noſtr.ad h.t.*

# DISPUTATIO JURIDICA
## QUARTA

Ad Tit. 13. & seqq. usque ad fin. Lib. 1. Inst

*Resp.* DANIELE OCQUERTIO *Zir-Zel.*

I. AD §. 1. *d. tit.* 13. quæritur, an definitio telæ ibi proposita bona & legitima sit? A per *d.* §. 1. *& l.* 1. *pr. D. de tutel.* Diss. D *Alii aliter*, quos sequitur *Wesemb. Vultej. Treutl.* visio tutelæ in testamentariam, legitimam & hon rariam, seu Attilianam, seu dativam (quæ etiam dicta definitione continetur) in paucis locis fer tur. Nam in plerisque tantum tutores testamen rii & legitimi reperiuntur. *Gudelin. lib.* 1. *c.* 18. *de j novíss.*

II. Ad §. 2. quæritur, an tutores recte dicant vim ac potestatem habere in pupillos? Aff: pe §. 2. *& l.* 1. §. 1. *D. h. t. & l.* 2. *C. quand. mult. tut. o fung.* ubi tamen per illam vim & potestatem sign catur vis, quæ præcipue consistit in paterna quad educatione pupilli, & ex consequentia in adm stratione bonorum pupilli. Diss. *Accur. & Alii res.*

III. Ad §. 3. quæritur, an mater vel avia lib tutores dare possit? Potest, (ut quilibet extrane cui hic mater comparatur. *l.* 4. *de conf. tut.* junct. *Inst. de hered. qual.*) si scilicet eos primò instituit redes. *l. pater* 4. *D. de test. tut.* ubi & ratio redditu quæ apertius confirmatur ex *Matth. c.* 20. *v.* 15. S & hoc casu opus est confirmatione Prætoris, q conditionem concivium ignorare præsumitur. *pater. & l. peto* 69. §. 2. *de legat.* 2. *& l. ult. in fin. D. pet. tut.* Secus ergo est, si liberos non instituit

redes; quo casu nulla confirmatio requitur, sed datio tutoris ipso jure nulla est. *dd.ll.* junct. *l.* 5. *C. de ll.* Diss. *Schneid. ad h.* §. *n.* 11. *Arum disp.* 16. *thes.* 5. & *vulgo DD.* teste *Treutl. disp.* 8. *thes.* 2. *vol.* 2.

IV. Ad §. 5. quæritur, an tutor filio emancipato inutiliter de jure civili datus, sed à Prætore confirmatus, testamentarius, an dativus sit? Dixerim, eum annumerandum testamentariis, ideoque ad satisdationem non teneri. *arg. l. qui à patre* 3. *D. de confirm. tut.* Diss. *Cujac. in par. C. de conf. tut.* & *lib.* 7. *obs.* 7. *Giphan. hic.* & *Plures* quos refert. *Hænon.* & *Harpr. ad h.* §.

Ad *eund.* §. quæritur, an pater filio exheredato tutorem dare queat? Aff: *d. l. pater.* 4. *de testam. tut.* Ratio est, quia tutelæ datio ex patria potestate proficiscitur. *d.* §. 3. *h. t.* quæ exheredatione non tollitur. *l. filium* 20. *pr. D. de bonor. poss. cont. tab.* Diss. *Hotom.* 6. *obs.* 5.

V. Ad §. 1. *tit.* 14. quæritur, an *d.* §. 1. conciliari possit cum *l. si hereditas* 10. §. *ult. D. de testam. tut.*? Aff: quia in *d. l.* 10. non negatur, quominus servo, qui simpliciter à domino tutor datus est, competat libertas directa; sed tantum in eo comparatur cum extraneo servo, quatenus utrique competat libertas, sed huic fideicommissaria, alteri directa. Hæc ita in concordiam vocare placuit, non quod magnam habeant utilitatem, sed quod juris civilis commendent auctoritatem, quæ sarta tecta esse debet, quantum probabili ratione defendi potest. Diss. *DD. varie*, ut videre licet apud *Harpr. hic. Giphan. Hotom. Anton. Matth. in not. ad h.* §.

VI. Ad *pr. tit.* 15. quæritur, an proximus agnatus, qui ex aurea bulla Caroli 4. tutor & administrator esse jubetur Electoralis heredis impuberis usque ad ann. 18. testamento excludi possit? Negatur; quia

d.bulla respicere ad utilitatem publicam, & jus ... vum continere videtur. Quo facit *l.4.D. qui test. fac.l.38.de pact. & l.55. de legat.* 1. Diss. vide ap... *Harpr. ad.h.pr.Hænon. d disp.3.q.5. Treutl. d. a... thes.3.lit.a.* Sed si aliæ leges Municipales proxim... adgnatos ad tutelam vocant, dixerim eas intelligi... das juxta *l.si quis 11.pr.D.de testam.tut.*

Porro quæritur, ad §.1. an jure novo mater præ... ratur avo paterno? Aff: per *Nov. 118.c. 5.* atque ... usu servari, testis est *Treutl. d.disp. 8. thes.3. lit. a.* ... judicatum vide apud *Matth. de Afflict. decis.* 1... Diss. *Jacob de Belvis, Aliique in d.Nov.* Sed re... ritur, ut mater primo specialiter, non generaliter ... nunciet SCto Vellejano; quia nemo intelligitur ... nunciasse juri, quod nescit. *arg. l.19.de inoff. test. & l. 9. de jur. & fact. ign.* Diss. *DD. plerique.* ... Moribus Belgii renunciatio non est necessaria, v... *nostram censur. ad tit. 17.*

VII. Ad §.2 *tit.* 16. quæritur, an deportatio... civitas, non item libertas amittatur? Aff: *d. §.2. ... l. 17. §.1.D.de pœn.l.5.D.de cap. minut.* Diss. *Vul... Rævard. & Alii.* Hodie deportatio & relegatio ... in usu sunt. Vide *Gud.de jure nov.lib.5.c.15. Chr... vol.5. decis. 52.* Sed quid statuendum in transfu... idem quod in deportato, id est, eum jura Civit... amittere, ideoque & tutelam; quia hostium num... habetur. *l.19.§.4.D.de captiv. & postl. revers.* & ... diam patitur capitis deminutionem. *leg.5.§.1.D... cap.minut.l.5 §.fin.de capt.& postl.rev.*junct. *§.4.I... quib.mod.tut.fin.* Diss. *Cujac.4.obs.9.Lyclam.5.mem... 57.Arum. disp.16.thes.3.*

Ad §.3. *d.tit.* quæritur, an jure novo (quo ima... naria emancipatio sublata est) per minimam cap... deminutionem fiat status mutatio? Aff: quia fa... lia tamen mutatur. Sed jure novissimo, vix h...

qu...

quæstio usum habet, propter *d.Nov.*118.*cap*.4.*&* 5. Diss. vide apud *Giphan.* *&* *Vinn ad d.*§.3.

VIII. Ad *tit.* 19. quæritur, an pater, avo mortuo, qui nepotem impuberem emancipavit, fiat tutor legitimus, an fiduciarius? Item quæ sit ratio differentiæ inter filium patroni & filium patris, an vero verba: *atqui patrono* &c. usque ad vers. *Ita tamen* &c. sint ab aliquo Glossatore adjecta? Sed quoniam illæ quæstiones utilitate & usu destituuntur, nobis eas attigisse, sufficit.

IX. Ad § 4. *tit.* 20. quæritur, an tutoris datio imperii sit, an jurisdictionis, an specialis permissionis & legis? Aff: posterius. *l.muto* 6.§.*tutoris* 2.*D. de tutel.* Ratio est, quia dare tutorem, nec sapit imperium, nec jurisdictionem. Deinde si esset jurisdictionis (nam quod non sit imperii, inter omnes constat) sequitur hoc absurdum, quod quilibet pater, qui liberis impuberibus dat tutorem, haberet jurisdictionem. Diss. *Bartol. & DD. comm.* quorum sententia in foro recepta est, ita ut datio tutoris jure Magistratus competere videatur. *Schneid. ad h.* §. *Gail.* 1. *obs.*1.*Hœnon.d.disp.*3.*q.* 8. *in fin. Treutl.disp.* 9.*vol.*2. *thes.*3.*lit.c.*

Ad §. 6. *d. tit.* quæritur, an tutela ex jure gent. an à civili introducta sit? Aff: prius per *d.* §.6. sed formam accepit à jure Romano. §.1.*Instit de tut.* junct. *tit.de legit.adgnat.tut.* Diss. vide apud *Hœnon.d.disp q.*1.

X. Ad *pr. tit.* 21. quæritur, an saltem naturaliter pupillus, qui scilicet judicii capax est, possit obligari absque tutoris auctoritate? Disting: quatenus alterius conditionem vel meliorem vel deteriorem faciet, obligatur; sed quatenus conditionem propriam faceret deteriorem, jus Civile noluit eum obligari, sed sopivit effectum naturalis obligationis; quia vix cum judicio quid contraxisse aut gessisse intelligitur. Adde

*l.quod pupill.*41.*D.de condict.indeb.* & *l.*1.§.1. *de* ... *vat.* Diss. *DD. varii varie.* Sed pupillus locuplet... factus obligaturne naturaliter, an civiliter? Aff: pr... per *l.pupillus* 5.*pr.D.h.t.* ubi hoc expresse asserit... Rationes addere non lubet, quia quæstio utilitate ... ret. Diss. *DD. complures.*

XI. Ad §.1. *d. tit.* quæritur, an pupillus salt... aliis sine tutoris consensu obligari possit, quan... suam conditionē fecit meliorem? Sane si in pun... juris disputemus, videtur & hoc negandum. *arg.a*... 1. & *d.pr. h. tit.* Ratio videtur, quia necdum ... pax judicii censetur, & ab alterius auctoritate ... pendet. Cæterum si in abstracto loquamu... etiamsi quis cum infante & infante minore cont... xit, obligabitur tamen, quia unusquisque tenetur ... sua promissione & conventione. *Deut.*23. nec qu... in favorem alicujus introductum est, debet torqu... in ejusdem odium. *l.*6.*C.de ll.* Diss.*DD.plerique*...

Ad §. *ult. d. tit.* quæritur, an jure novo saltem ... debitor vel creditor tutor creari possit, qui certa ... entia testamento datus est? Item an ille, qui cum ... quisitione à Magistratu datus est? Negatur *Nov.*7... 1. & 2. junct. *arg.l.*8.*D. de Pub.in rem act.* Diss. v... apud *Schneid. hic num.*5.*Vinn.ibid.* & *DD.ad Au*... *minor.C.qui dar.tut.Joan.à Sande lib.*2.*t.*9.*def.*1. ...

XII. Ad *tit.* 22.*pr.* quæritur, an illa impudica ... spectio pubertatis in usu fuerit? Aff: per *d.pr.* & ... *ult. C. quand.tut. Platon. lib.*11.*de legib.* quanqu... *Ulpianus tit.de tutel.* §. *ult.* significet, veteres in ... controversia inter se dissensisse. Diss. *Giphan.* & *V*... *ad h.pr.* & *plures Alii.* Usum Vide in *not. nost.a*... *pr.* & *pr.Inst.de nupt.*

Ad §. 2. *tit.*23. quæritur, an inviti adolescentes ... ratores accipere teneantur? Negatur *d.*§.2. & *l.*1... *impuberi.*§.*ult.D. de tut.* & *curat. dat. ab his.* R...

V...

videtur, ne viderentur aliàs furiosi aut prodigi *arg.* §. 3.*h.t.* Diss. *Ant. Matth.* & *multi Alii*, quorum sententia recte in foro servatur. Rationem vide in *not. nostr. ad d* §. 2.

XIII. Ad *eund.* §. 2. quæritur, an minor, qui curatorem habet, & tamen sine ejus auctoritate contraxit, jure Civili obligetur, ita ut si læsus sit, debeat petere restitutionem in integrum; an vero contractus ipso jure nullus sit? Aff: posterius per *l.* 3. *Cod. de in integr. restit. min.* ubi minor, qui curatorem habet, opponitur ei, qui curatorem non habet; & hic obligatur, alter vero non obligatur. Adde *l. ult.* §. 2. *C. de sent. pass.* & *restit.* junct. *l.* 5. *C. de leg.* Quod & Mechliniæ servari, testatur *Christ. ad ll. Mechl. tit.* 19. *art.* 21. & 22. & Pragmatici sequuntur, teste Fabr. *dec.* 6. *err.* 11. Diss. *DD. vulgo* quos sequitur *Hœn. disp.* 3. *th.* 11. *Arum. exerc.* 3. *thes.* 17. *Bronch.* 1. *ass.* 33. & *Alii plures.* Hodie hæc quæstio vix usum habet, quia aut nullitates in usu non sunt, aut duplici fine concluditur, ut scil. contractus declaretur nullus, aut saltem rescindatur & restituatur in integrum. Sed quid, si minor contractum suum juramento confirmavit? dixerim sine ulla distinctione (an habeat scilicet curatorem, an nō habeat) eum obligari. *Auth. sacrament. pub. C. si adv. vers. vend.* junct. *c. cum conting. ext. de jurejur.* & *d. l.* 8. *de Pub. in rem act.* Diss. *DD. varii.* Vide *Gail.* 2. *obs.* 41. Sane in Gallia & Belgio etiam contra contractum juratum minoris datur restitutio in integrum. *Gudelin. de jure noviss. lib.* 3. *cap.* 14. *Zyp. in Notit. jur. Belg. tit. de in integr. restit.* quod probo, si appareat, minorem vix serio & deliberato animo contraxisse. Securius tamen pœna pecuniaria statuitur in eos, qui sine consensu Curatoris aut Magistratus cum minore contraxerit. Plures quæstiones vide apud *Christ. dec.* 119. & *seqq. plur. vol.* 2. & *in disp. nost. ad*

*lib.* 4. *Pand.* ubi & latiorem uſum videre eſt.

XIV. Ad §. 3. quæritur, an quis ipſo jure prod-
gus haberi poſſit? Negatur, quia prodigalitas
facti, ideoque opus eſt ſententia Magiſtratus,
tequam ei bonorum adminiſtratio interdicta inter-
gitur. *l.* 10. *&* 15. *D. de curat.fur. l.* 55. *§. fin. de ad-
niſt.tut.* junct. *l.* 1. *pr. d. tit. de curat furioſ.* Diſſ.
*nell.ad l.*6.*de V. O. Gail.*2.*obſ.*51. *Fachin.*2.*cont.c.*
Sed mallem & hic, pœnam pecuniariam ſtatui in e
qui prodigum, vel eum, qui ſtatim dilapidatu
eſt, quod accipit, ſibi obligant; & facile abſtinebun
contractibus. Utique jure Divino quicunque cu
judicio contraxit, obligatur; quod jus Magiſtra
mutare non poteſt, niſi fortior ratio aut regula ſ
deat. Deinde licet quis ſciverit, prodigum aut lux
rioſum acceptam rem vel pecuniam male conſu
pturum eſſe, tamen hoc prodigo prodeſſe non
bet, quia privatus ex delicto privati lucrum ſent
non debet. Ergo non tantum efficaciter ex contrac
juratorio prodigus obligabitur, ſed etiam ex co
ventione ſimplici. Hæc nemini Interpretum u
quam in mentem veniſſe, mirari ſatis nequeo. Di
vide apud *Harpr.hic.Hænon.d.diſput.*3.*q.*12. *&* 1
*Fachin.*2.*c.*64.

Ad §. 5. quæritur, an durante minori ætate tuto
interim dandus ſit tutor, an vero curator? Sed qu
niam hodie apud Belgas nulla eſt differentia inter t
torem & curatorem, atque adeo dicta quæſtio nulla
habet utilitatem, ſilentio à nobis involvitur. *Vin.*
*ad h.* §.

XV. Ad *pr. tit.* 24. quæritur, an ſatiſdatio tutor
etiam per pignora expediri poſſit? Negatur, quia e
cautio Prætoria *d. pr.* quæ perſonas deſiderat. *l.* 7. *d*
*ſtipulation.Prætor.* Diſſ. *DD. commun.* quos lauda
*Schneid.h.t.* quorumque ſententia etiam in foro ob

tinui

inuit. Sufficit enim, pupillum tacitam habere hypothecam in omnibus bonis tutoris, & præterea sæpe expressa oppigneratione omnia bona pupillo obligari.

XVI. Ad §. 16. *tit.* 25. quæritur, an à tutelæ datione, an demum à rejectione excusationis appellare liceat? Aff: poster. per *d.* §. 16. *l.* 13. *pr. d. h. t.* & *l.* 1. §. 1. *quand. appell.* ubi saltem jus novum traditur. Diss. *Cujac.* & *Gothof. in l.* 4. *h. t. Giphan.* & *Hotom. ad h.* §. *Sim. Fab. disp anniverſ.* 10. *theſ.* 4. Sed Moribus harum Regionum recte servatur nostra sententia, quia vix potest quis inique tutor datus dici, antequam causa excusationis ab ullo aliquo judice prius examinata & rejecta est. Vide *Vinn. ad h.* §. De appellationum materia revisionum seu supplicationum, deque usu ejus, vide latius apud *Christin. vol.* 1. *deciſ.* 11. usque ad 49. *Zyp. in Notit. jur. Belg. tit. de appellat.* & *Jur. Pont. nov. anal. d. tit.*

Quæritur ad *eund.* §. an etiam legitimi tutores se excusare potuerint? Aff: per *d.* §. 16. vers. *cujuscunque generis* &c. *l.* 1. & 4. *C. de legit. tut. Nov.* 118. *c.* 6. Ratio est, nequis teneatur ad impossibile. *l. Tit* 45. §. *ult. D. h. t.* Diss. *Hotom. hic. Cujac. in not. ad Ulpian. tit.* 12. & *ad l.* 13. *D. h. t. Giphan. ad* §. 13. & 16. *h. tit. Borcholt. ad pr. d. tit.*

XVII. Ad §. 6. *tit.* 26. quæritur, an tutor vel curator oblatam culpam remotus etiam fiat infamis? Aff: *d.* §. 6. ubi dum culpa opponitur dolo, haud dubie culpa levis intelligitur, quoniam culpa lata nihil aliud quam dolus est. *l.* 226. *de V. S.* ideoque dolo vix opponi solet, sed sub dolo sæpius continetur. Quinimo passim in causis civilibus lata culpa æquiparatur dolo. *l. quod Nerva* 32. *D. depoſ. l.* 1. §. 1. *si menſ. falſ. mod.* & facile infligitur infamia. §. 2. *Instit. de pæna tem. litig.* His adde *l.* 7. §. 1. *D. h. t.* & *l. ult. C.*

*arbitr.tut.* Diss. *DD.plerique*, quorum opinio in foro servatur, teste *Tuld. ad h.t.c.ult.* quia forte prior sententia hic statuit quid contra proportionem inter delictum & pœnam. Quod tutor non teneatur ex levissima culpa, manifeste constat ex *l.1.pr.de tut.& rat. distrah.l.7.C.arbitr.tut.* Diss. *Accurs. hic & Giphan. ad l.23.de adm.tut.n.16.*

# DISPUTATIO JURIDICA QUINTA

## *DE PRIMA ET SECUNDA Rerum Divisione.*

### Ad Titul. 1. & 3. Lib. 2. Inst.

*Resp.* LUDOVICO CHIMAER *Lugd-Batav.*

I. AD *pr. tit.* 1. quæritur, an detur tertium genus rerum, quod sub dicta bimembri distributione non contineatur? Negatur per *d.pr.& l.1.pr.D.de rer. divis.* Diss. *DD. Borcholt. Gloss.hic & Alii varie.* Sed ne falsa hypothesi nostra disputatio niti videatur, distinctio & adquisitio dominii probanda est. *Matt.c.19.Eph.4.l.5. de just. & jur.* Diss. *Anab.& Alii.* An dominium recte dividatur in directum & utile, dicam alibi opportunius.

II. Ad §. 1. quæritur, an mare jure naturæ seu gent. commune sit? Aff: quia competit definitio jurisgent. *Rom.1.& 2.l.1.D.de adq.rer. dom.& §.1. Inst.de jure nat.gent.& Civil.* Adde *l.injuriar.13.§. fin.D.de injur.l.13.commun.præd.l.2.& 4. de divis. rer.* Unde etiam apparet, mare non esse capax dominii privati, nisi reali occupatione, puta ædificatione, injectione molis, aut quid simili occupetur. *Gen. 1.v.28.d.§.1.Inst.h.t.l.2.§.8.& l.3.§.1.D.ne quid in loc. pub.*

*pub.l.ergo si 30.§.ult.de adq.rer.dom.Grot.de mar.lib. per.tot.& lib.2.c.3.de jur.bell.& pac.*Diss. *Alii aliter,* ut liquet ex *Selden.de mari clauso.* An ergo nec jure gent. dominium maris, vel jus piscandi in mari saltem præscriptione immemoriali adquiri potest? Minime, quia omni præscriptio est juris civilis & contra ius gent. *tot.tit.de usucap.& præscript.* Præterea faciunt *dd.text.* junct. *l.quod in litt.14.pr.& §.1.D.de adq.rer.dom.& l.præsc.45.de usuc.* Diss. *DD.comm.* testib. *Balb.in tract. de præscript. quart.part. quint. princip.& Harpr.ad §.1.Inst.h.t.n.10.*

Ad *eund.* §. quæritur, an per aquam profluentem intelligatur aqua fluminis? Aff: ex ipsa proprietate vocabuli, quod aqua fluvii quotidie profluat. Diss. vide apud *Treutl.disp.20.thes.1.lit.f.vol.2.*

III. Ad §. 2. quæritur, an ille, qui molendinum habet in superiore parte fluminis, alium, qui in parte inferiori aliud molendinũ exstruere conatur, prohibere queat? Disting: cum *Schneid.ad h.§.n.55.* præsertim Moribus nostris, quibus in plerisque locis receptum est, ut ne quidem piscari liceat in fluminibus publicis, nisi specialiter hoc impetratum sit. *Schneid.d loc.Cuj.4.obs.2.Jas.ad l.2.de flum.n.25.* An ergo jus piscandi & venandi recte coarctatũ est? Aff: quia aliàs omnes species interirent, & nunquam finis esset litium, jurgiorum & homicidiorum. *Gud.2.c.2. de jure noviss.* Diss. *DD.* quos vide apud *Fachin. 1. c.1.* An tamen ipsi pisces vel feræ bestiæ contra legem captæ fiant occupantium, vide in *not. nostr. ad h.§.& §.12.* ubi etiam plures rationes redduntur.

IV. Ad §. 4. quæritur, an proprietas ripæ pertineat ad eos, qui habent proxima prædia? Aff: per *d. §.4.& l.5.D.de rer. divis.l.ergo 30.§.1.D.de adq.rer. dom.* Diss. *Hotom.ad h.§.* ubi Paulum in *l.3.de flumin.* à cæteris JCtis dissentire, & quidem recte dissentire

sta-

ſtatuit. Quomodo & quare Mores ſententiam Hotom. ſequantur, videſis in *not.noſtr.ad h.§.4.*

Ad §. 5 quæritur, an publica à communibus non tantum ratione proprietatis, ſed etiam ratione uſus differant? Aff: quia uſus publicorum duntaxat illis vacat, qui ſunt unius gentis; ſed uſus communium omnibus & ſingulis hominibus vacat. *d.§. 5. & l.2.4. & 5.de rer.diviſ.* Diſſ. *Bronch.cent.1.aſſ.3.*

V. Ad §. 8. quæritur, an res pſeudo ſacræ, ſive res falſæ & pollutæ Eccleſ.relictæ etiam in profanos uſus converti poſſint? Sed nos hanc quæſtionem excuſſimus *diſp.ult.ad Lib.4.tit.ult.* An res verè ſacræ recte alienentur, dubito. Vide *not.noſtr.ad h.§.*

Ad §. 10. quæritur, an & ille pœnæ capitalis reus ſit, qui alterius Civitatis quàm Romæ muros violavit, vel tranſcendit? Aff: *d.§.10.* junct. *arg.l.8.de Public.in rem act.l.8.§.2.de diviſ.rer.l. 3.§.17.de re militar.* Diſſ. *DD. Alii aliter*, ut videre eſt apud *Giphan. ad h.§. & DD. ad l.ult.h.t.* Moribus pœna eſt arbitraria. *Buſ.ad d.l.ult.Zyp.in Not.jur.Belg.tit de pœn.*

VI. Ad §. *feræ* 12. quæritur, an piſces, qui in alieno ſtagno ſunt, & feræ, quæ in ſilvis circumſeptis vagantur, occupantium fiant? Aff: *d.§. 12. & l. 3. §. item feras 14.de adq.poſſeſſ.* Diſſ. *Hotom. & Weſemb.* quorum ſententia hodie ſervatur, præſertim ſi feræ manu hominis plantatæ ſunt, quo temperamento etiam *dd. §§.* limitari poſſunt.

Ad *eund.* §. quæritur, an prohibitio domini vel legis efficiat, quominus fera beſtia in alieno fundo capta fiat occupantis? Negatur *d.§.12. & ibi DD. plerique.* Ratio eſt, quia quod nullius eſt, fit occupantis. *Geneſ.1. & 9.* Itaque ipſa fera beſtia auferri non debet, ſed alia pœna plectendis eſt, qui contra legem venatus eſt. Vide *not.noſtr.ad h.§.* Diſſ. *Cujac. 4. obſ. 2.Weſemb.ad Schneid.hic.Tulden.ad h.t.num.16.*quos

Mo-

Moribus ſequuntur. An venatio recte ſit coarctata, dixi ad §.2.*h.t.*

VII. Ad §.13. dixi in *not.noſtr.* quod hodie rectius quorundam veterum JCtor. ſententia ſervetur.

Ad §. 14. & 15. quæritur, an in *dd.* §§. tantum de apibus & pavonibus ſylveſtribus agatur? Negatur per *dd.* §§. qui generaliter loquuntur, ideoque generaliter quoque intelligendi ſunt. *arg.l.8.de Public. in rem act.* Adde *l.5.§.2. & ſeqq D. de adq.rer. domin.* Diſſ. *Hotom. ad d.§.* 14 cujus tamen opinionem non male hodie obſervari poſſe, demonſtravi in *Cenſur. Belg.ad d.§.*

Ad *d.* §. 15. quæritur, an feræ manſuefactæ intelligantur animum revertendi amiſiſſe, ſi ſemel atque iterum emanſerint? Nos hoc arbitrio judicis relinquendum putamus, quia tale à natura eſt, ut certis regulis determinari nequeat. Diſſ. *DD.plerique*, teſte *Weſemb.hic.*

VIII. Ad §.16. quæritur, an furtum etiam in re minima committatur? Aff: per *d.§. & l.5.§.pen.D. de adq.rer.dom.* Ratio eſt, quia juſtitia non in quantitate, ſed in qualitate conſiſtit; atque ita in praxi ſervari, teſtatur *Gomeſ.in § pœnal. Inſt. de act.* Diſſ. *Zaſ. 2.ſing.reſp.26.Covarruv.1.var.reſolut.cap.7.num.* 12. *Menoch.caſ.72.num.23.Clar. in §.furtum n.23.lib.5. ſent.* quorum ſententia æquitati propinquior videtur, cum alias ſequeretur ſæpe pœna nimis gravis, quæ nullam haberet proportionem cum delicto.

IX. Ad §.17. quæritur, de quibus rebus agatur in *d.* §. 17.? De mobilibus, quæ capiuntur in excurſionibus, non de iis, quæ in publica acie. *leg.5. §.ult.de adq.rer.dom. & l.51.D.eod.* junct. *l. pen.D. ad l.Jul. pecul.* Res immobiles aut publicantur, aut veteranis in prœmia aſſignantur. *l.20.§.1. de captiv.& poſtlim. rev.l.11.de evict.l.16.de adq.rer.dom.* Diſſ. *Donell.* 4.

*comm.*

*comm.* 21. *Vacun.* 2. *declam.* 25. & *Alii varie*, ut videre est apud *Vinn. ad h.* §. Usum vide apud *Bus. ad l. d.* 5 *Zyp. d. tract. tit. de serv.* & *not. nost. ad h.* §.

X. Ad §. 19. quæritur, an recte ea, quæ ex animalibus nostris nata sunt, jure gent. nobis adquirantur? Aff: per *d.* §. & *l.* 6. *de adq. rer. domin. l.* 5. §. 3 *de R.V.* & *l. variæ* 43. *de evict.* Ratio vide apud *Vinn. ad h.* §. & *not. nostr. ibid.* Diss. *Grot.* 2. *de jur. bell. c.* 8. *n.* 18.

Ad §. 21. quæritur, an pars terræ, quam vis fluminis detraxit, pertineat ad eum, cujus prædio jam coaluit? Aff: per *l. hoc amplius* 9. §. 2. *de damn. inf.* & *l. sed si* 26. §. 2. *de adq. rer. dom.* quas ll. quidem de stricto jure procedere statuimus, sed ex æquo & bono partem terræ domino restituendam esse. Vide *cens. Belg. nost. ad h.* §. Diss. vide apud *Vinn. ad h.* §.

XI. Ad §. 22. quæritur, an insula in flumine nata non minus usu, quam proprietate eorum fiat, qui habent proxima prædia? Aff: *d.* §. 22. *l.* 7. §. 3. & *l. pen.* §. 1. & 2. *de adq. rer. dom. l.* 1. §. 6. *de flumin.* junct. *arg. l.* 8. *de Public. in rem act.* Diss. *Cujac.* 14. *observ.* 11. *Pac. cent.* 6. *q.* 9. *Hænon. ad h.* §. *disp.* 4. *q.* 9. Moribus Belgii pertinet ad Ordines cujuscunque Provinciæ. Rationes vide in *not. nost. ad h.* §.

Ad §. 24. an & quomodo inundatione durante mutetur dominium, vide in *not. nost. ad h.* §.

XII. Ad §. 25. quæritur de justitia mediæ sententiæ, quam hic amplectitur Justinianus. *Connan.* 3. *comm.* 6. reprehendit eam, quem sequitur *Anthon. Matth. in not. ad h.* §. *Grot.* 2. *de jure bell. c.* 8. *num.* 19. putat speciem communicandam esse. Nobis lubet hic subsistere, sed vide tamen *not. nost. ad h. loc.* Quò pertinet sententia Bacchovii, qui idem statuit in vino & oleo, quod traditur de frumento. *l.* 7. §. 7. *in fin. de adq. rer. dom.* Porro quæritur, an etiam superior distinctio adhibenda sit, quando quis partim ex sua ma-

materia, partim ex aliena novam speciem fecit? Affirmativa opinio communiter Interpretibus placuit. Diss. *Bachov. Borcholt. hic. & Tulden. c.* 41. quorum opinio probabilis quoque est, si dicamus, hunc §. generaliter loquentem generaliter intelligendum esse. *arg. l.* 8. *de Public. in rem act.* & exempla hic subjecta non restringere regulam, sed explicare. *arg. l. ult. de rer. division.* Nostram sententiam videre est in *Cens. Belg. ad h.* §. ubi & illam quæstionem decidimus, an ille, qui sciens ex alterius materia speciem fecit, formam videatur donasse. Affirmant *DD. comm.* sed negantur *Wesemb. & Bacchov.* à quibus non multum dissentimus. *d. loc.*

Ad §. 26. & 27. variæ moventur quæstiones à *Bachov. & Hotom.* quæ à nobis decisæ exstant in *not. nostr. ad dd.* §§.

XIII. Ad §. *cum in suo* 29. quæritur, an etiam bonæ fid. ædificator actione de tigno juncto in duplum conveniri possit, sive tignum furtivum fuerit, sive alio modo alienum? Aff: per *h.* §. & *l.* 23. §. *pen. de R. V. junct. arg. l.* 8. *de Public. in rem act.* Ratio videtur, quia dominus tigni invitus cogitur carere re sua. Deinde nō habet, quod conqueratur ædificator, quia si absque damno eximere posset, domino restitueret. *arg. l. pen. C. de pact.* In priori quæstione de duplo dissentit *Cujac.* 23. *obs.* 19. *Hœnon. ad h.* §. & *Alii plures.* In secunda de exemptione tigni dissentit idem *Cujac. d. loc. Hœnon. ad. d.* §. *q.* 12. *Treutl. disp.* 20. *thes.* 6. *vol.* 2. Moribus domino tigni tantum simplum redditur, quia nemo privatus ex delicto alterius lucrum sentire potest, nedum ex bona fide ædificatoris. Vide *cens. nostr. Belg. ad h.* §. & *seq.*

XIV. Ad §. 30. quæritur, an etiam malæ fid. possessor necessarias impensas per retentionem & exceptionem deducere possit? Aff: *l.* 48. *de R. V. l.* 5. *C. eod.*

*l.5.C.eod.l.14.§.1. D.commun.divid.* & *l.plane 38.de petit.hered.* ubi & ætiologia seu ratio redditur, cui accedit *arg. l.18.in fin.de adim vel transf. legat.* Diss. *Ant.Fab. lib.2.conject.c.1.circa fin.* Sed quid si res, in quam sumptus facti sunt, non extet? Bonæ fid. possessor duntaxat, sive universalis sive particularis sit, deducet eos; præsertim ex fructibus quos restituere tenetur. *l.16.de R.V. d.l. 38.l.10.§.1. de negot. gest.* & *l.8 de pign.act.* Diss. *Treutl.vol.2.disp.20.thes.6.Petr.Gilken in tract.de impens.p.2.c.8.* Porro si bonæ fid. ædificator non fuit in possessione, stricto jure expensas necessarias repetere nequit. *l.si in area. 33. de condict. indeb. l.14.de dol.mal. except.* Sed ex æquo & bono etiam malæ fidei ædificator repetere potest. *d.l.38.l.36.§.ult.* & *l 39.§.1. de petit. hered. l. 5. C.de R.V.* & *arg.l.32.de reb.credit. Castrens.in d.l. 33. Molin.ad consuet. Paris. tit.1.§.1 gloss. 5.n.10.* & *seq.* Diss. *Ant.Fab.decad.26.de error.pragm.Tim.Fab. disp.anniv.13.thes.13 Hænon.ad d.§.* & *Alii plures.* Utiles vero impensas bonæ fid. possessor deducit.*d.l. 48.de R.V.* Sed malæ fid. possessor tantum aufert, si sine rei dispēdio & læsione prioris status tolli possint. *d.l.48.l.37.D.* & *l 5.C.de R.V.* Diss. *Cujac. 10.obs.1. Goedd. ad l.79.§.1.de V.S. Mynf.ad h.§.n.7.* Voluptuarias bonæ fid. possessor etiam per exceptionem servat, sed malæ fid.possessor tantum tollere potest. *d.l. 39.§.1.de petit.hered.l.9. de impens.in res dot. fact.* Diss. *Treutl. disp.14.thes.19.vol.1. Donell.4. comm. jur. civil.c.33.in fin.* Moribus juxta simplex jus gent. toties nascitur obligatio, quoties res nostra melior facta est. *Zyp.tit.de pæn.* cui adde *Autumn.in Cens. Gall.ad l.24.C.de negot. gest.*

XV. Ad §.31. quæritur, an Veteres JCti circa plantam in confinio positam inter se dissenserint? Negat *Treutl.d.disputat.20.thes.pen.* Aff: *Hotom.1. obs.*

*f.*14. Nostram sententiam videre licet in *not.nost.* *l h.§.* ubi etiam ostendimus, utilem rei vindicationem, quæ domino competit. *l.*5 *§.*3.*de R.V.* minime etium intendere, sed ipsam arborem, quæ stricto re domino soli adquisita censetur. Diss. vide apud *nn. ad h.§.*

Ad §. 34. quæritur, an Gajus in *l.* 9. §. 2. *de adq.rer. m.* dissentiat à Paulo in *l.*23.§.3.*de R.V.* Alii Affirant, Alii negant: ut ut sit, satis nobis constat de sentia Justiniani ex hoc §. Rationem vide in *not.nost. l h.§.*

XVI. Ad § 35. quæritur, an bonæ fidei possessor uctus extantes domino reddere teneatur? Aff: per *§.nostr.l.*48.*bon.fid.de adq. rer.dom.l. quæsit.* 40. *in .D.eod.l.*22.*C.de R.V.* Ratio videtur, quia fructus re mea nati, mei dicendi sunt. *l.* 44. *de R.V.* Diss. *onell.*4.*c.*25.*&* 26. *Gothof. ad d.l.* 22. quorum sententia in abstracto loquendo probabili ratione niti detur. Vide *not.nostr. ad h.loc.*

Quæritur ad *eund.* §. an bonæ fidei possessor non ntum fructus consumptos industriales faciat suos, d etiam naturales? Aff: per *d.§ nostr. & d. l.* 48. *&* 2.*C.de R.V.* Diss. vide apud *Hænon.d.disp.*4.*q.*17. *chin.*1.*c.*57. Quid, si factus sit locupletior? idem cendum est, quia potuit nullos fructus percipere. *g.l.*10.*de R.J.* Adde *l.*25.*§.*1.*vers.porro.D.de usur. l.*136.*de R. J.* atque ita in foro receptum esse, tetur *Pinel.ad l.*2.*C.de resc.vend. pag.*2.*c.*4. Vide & *an. à Sande lib.*3.*t.*15.*def.*1.*& seqq.Hartm.Hartm. act.forens.lib.*2.*tit.*32.*obs.* 3. *&* 4. Diss. *Bart. Co- rruv. & Alii,* quos recenset *Fachin.* 1.*c.* 58. Sed uid de malæ fid. possessore? Etiamsi titulum habe- non tantum de perceptis, sed etiam percipiendis netur.*l.si navis* 62.*§.ult. D.de R.V.l.*12.*pr.D. quod t.caus.* Ratio est, quod sibi imputare debeat, cur

domino rem ſuam non reſtituerit. Diſſ. *Accurſ. in l.* *ex diverſ. D. de R.V. Azo in rubr. tit. C. eod. Dec. in l. g* *neral. in fin. de R. J.* quorum opinionem in judici tenendam eſſe, docet *Fulgoſ. in d. l. ſi fund. C. de R.V*

XVII. Ad §. 36. quæritur, an fructus maturi ſa tem pro rata temporis transferuntur ad heredes fr ctuarii? Sed nos illam quæſtionem rejecimus in *diſ* *de uſuf.* ubi eam vide, & in *Cenſ. noſtr. ad h. §.*

Ad §. 37. de partu ancillæ diſputavi in *not. ad h. §.*

Ad §. 38. quæri poteſt, an uſufructu gregis legat uſufructus in una ove conſiſtere queat? ſed & illa controverſiam alibi tractavi, puta in *not. ad §. 18. In* *de legat.*

XVIII. Ad §. 39 quæritur, an cum *d. §.* pugn *leg. 3. §. 10. D. de jure fiſc.*? Negatur, quia *d. §. 39.* l quitur de loco ſacro vel religioſo proprio. Diſſ. *D* *Alii aliter.* Sed hæc quæſtio, ut & illa, an theſauru inventus in fundo feudali vel emphyteutico pro pa te cedat vaſallo, an in totum, nullum uſum habet quia hodie in hiſce Regionibus theſauri ut ἀδέσποτ & res, quæ non habent certum dominum, pertiner ad Ordines cujuſcunque Provinciæ. Rationem v de in *Cenſ. Belg. noſt. ad h. loc.* Vide etiam *Chriſtin. d* *ciſ. pen. vol. 1. & deciſ. 16. & 17. vol. 3.* ubi varie jud catum & conſtitutum refert. Adde *Treutl. diſput. 2* *vol. 2. theſ. 2. lit. g. Papon. lib. 13. tit. 7. arreſt. 1. Tholo* *ſyntagm. lib. 3. c. 11.*

XIX Ad §. 40. quæri poſſet, an jure gent. etian ſine traditione dominium in omni actu ad alienand tranſlatum intelligatur. Sed vide *not. noſt. ad h. §. &* *3. Inſt. de empt. & vendit.* ubi hæc quæſtio excutitur

Ad §. 41. quæritur, an venditor in caſu dubio præ ſumatur, emptoris fidem ſequutus? ſed illam quæ ſtionem nos (Deo volente) movebimus in *diſputat* *Pand. ad Lib. 18.* Uſum interim vide apud *Zyp. tit*

*d*

*le reb. cred.* & *Bus. ad leg. 19. de cont. empt.*
Ad §. 42. quæritur, an distinguendum sit inter pro-
curatorem omnium bonorum cum libera admini-
tratione, & inter procuratorem omnium bonorum
impliciter? Negatur, quia in rei veritate, si nihil hal-
ucinemur in verbis, nulla distinctio est. Itaque tunc
emum quid alienare potest, cum manifeste fiat
um utilitate domini. *l.58.de procur.* junct. *leg.63.D.*
*od.l.28.§.ult.de pact.* & *arg.l.46.§.ult.de adm.tutel.*
Diss. *DD.comm.*
XX. Ad §. *ult.* quæritur, an *d.* §. pugnet cum *l.*
*3.§.si jact.11.D.de furt.*? Negatur *l. qui levand.8.D.*
*e leg.Rhod.* Unde patet, *d.* §. 11. loqui de iis rebus,
uæ extra causam tempestatis in mare conjectæ sunt.
*lii aliter.* Quid dicendum de Consuetudine huic
contraria, qua bona ejecta & ad littus appulsa fisco
pplicantur? quod non sit adprobanda; quia nemo
ommodum sentire debet ex jactura alterius. *d.l.38.*
*petit.hered.* Deinde satis lugubre & calamitosum
t, quod quis naufragium passus est, ita ut afflictus
on amplius affligendus sit. Vide *not.nost.ad h.* §. &
*hrist.ad ll.Mechlin.tit.1.art.51.* & 52.
XXI. Ad §. 1. *tit.* 2. quæritur, an etiam aurum
gnatum & nummi aurei aut argentei rebus corpo-
ibus annumerari possint? Aff: per *d.* §. 1. ubi res
rporales definiuntur, quæ tangi possunt. Diss. *Ho-*
*m.illust.quæst.15.*
Ad §. 2. quæritur, an ea, quæ in jure consistunt, sint
tia rationis & intentionalia duntaxat? Negatur per
§. 2. ubi proponuntur exempla, quæ satis aperte de-
onstrant, esse in patrimonio nostro, atque adeo ne-
uaquam esse figmenta intellectus. Diss. vide apud
*n.* & *Bacchov.ad h.* §.
Ad *eund.* §. 2. quæritur, an hereditas quidquam a-
d sit, quàm ea, quæ in hereditate sunt? Aff: *d.*§.2.

Diss. *Senec.lib.6.de benefic.c.5*. An recte dicatur jus, quo quis se alicuius patrimonii universalem domini efficit? Negatur, quia hoc efficit sola successio sive hereditatis agnitio. Diss. *Theophil. hic*. An possit di ci pecunia defuncti? Aff: *arg.l. pecun.222. de V. S Cic. in Topic*. Diss. *Hotom. hic*. An recte dicatur res quæ succedit in universum jus defuncti? Negatur per ea, quæ supra dixi. Diss. *Donell.6.comm.2*.

## DISPUTATIO JURIDICA SEXTA

## *DE SERVITVTIBVS REALIbus & Personalibus.*

Ad Tit. 3. 4. & 5. Lib. 2. Instit.

*Resp.* JOHANNE POSTHIO *Doetic-Gelr.*

I. AD *rubr. d. tit.3*. quæritur, an servitus recte in genere definiatur jus, quo res aliena cor poralis præter naturam alteri rei vel per sonæ utilitatem debet præstatque? Aff: *§.ult.Inst.d reb.corp.& incorp.l.26.D.de S.P.V.l.1.D. de usu & usuf.leg.l.4.D.de justit.& jur.l.1.15.D.de servit. & 5.§.9.D.de oper.nov.nunciat.* Diss. *Coras. ad rubr. d servit.n.7.& seq.Costal.in d.l.15.Hotom.8.obs.11. & 13.in fin.Ant.Fabr.5.cons.11.Arum.disput.9.thes.1* Ut autem illa utilitas jure in prædiis consistat, requ ritur vicinitas prædiorum tam urbanorum, quam ru sticorum *l.5.§.1.l.7.§.1.D.de S.P.R.* Diss. *Vultej.1.jur Rom.63.n.50*. Quid Moribus circa servitutis utilita tem mutatum sit, vide apud *Bus.ad l.8.D. de servit*

II. Porro quæritur, an sit tantum vel realis ve personalis? Aff: *l.1.& 15.D.de servit.* Diss. *post.DL*

Cæpoll. in tract. de servit. urb. c.1. Realis autem servitus distinguitur materia seu qualitate usus, non loco. §.1. Instit. h.t. l.198. de V.S. l.16. C. de præd. & aliis reb. min. l.1. D. comm. præd. Diss. Donell. de pign. c.4. & lib.11. comm. cap.4. Lang. insign. jur. quæst. decad.4. theorem.4.

III. Ad pr. d. tit. quæritur, an is qui actum habet, eo uti possit etiam sine jumento? Aff: quia actus iter in se continet, eoque solus ire potest. d. pr. Ratio est in l.21. & 110. D. de R.J. Diss. Anton. Fab.1. conj. ult. Quæritur itidem, an via recte definiatur jus eundi, agendi, ambulandi, & quod actum & iter in se continet? Aff: d. pr. & l.1. D. de S.P.R. Diss. Donell. lib.11. c.6. Conn.4. comm. Arum. exercit.5. thes.6. Praxin harum servitutum videre licet apud Schneid. ad tit. servit. num.12. & Grot. in Introd. ad jurispr. Holl. lib.2. part.35.

IV. Ad §.1. quæritur, an servitutes *ne altius quis tollat ædes suas*, & *ne luminibus vicini officiat*, differant? Aff: quia separatim traduntur in §.2. Instit. de servit. præd. & l.6. D. de S.V.P. Ratio differentiæ afferri potest non inconcinna, quod luminibus non solum noceatur ædes altius tollendo, sed etiam deprimendo. l.17. §.2. D. eod. Quin quodcunque luminibus impedimento est, tolli potest per eum, qui servitutem habet, *ne luminibus ejus officiatur*, cum secus sit in illo, qui alteram servitutem habet. l.12. D. de S.P.V. junct. leg.6.7.15. & 17. D. eod. Diss. Cujac. lib.17. obs. c.35. Donell. lib.11. comm. c.5. Bronch. cent.2. ass.5. Quo autem modo discrepet servitus *ne luminibus officiatur*, ab ea quæ *servitus luminum* dicitur, satis constat ex l.4. D. de S.P.V. Licet ergo parietem suum aperire fenestras seu lumina habendi gratia. l.1. de R.J. l.21. D. de aq. & aq. pluv. arc. junct. l.1. & 24. D. de S.P.V. Sed vicinus ædificando eadem obstrue-

re poteſt. *arg.l.8.§.5.D.ſi ſerv.vind.leg.29.§.1.D ad l. Aquil.l.9.de S.P.V.* niſi ſervitutem luminum debeat *d.l.4.* Diſſ.*Varie Duar.1.diſput.anniv.33.Hotom.obſ. 12.c.31.Donell.d.lib.11.comm.5.Bronch.cent.2.aſſ.5. Hænon.diſp.quæſt.6.*Moribus Statutiſque multarum Civitatum cautum eſt,ne feneſtræ fiant,unde directo & de plano proſpiciatur in aream vicini, præſcribiturque certum ſpacium,quo à pavimento vel tabulato diſtare debent. *Tulden.hic.* apud quem plures vide quæſtiones, ut & apud *Vinn. & Bach.* Vide quoque *Thol.ſynt.lib.4.c.11.n.3.& 4.Chriſt.ad ll.Mechl.titul. 14.art.37.*

V. Ad *d.* §. 1. quæritur, an ſervitus *jus altius tollendi & non altius tollendi* diſtinctæ ſint ſervitutes ? Aff: *l.2.D.de S.P.V.l.7.§.1.D.comm.præd.* Diſſ. *Bacchov.in §.1.Inſtit.de ſerv.præd.* Sed altioris indaginis eſt, an & quomodo jus altius tollendi ſervitus ſit, & non potius libertas. Si tamen recordamur lege Municipali de forma ac ſtatu ædificiorum lata, vel conſuetudine certam altitudinem præfigente, vicinum vicino jus altius tollendi conſtituere poſſe, omnis ſcrupulus ſublatus eſt. *l.qui lumin.11.D. de S.P.V. & l.1.C.de ædif.privat.junct.l.pen.§.1.eod.& l.pen.C. de pact.* Quod jus in multis Germaniæ locis moribus receptum eſt. *Gail.2.obſ.59.Zyp.tit.de ſervit.Buſ. ad l.2.de S.P.V.* Diſſ.*Vult.lib.1.diſcept.c.5. & Bacchov. d.loc.*

VI. Ad §. 2. & 3. vide quæſtiones apud *Harpr. ad dd.§§.* ſed quæ ad *Inſt.* vix movendæ videntur,atque adeo ſilentio à nobis præteriuntur.

Ad §. 4. quæritur, an ſervitutes prædiorum etiam longi temporis præſcriptione adquirantur, ſive actu continuæ ſint,ſive diſcontinuæ, ſi modo nec vi,nec clam,nec precario quaſi poſſideantur? Aff: *l.10.D.ſi ſerv.vind.l.1.§.ult.D.de aq.pluv.arc.l.2.C.de ſerv. & aq.*

*aq.* junct. *l.8. D. de Publ. in rem act. l.5. §. pen. D. de itin. actuque privat.* Diss. *DD. comm. teste Bronch. cent. 1. ass.* 92. Quorum sententia in Camera Imperii obtinuit. *Mynſ. centur. 4. obſ.* 54. Jure Saxoniæ & Hollandiæ omnes servitutes etiam personales indistincte præscribuntur spacio tertiæ partis centum annor. *Schneid. ad §. ult. Inſt. de serv. præd. n. 19. Grot. in Iſag. ad juriſpr. Holl. lib. 2. sect.* 36. salva tamen restitutione in integr. propter probabilem ignorantiam, ut dicam ad *tit. de uſucap.* Plura vide apud *Buſ. ad leg. 4. D. de servit.*

VII. Sed quid statuendum de titulo & scientia adversarii? Titulus non requiritur, si adversarius sciat, vicinum servitute uti: sin nesciat, titulo ad præscriptionem opus est *l. 10. D. ſi servit. vind.* junct. *l. 2. C. de servit. & aq. & l. ult. C. de præſ. long. temp.* Diss. *Duar. ad d. l. 10. Longoval. in l. 3. D. de juriſd. Ant. Matth. in diſput. ad tit. D. de servit.* Sed durum est, patientiam & benevolentiam alicujus torquere in animum donandi. Vide quoque *Matth. 7. v. 12.* Moribus Galliæ ad præscriptionem servitutis probari oportet, usurpationem vel medio titulo factam, vel saltem servitutis jure declarato præsente domino & audiente illam inceptam fuisse. *Imb. in Ench. jur. Gall. c. serv. quæ ſint comm. & quæ diſcont. pag. 331. Buſ. d. loc.*

VIII. Ad *pr. tit.* 4. quæritur, an usufructus recte definiatur jus alienis rebus utendi fruendi salva rerũ substantia? Aff: *pr. Inſtit. de uſuf. l. 1. D. eod.* An ergo eadem definitione manifeste DD. distinctio in usumfruct. causalem & formalem de errore convincitur? Aff: *d. pr. & d. l. 1.* Ratio est, quia nemini res sua servit. *l. 26. D. de S. P. V.*

IX. Ad §. 1. quæritur, an id quod communiter DD. tradunt, legato usufructu ædium sub cõditione, si fructuarius illis servitutem *altius non tollendi* im-

ponat, proprietatem relictam videri, verum sit? Aff: *l.Proculus* 19. *D. de usufr.* ubi ipsa insula in tali casu legata putatur. Nec mirum sane, quia usufructus tali conditione perpetuus constituitur, & tantum à domino imponi potest; atque adeo recte sub nomine usufructus proprietas relicta præsumitur. Vide *l.*26. *D.de S.P.V.l.*5.*pr.si usufr.pet.l.*15.*§.fin.in fin.D. de usufr.l.*25.*§.*1.*de V.S.* Diss. *Pinel.ad l.*1.*Cod.de bon.matern. Fachin. lib.*5.*cont.c.*43. quos magno molimine sequitur *Bus.ad d. l.* 19. Idem judicandum arbitror, quando usufructus prædii relictus est cum facultate alienandi, quoniam concessa alienatione, etiam dominium concessum intelligitur. *l.*1.*C.de fund.dot.& d.leg.*19. hac tamen cautela adhibita, ut imprimis attendatur voluntas testatoris. *l.*19.*pr.D.de condit. & demonst.* Vide *Joann.à Sande lib.* 5.*tit.*3.*def.*4. Hinc, si usufructuario in casu necessitatis & indigentiæ libera alienandi potestas tributa est, nequaquam absolute proprietas relicta censetur. *arg.leg.*16.*D.de adq. rer.dom.* atque ita judicatum refert *Neost.ad.in decis. Cur.Holl. decis.*20. Diss. *DD. varie*, quos vide apud *Cavalcan. de usuf.mul.relict. Peck.de test.con.c.*14.*per tot.Jac.Coren obs.*10.*circa fin.*

X. Ad §. 2. quæritur, an quasi usufructus possit constitui in vestimentis? Aff: per §. 2.*Inst.de usuf.& l.*1.*de usuf. ear. rer.* Sed hoc ita, quando vestium ut quantitatis usufr. legatus est, non vero ut corporis. *l.*15.*§.*4.*&* 5.*D.de usuf.junct.l.*9.*§.pen.D.usuf. quemad.cav.* Quum vero apparet, vestimenta instar quantitatis relicta esse, traduntur legatario, ut ejus fiant, sed æstimatis his, satisdatur. *d.§.*2.*Inst.& l.*7.*D.de usufr.ear.rer.* Diss. *Donell.* 10.*comm.*4. *& Alii aliter.* Utrum autem illa cautio ita sit de substantia quasi usufructus, ut plane remitti aut omitti nequeat, vix sine distinctione expediri potest. Nam testator eam

fru-

fruſtra in præjudicium heredis prohibet. *l.* 1.*C.de uſuf.&* *l.* 9.*pr.D.ut in poſſeſſ.legat.* Ratio eſt in *leg.* 13. *pr.D.de uſuf.& l.4.C eod.Gail* 2. *obſ.* 145. Adde *d.* §. 2.*Inſt & l.7.de uſuf.ear.rer.*junct.*l.nemo* 55.*D.de leg.* 1. Diſſ. *Cyn.in l.1.C.de uſuf.And.Sicul.in conſil.64.lib.* 2.*Ancharan.Panormit.& Collectar. in c.ult.de pign. Alexand.in conſil.*120.*n.*6.7. *lib.* 7. Quorum ſententia in abſtracto loquendo verior eſt, quia voluntas teſtatoris ſervanda eſt. Utique teſtator potuiſſet heredem non inſtituiſſe heredem. Et qui in uno agnoſcit voluntatem teſtatoris, etiam in cæteris agnoſcere debet. Quare jus Romanum in ſcrupuloſitate quadam conſiſtere videtur. Vide *Vinn. ad d.pr.* Cæterum heredem dictæ cautioni renunciare poſſe, liquidi juris eſt. *arg.l.poteſt.*71. *D.ad l.Falc.junct. l.pen.C. de pact.*& eatenus non eſt de ſubſtantia.Exemplū extat in *l.*5.§.1.*&* 2.*D.de uſuf.ear.rer.* quod & in praxi ſervatur,ut, inquā, ſatiſdatione uſufructuaria omiſſa, nihilominus fructuarius vel quaſi,emolumentum rei uſufruct. ſibi habeat. *Corn.lib.*3.*conſ.* 173.*n*.3.*Buſ.ad d.l.*5. Diſſ. *DD.com.*quos ſequitur*Arum.exerc.*5.*th.* 19.*Vult. hic n.* 6. *Hænon. diſp.* 5.*thes.* 20. *Tim. Fab.* ſubſiſtit. Quæ cum ita ſint in fungibilibus, nemo dubitet, quin etiam obtineant in rebus, quæ verum uſumfructum recipiunt.De heredis omiſſione textus eſt in *d. l.*5.§.2. & ita uſu ſervari,notat *Buſ.d.loco.* De teſtatoris remiſſione eſt *l.pen.C ut in poſſ.leg.l.* 1.*&* 7.*D.uſuf.quem.cav.*junct.*l.*55 *D. de leg.* 1. Manifeſta quoque exaggeratio eſt ex eo, quod in vero uſufructu major ſit occaſio delinquendi, quam in quaſi uſufructu, ideoque minus teſtator in illo cautionem inhibere poteſt:atque ita pronunciatum eſt in ſuprema Curia Holl. *Neoſt. d.dec.*20.*&* 33. Diſſ. *Hot per. d.l.*1.*C.de uſuf.Buſ.ad d.l.9.de uſuf.ear.rer.n.*18. Sed cur & hic teſtator non habet liberam diſpoſitionem bonorum?

XI. Ad *eund.* §. 2. quæritur, an utraque cautio fidejussoribus fieri debeat? Aff: *l.1.pr.& §.5.D.usufr. quemad.cav.* junct.*l.7.D. de stipulat.prætor. l.8.& 9. de usuf.ear.re.quæ ipso.* junct.*l.1.qui satisd.cog.l.7.§.1. usuf. quem.cav.l.6.ut in poss.legat.* quæ sententia usu comprobatur. *Rebuff.in tract.de sent.execut. art. 1. gloss.16.num.36.Mynſ.cent.6.observat.48.* Diss.*Gail. 2.observat.47.num.4. Wesembec. in parat. D. qui satisdat. cog.* Sed si fructuarius ob paupertatem vel aliam difficultatem fidejussores reperire nequeat, poteſtne admitti ad cautionem juratoriam? Minime, licet sit homo bonæ fidei & frugis; quia lex expresse fidejussores postulat, ut heres sit securus. *dd.ll.& l.13.pr.D.de usuf.* & hoc in foro receptũ esse, testatur *Rebuff.d.loco. Radelant.decis. 64. & 65.* Itaque & heredi & fructuario utile erit, & testatoris voluntati consentaneũ, si res ipsa tradatur proprietario, & usufructuarius annuatim vice usufructus certam fructuum vel pecuniæ summam sub idonea cautione accipiat, hoc est, id percipiat, quod diligens paterfam. ex tali usufructu singulis annis verisimiliter lucraturus esset. *arg.l.hac edict.6.§.1.vers.vel certe.C. de secund.nupt.& l.2.§.5. in fin.de aq.pluv.arc.* Et ab hac opinione in judicando non esse recedendum, monet *Mynſ.cent.6.obs.49.*Diss.*DD.*& Mores *varie.* Vide *Gail.lib.2. obs.47.Imb.in Ench.Jur.Gall.c. ult. Bus. ad l.4.& 5. D. de usuf.ear. rer. Bronch. miscell. cent.1 assert.50.*

XII. Ad §.3. quæritur, cum finiatur usufr. morte usufr. §. 3. *Inst.de usuf.* an ergo nulli fructus, saltem maturi pendentes, ad heredes fructuarii devolvant? Nulli.§.36.*Inst. de rer. divis. & l. 8.D. de ann. legat.* Ratio est in *l.68.D.deR.J.*Adde *l.12.§.fin.D.de usuf. & l.13.D.quid.mod.usuf. amitt.* Diss. *Cuj.4.feud.30. & 24.obs.21.Connan.4.com.5.Vult.ad pr.Inst.de usu*

*& hab.*

*& hab.n.7.Ann.Rob.rer.jud. lib. 3.c.3.* quos sequitur *Zyp.d.tract h.tit.* ubi pro rata temporis fructus dividendos existimat. Jure Saxonico, (quod Transisulania sequitur) quæcunqne sata à fructuario sunt, ab heredibus ejus metuntur. *Schneid.in d. §.36. n. 3. Bus.ad l.58.D. de usuf.* Gravis etiam quæstio est, num ususfructus, cessione extraneo facta, pereat, & ad dominum revertatur? Nos Affirmantibus calculum adjicimus, propter *l.66.D.de jure dot.* Ratio est in *l.15.D.famil.ercisc.* junct.*l.69.deR.J.* Diss.*Hotom. Pinel.Wesemb.Bronch.AntMatth.& Alii.* quorum sententia in rei veritate haud absurda videtur. Rationes vide apud *Eosd.*

XIII. Ad §.1.*tit.5.* quæritur, quomodo illa verba: Usuarius jus quod habet, nec locare, nec vendere, nec gratis concedere potest, usufructuarius potest, debeant accipi? Nos sic interpretamur, ut possit fructuarius jus suum utendi fruendi vendere, manente tamen jure ususfructus apud eundem, juxta *l.8. §.ult. D.de peric. & comm.rei vend. & l.66.in fin.D.de jure dot.l.12.§.2.l.38. & l.67.D.de usuf.* Diss. *DD.* varie, quibus adstipulatur *Tim. Fab. in disp. annivers. ad pr. Inst.de usu & habit.*

XIV. Ad §.5. quæritur, an habitatio servitus dici queat? Aff: quia definitio servitutis tum generalis tum specialis personarum competit habitationi, ergo nihil absurdum, si habitatio dicatur servitus personæ? Adde *l.10.pr.D. de usu & habit.* Diss. *Hotom.ad §.pen.Inst.eod.& Alii.* Plures quæstiones ad dd.tit. vide apud *Harpr.Hotom.Vinn.ad dd.tit.*

DISPU-

# DISPUTATIO JURIDICA
## SEPTIMA
## Ad Tit. 6. 7. 8. & 9. Lib. 2. Instit.

*Resp.* FLORENTIO CINCQ *Hag-Batav.*

I. AD *pr.tit.* 6. quæritur, an usucapio recte definiatur adjectio dominii per continuationem possessionis temporis lege definiti? Aff: *l.3.D.de usurp.* & *usucap.* Diss. *Dd. Alii aliter.* Per dominium autem intellige verum sive directum. *d.l.3.* & *§.ult.Inst.de usu* & *habit.l.28.D.de V.S.* junct. *l.1.C.de fund. dotat.* Diss. *Dd.veteres*, quos sequuntur *Schneid.h.t.n.72.* & *Dynus in cap.possess.n.8.de R.J. in 6.*

II. Ad idem *pr.* controvertitur, num usucapio seu præscript. longi tẽporis justus sit adquirẽdi modus? Nos partem negativam tuebimur. *arg. c.7.Matth.v. 12.* Ubi Christus omnia jura, quæ civili tantum ratione nituntur, ad æquitatem naturalem revocavit; ergo & usucapionem, quæ suffragante Universa Dd. Schola civili consideratione introducta est. *l. 1. D.de usucap.* Mirum itaque, dictum textum Sacræ Scripturæ nulli Interpretum unquam in mentem venisse. Quid? Christianumne esset, probabilem ignorantiam & longam benevolentiam proximi torquere in liberam voluntatem alienandi? Quo pacto quæso ille qui usucepit, liber erit à furto? qua ratione quietus in conscientia, postquam intellexit rem pertinere ad alium? Hanc allegati loci mentem etiam assecutus videtur Imperator Alexander Severus, qui dicto Præcepto Christi adeo delectatus est, ut in Palatio & publicis operibus præscribi jusserit, ut refert *Camerar.in oper.subcisiv.cent.1. cap.98.* Adde *l.*

206.

206.*de R.J.* cui cedunt rationes,quæ pro usucapione militant, ut probatum est,& pluribus in arena probabitur. Quinimo mobilium usucapio ubique fere hodie desiit, & cum rebus soli eodem tempore præscribuntur, quod annis fermè passim triginta absolvitur. *Zyp.in notit. jur.Belg.tit.de præscrip.* Eadem de causa moribus quoque præscriptio fiscalis in §.*ult Inst.h.t. & tit. C.de quadrienn. præscrip.* abrogata censeri potest.*Christin.vol.4.decis.*82.*n.ult.Zyp.d.loco in fin.*

III. Ad §.12. quæritur, quid statuendum sit de jure Romano, quo superveniens alienæ rei notitia inchoatam usucapionem non interrumpit.*l.un. C.de usucap. transf.* Rectius jure Canonico bona fides requiritur ad ultimum usque momentum temporis, *c. ult.ext. de præscript.c.2.de R.J.in 6.arg.d.cap.7.Matth.vers.*12. Quid de lege Civili, qua præscriptio 30. vel 40. annorum etiam sine titulo & bona fide cepta procedit. *l.sicut.*3.7.*pr.*8.§.1. & 2. *C. de præscript.* 30.*vel* 40.*ann.*? Etiam illa *dd. capp.* piè sublata est *arg.d. c.*7. Atque ita etiam in foro Civili cum in actionibus realibus, tum personalibns passim servatur. *Mynf.cent.*4.*obs.*6.*Schneid.h.t.n.*17.*Fachin.lib.*1.*cont c.*63. Quin jure Pontificio in præscriptione immemoriali bona fides requiritur. *dd.cap.* Dist. *Dd.varie,* ut videre est apud *Fachin.d. loco. Bronchorst. cent.* 4.*Ass.*6.*Hænon.disp.*6.*quæst.*10.

IV. Sed quid, si post præscriptionem bona fide completam certa scientia rei alienæ supervenerit? Judicamus nihilominus,rem in omni foro restituendam esse, propter rationes in thesi 2.allatas.Dist.*Dd. comm.* Quæ cum ita sint in hac quæstione, nullus ambigo,quin Praxis majores 25. ann.contra præscriptionem 30 annor. juste in integrum restituat ex capite probabilis ignorantiæ. Vide *Christ. ad ll. Mech-*

*lin.*

*lin.tit.*20.*art.*1. *n.*29. Quanquam contrariam sententiam Juri Civili magis consentaneam esse, existimo. *l.ult.C.de præscript long.temp.l.*3.*&*4.*C.de præscript.*30.*vel* 40.*ann.* Diss. vide apud *Fachin.lib.*1. *c.* 69.*& Hœnon.disp.*6.*quæst.*17. Et ne amplius dissimulem quod sentio, rotundo ore dico, jus usucapionum & præscriptionum juri Divino adversari. *Exod.*20.*vers.*15.*Matth.*7.*vers.*12.1. *Thess.*4.*v.*6. Plures quæstiones,sed minus utiles (ut jam significavi.) vide apud.*Vinn. & Harpr.ad h.t.Fab.ad lib.*7.*C. tit.* 13.*def.*1.*& seqq.*

V. Ad *pr.tit.*7. quæritur, An donatio inconsiderate inter Civiles rerum acquisitiones relata est? Minime, quia respectu donatarii adquisitio est, etiamsi nudo pacto inita esset sine traditione. *§.ult.Inst.de usu & habit.l.si quis arg.*35.*§.ult.C.de donat.* Et hoc non tantum in donatione inter vivos, sed etiam in donatione mortis causa obtinet, quia legatis comparatur. *§.*1.*Inst.de donat.* junct *l. legatum* 80.*D.de leg.* 2.*l.*64.*in fin.D.de furt.* Diss. *Cujac.lib.*10.*obs.cap.* 28. *Hotom.Cont.Ant.Matth. & Alii aliter.* Sed intelligiturne jure novo dominium translatum, etsi donatio necdum sit accepta? Vide *Deckher.lib.*1.*dissertat.*4. cujus tamen sententia falsa est, si in abstracto loquamur; quia simplici jure gent. dominium translatum censetur respectu donantis, qui suæ donationi stare tenet. Vide *Censur.nostr.ad §.*40.*Inst.de rer. divis.*

VI. Ad *§.*2. quæritur,an donari possint res omnes tam incorporales,quam corporales? Aff: *l.in ædibus* 9.*pr.l.*7.27.*D.de don.*modo donantis propriæ sunt.*d. l.*9.*§.ult.& l.*14.*C.eod.* Unde etiam non tenetur de evictione, nisi stipulanti eam promiserit. *l.*2.*C. de evict.l.Aristo ait.*18.*§.ultim.D. de donat.* Ratio vero redditur in *l.ad res donat.*62.*D.de ædilit.edict.* atque

ita

ita jure Saxonico servatur. *Wesenb.in parat.de donat. n.7.* Diss. *Dd.comm.teste Treutl.disput.19.h.t.thes.5. lit. b.* Quid ergo dicendum de donatione omnium bonorum? Illa valida est. *arg.l.in re mand.21.C.mandat.* Textus manifesti sunt in *l.omnes 17.§.1.D.quæ in fraud.credit l.35.§.sed etsi quis 4.& 5.C.de donat. l.8.C.de revocand.donat.* Cæterum futura bona non comprehendet, si indefinite facta sit; quia donatio stricti juris est. *l.22.D.h.t.* Adde *arg.l.7.D.de aur. & argent.leg.* Diss.vide apud *Treutl.d.loc.lit.d.* Sed quid, si donator expressim præsentia & futura bona donaverit? Dixerim,istam valere, præsertim si in dignum & bene meritum collata sit.*d.l.21.& seqq.leg.5.D.de donat.l.4.C.de jure dot.leg. 20. C. de donat.ant.nupt.* junct. *l.9.§.1.D.h.t.& l.3.C.eod.* Ne tamen ex istiusmodi donatione Respubl. detrimentum caperet, donator tantum deducebat, ne egeret. *l. 9.§.1.& l.50. D. de re jud.* Quare etiam insinuatione opus fuisse videtur, quoties donata summa 500. solidos excedebat. §.2.*Inst.h.t.l.27.& l.pen.C.eod.* Diss. *Dd. com.* quos Practici sequuntur. *Hartm.Hartm.lib. 2. obs.7. tit.45.Gail.lib.2.obs.127.n.4.Ant.Fab. ad lib. 8. Cod. titul.36. def. 9.* Quibus non multum repugno, si attendamus jus Divinum & saniorum præcepta Philosophorum. Vide 2.*Corinth.8.vers.13.Ambros.lib.1. de offic.* Dominus,inquit, non vult effundi opes,sed dispensari. *Senec.lib.2.c.15.* respiciendæ sunt cuique facultates suæ viresque, ne aut plus præstemus, quã possumus, aut minus. Hinc Aristoteles *lib.4.Ethic. Nicom.c. 1. & 2.* libertatem definit μεσότητα περὶ χρημάτων δόσιν καὶ λῆψιν, id est, mediocritatem circa divitiarum dationem & acceptionem.

VII. Ad *eund.* §. 2. quæritur, num donatio omnium bonorum vel partis maximæ pure facta,ob liberos postea natos revocari queat? Nos in negantium

um sententiam descendimus, ob *d.l.22.D.h.t.& d.l. 19.§.1.D. de re jud. c.ult.caus.17.q.4.* Adde *l.ult.C. de revoc. donat.* Ubi non fit mentio de supervenientia liberorum. Diss. *Dd.* quos sequuntur *Wurmser.1. tit.43.obs.1.Cujac.lib.20.obs.5.Myns.5.obs.63.Fachin. 3.c.85.Bronch.cent.3.ass.74.* & ita judicatum ac in foro servari, testatur *Papon lib.11. syntagm.tit. 1. de don.§.20.Treult.disp.19.vol.2.thes.7.lit.e.* Quid, si judex hic tanquam in casu dubio mediam viam eligat? Plures quæstiones de revocandis donationibus cum usu vide apud *Ant.Fab.ad lib.8. Cod. tit. 38. def. 1. & seqq. Christin.vol.1.decis. 340.& vol 4. decis.192.*

VIII. Ad *d. §. 2.* quæritur, quæ fuerit ratio insinuationis? Nos hanc statuimus, ut fraudibus obviam iretur, & nimia liberalitas in donationibus coerceretur, *l. lata 27.& l.pen. §. ult. C. de donat. §. 2. Inst.h.t.* Qua de causa donationem quoque reciprocam & remuneratoriam, vel ob causam factam in casu excessus insinuationem requirere, indubitanter assero. Textus generalis est in *l.sancimus 34.pr.C.h.t.* junct. *l.1.& 5.D. eod.l.7.§.2.D.de donat. int.vir. & uxor.* Diss.*Cuj.17. obs.33.Schneid.in §. aliæ.Inst h.t.n.33.Sande lib.5.t.1.def.3.Myns.4.obs.75.Hartm. Hart.lib.44.obs.2.n.11.& Dd.Comm. teste Fachin. lib.3.c.82.* Qua ratione exceptio sit in dote & donatione propter nuptias, vide apud *Gudel. de jure noviss.lib.1.c.8.* ubi & usum *§.3. Inst. h. t.* demonstrat. Vide etiam *Neostad. de pact. antenupt. Lambert. Gor. advers.jur.tract.1.* Quare hodie non requiratur æqualitas inter donat.propt. nupt. & dotem, vide apud *Tholosan.syntagm.lib.8.c.7.n.27.* Quid Moribus servetur in superioribus, vide apud *Perez.ad lib.5. C.tit.3.& in Cens.nostr.ad h.t.*

IX. Ad §.3.quæritur, an donatio inter vir.& uxor. quæ insinuationem desiderat, ut morte alterius confir-

firmetur, si 500. solidos egreditur, confirmetur tamen absque insinuatione usque ad summam 500 aureor.? Aff: Textus evidens est in *Nov.162.c.1.§.5.D.de V.O.* Adde *l.34.& 36.C.h.t.* Diss. vide apud *Fachin.lib.3.c.72.* An donatio inter conjuges juramento firmetur, vide apud *Gail 2.obs.40 junct.Cens.nost.ad d.§.3. h.t.& §.pen.Inst.quod cum eo qui in alien.potest.* Plura de donat. ante vel propt. nupt. vide apud *Christin. vol.3.decis.126.& seq.*

X. Ad *pr.tit.8.* quæritur, an maritus rerum dotalium dominus sit, & eas alienare possit? Distinguendum arbitror, ut omnes res mobiles, quæ servãdo servari nequeunt, sive æstimatæ sunt, sive inæstimatæ, alienare queat. *l.res in dot.42.D.de jure dot.& arg.l.22.C.de administ.tut.* Aliud est in cæteris rebus mobilibus inæstimatis, quia non sunt mariti periculo. *l.10.pr.D.de jure dot.l.unic.§.15.pr.& vers.licet enim. C.de rei uxor.act.* Adde *l.30 pr.C.de jure dot.* junct. *l.1.solut.matr.* ubi ratio redditur, quæ æque obtinet in re mobili dotali, præsertim pretiosa & quæ servando servari potest, quam in fundo. Diss. *Bacch.& Pac.ad pr.Inst.quib.al.lic. & Alii.* Si vero æstimatæ sunt, etiã immobiles jure alienare potest, nisi intertrimenti seu deteriorationis causa æstimatio facta sit, vel mulieri data sit electio, utrum res vel pretium petere velit. *l.10.§.4.D.de jure dot.l.5.C.eod.* junct. *l.cũ post. 69.§ 7.ult.D.de jure dot.& l.11.D. de fund. dotat.* In rebus autem immobilibus inæstimatis, & rebus quæ intertrimenti causa & cum electione mulieris æstimatæ sunt, maritus civile dominium habet. *l.30.C.de jure dot.l.17.D.eod.* Et sic leges, quæ in specie inter se pugnare videntur, optime conciliari possunt. Diss. *Dd.varie.* Mores passim legem Juliam magis, quam reformationem Justiniani sequuntur. *Tulden. ad d. pr.Inst.quib.alien.lic.* Reliquam praxin *d.pr. Inst.* vi-

de apud *Grot.inIntroduct.Jurisp.Holland.lib.*1*.part.* 5.*Busium ad l.* 1. *&* 2. *D. ad SC. Vellejan. Neostad. in pact.antenupt. obs.*18.

XI. Ad §.1. quæritur, si de distrahendo pignore nihil convenit, an possit creditor illud, denunciatione facta, ante biennium vendere? Neg: *l.ult.*§.1.*C. de jure dom. impet.* Et si pactum est, ne distrahatur, post trinam denunciationem idem dicendum est. *d.l. ult.* §.1.*& l.*4.*D.de pign. act.* (quamvis hoc pactum servandum dixerim. *Arum.hic*) Diss. *Don. in tract. de pign.c.*12.*Bus.ad d.l.*4 *pign. act. Harpr. ad* §.1.*Inst.h. t.Bronch. cent.*2.*ass.* 73.*Ant. Fab.de error. pragmat. decad.* 56.*error.*7. Sed hæc forma vendendi vix ullibi observatur. Vide *Bart. & Bus. ad d.l.*4. *Christin. volum.* 4. *decis.* 172. *num.* 3. *Schneid. ad d.* §. 1. *n.*6.*Ant. Fabr. ad tit.* 8. *Cod. tit.* 22. *def.* 1. *Hartm. Hartm.*1.*tit.*27.*obs.*3.

XII Ad §. 3. quær. an nummi, quos pupillus sine auctoritate tutoris credidit, aut in solutũ dedit, si casu apud accipientem perierunt, periculo accipiẽtis fuerint, ideoque restituendi videantur? Aff: *arg.*§.2.*vers. quia temere Inst.quib.alien.lic.& l.*19.*D.de R.J.* Adde *arg.l.*3.§.5.*in fin.D.de Carbon. edict.*junct.*l.*6.*C.de l.*Diss. *Azo*, quem *Donell.*sequitur *in l.*19.§.1.*D.de reb. credit.* Atqui, dicat aliquis, eodem fundamento *d.l.*3. *& l.*6. alienatio prædii pupilli vel minoris, modo ex utilitate ejus facta sit, licet sine decreto Prætoris, rata habenda esset. Nequaquam, quia consultius & favorabilius tamen est, ne alienatio contingat; quum sæpius in damnum quam commodum vergat. Vide *nostra ad* §.2.*Inst. de auct. tut.* Præterea legibus ita cautum est. *l.*4.*&* 12. *C.de præd.& aliis reb.minor.l.* 5.§.14.*D. de reb. eor. qui sub. tut. l.* 13.*pr. D. eod l.* 22.*C.de adm.tut.* Diss. *Dd.* quos videre licet apud *Harpr. ad* §. 2. *Inst. quib. alien. lic. Fachin.* 3. *c.* 3.

Pra-

Praxin vide apud *Grot. in Introd. Jurisp. Holl. lib.* 1. *part.* 8.

XIII. Ad *tit.* 9. quæritur, an pater administrator filiifam, res ejus immobiles, licet usumfructum habeat, alienare possit absq; decreto judicis? Neg: *l.* 1. & 2. *C. de bon. matern. l. ult.* §. 4. & 5. *C. de bon. quæ lib.* Quæ sentẽtia in Camera Imp. recepta est. *Mynf. cent.* 6. *obs.* 61. Diss. *Dd. comm.* si credimus *Tiraq. in repet. l.* 8. *C. de revoc. donat. n.* 28. Uberiorem usum omnino vide apud *Bus. ad l.* 3. *D. de his qui sunt vel alien. Gudelin. de jure noviss. lib.* 1. *cap.* 14. *Grot. d. lib.* 1. *part.* 6.

XIV. Ad *eund. tit.* quæritur, an per filium patri invito & ignoranti ex causa non peculiari possessio adquiratur? Negat: *leg.* 1. §. 5. *leg.* 3. §. 12. *leg.* 4. & *l.* 44. §. 1. *D. de adq. vel amitt. pos.* Ubi quoque rationes singulares adferuntur, cur in causa peculii profectitii filius patri ignoranti possessionem adquirat, ergo in altero casu secus est. *argument. leg.* 14. *D. de legib.* Diss. *Cujac.* 24. *observation.* 9. Plures hic ab Aliis tractatas quæstiones non attexo; quia aut usum non habent, aut contra brevitatem Inst. disputantur. Videsis tamen *Harpr.* & *Vinn. ad h. t.* & *Bus. ad l.* 3. *D. de his qui sunt sui vel &c.* & *not. nostr. ad d. tit. Inst. de pat. potest.* & *h. t.*.

# DISPUTATIO JURIDICA
## OCTAVA
## *DE TESTAMENTIS ORDInandis Patrisfamil. & Filiifamil. Pagani & Militis.*

Ad Titul. 10. 11. et 12. Lib. 2. Instit.

*Respond.* CORNELIO SCADE *Ultraject.*

I. AD *pr. tit.* 10. quæritur, an testamentum recte ex eo appelletur, quod testatio mentis sit? Aff: si allusionem juridicam intelligas. *arg. l.* 1. *D. de Novat.* Diss. *Gell. lib.* 6. *c.* 12. *Valla eleg. lib.* 6. *c.* 48.

II. Ad *idem pr.* quæritur, an testamentum recte definiatur voluntatis nostræ justa sententia, de eo quod quis post mortem suam fieri velit? Aff: *l.* 1. *D. qui testam. fac. poss.* Itaque definitio bona est, & omnibus testamenti speciebus applicari potest, sed non codicillis. *l.* 1. *D. de injust. rupt.* junct. *§. ult. Inst. de codicill.* Diss. *DD. varie.*

III. Ad §. 1. 2. & 3. quæritur, an testamenti factio in totum juri civili adscribenda sit? Aff: quia nemo testamentum facere potest, nisi cui lex hoc specialiter permisit. *l.* 3. *D. qui testam. fac. poss. Cicero lib.* 1. *ad Herenn.* Utique si esset juris gent. quoad originem seu materiam (ut loquuntur) tunc unicuique testamentum condere liceret, quod ea, quæ juris gent. sunt, omnibus & singulis competant, nisi lex civilis prohibeat. *l.* 6. *de just. & jure.* junct. *l.* 17. *§.* 1. *D. de pœn.* Adde §. 1. 2. & 3. *Inst. de testam ordinand.* Diss. *DD. comm.* teste *Clar. q.* 2. *lib.* 3. *§. testam.* Sed quis hu-

hujus quæſt. uſus? Ut teſtamenti factio ſtatuto tolli poſſit. *arg.* §.*pen.Inſt. de jure nat.gent.* & *civil.* Sed diſpoſitio de bonis ſuis duntaxat coarctari poteſt. *l.* 6.*D. de juſt.* & *jure* & per conſequens de verbis ſolummodo hic quæſtio eſt. Alium uſum vide apud *Clar. d. quæſt.* 2. *in fin.* & *Lambert. Gor. adverſar. tract.*4.§.9.

IV. Ad *d.*§.3. quæritur, quum teſtamenta uno contextu fieri debeant, an recte inde concludatur, nullũ celebrari contractum in teſtamentis poſſe? Aff: §.3.*Inſt. de teſt. ord.l.*21.§.*ult.D.qui teſtam. fac. poſſ.* junct.*l.*20.*D.de V.S.* Ratio videtur, quod abſurdum ſit, ut diverſi actus in uno eodemque inſtrumento fiant, vel uno eodemq; tempore. Diſſ. *DD.comm.* quorum ſententiam in praxi ſervandam puto; quia quilibet honeſta conventio ſervari debet. Deinde hodie non attenditur natura rei aut ſubtilitas juris civilis Romani, ſed ſequimur ſimplex jus gentium.

V. Ad *eund.* §. 3. quæritur, an illud jus Civile, quod ſeptem teſtes in teſtamentis paganorum requirit §.1.2.3.&4.*Inſt.de teſt.ord.* Pontifex jure dicat *c.cum eſſes ext.de teſt.* à Lege Divina alienum eſſe? Aff: *Deut.c.*19.*v.*15. Ubi Deus duo præcipit. Primum eſt, ut unius teſtimonium non audiatur. Secundum, ut omnis rei veritas conſiſtat in ore duorum vel trium. Eadem regula inculcatur per Chriſtum *Matth. c.*18.*v.*16.*Joann.*8.*v.*17. Næ nos ſubſiſtere debemus, ubi ſubſiſtit Spiritus Sanctus; nec oportet nos Deo ſapientiores velle videri. Si in capitalibus cauſis duo teſtes ſufficiunt, cur non etiam in teſtamentis, ubi duntaxat de bonis agitur? *Deut.*17.*v.*6.1.*Tim.c.*5.*v.* 19.*Diſſ.DD.comm.* teſte *Harp.ad d.*§.3.&4.*Inſt.h.t.* Propter rationes ſupra allegatas dicendum quoque eſt, teſtamentum valere, licet teſtatori prælectum non ſit. Diſſ. *Joann. à Sande lib.* 4. *tit.* 1. *def.* 5. &

*Plures* quos refert *dict. Joann. dict. loc.*

VI. Ad §. 4. quæritur, an teſtamentum patris inter liberos, quod jure Romano nullos teſtes deſiderat. *leg.ult. & Auth.ſeq.C.famil.erciſc. leg.*21.§.1.*& Auth. ſeq.C. de teſtam.Hartm. Hartm.lib.*2.*tit.*38. *obſerv.*4.*&* 5. valeat? Valet,nec allegato juri divino contrarium eſt; quia hoc loquitur in caſu,quando negotiũ dubium eſt,quod de ſcripto teſtamento patris, de cujus manu & voluntate conſtat, affirmari nequit. Diſſ.*Cujac.conſul.*1. Eadem ratione firmum pronuncio teſtamentum ſcriptum tempore peſtis factum. Vide *Chriſt.ad ll.Mechl.tit.*17.*art.* 1.*n.*24.*&* 25.Sed in nuncupativo duos vel tres teſtes requiro.*d.cap.*19. *v.*15. quod praxis ſequitur. *Mynſ.cent.*1.*aſſ.*96.Invita tamen Juriſprudentiâ Romanâ, quæ ſeptem teſtes convocari jubet. *l.*8. *C. de teſt.* Diſſ. *DD. comm.* Juxta noſtram ſententiam teſtatur judicatum in Friſiæ curia *Joann.à Sande lib.*4.*tit.*1.*def.*4. Vide etiam *Schultz.ad h.t.Zyp. conſultat.Can.*2. *&* 3. *de teſtam. lib.*3.

VII. Ad §. 5. quæritur, an teſtamenta olim annulo tantum ſignari potuerint? Aff: *l.*22.§.5.*D. qui teſtam.fac.poſſ.l.* 12. *C. de teſtam.* quod ob dignitatem illorum, certitudinem aut ſolennitatem ita introductum fuiſſe, conjicio ex *l.ult.C.de fidecommiſſ.* Diſſ. *Connan.lib.*9.*comm.cap.*2.*n.*3.*Harpr.part.*1.*diſp.* 20. *theſ.*7.*Arum.exercit.*7.*theſ.*17.*Hænon.diſp.*7.*q* 7.*& Alii plures.* Moribus ſubſignatio abolita eſt,ſed ſubſcriptio teſtium etiamnum ſervatur, magis tamen ad majorem cautelam, quàm de neceſſitate; quia in ore non in ſcriptura duor. vel trium conſiſtit veritas. *d.c.*19.*Deut.v.*15. Vide *Gail.lib.*2.*obſ.*112.*n.*13 *Jac. Coren obſ.* 10. *n.* 2. Hinc noſtratium teſtamenta coram Notario & duobus teſtibus confecta nuncupativis annumerantur. *Neoſtad.deciſ.*1.

VIII.

VIII. Ad §. 6. *& seqq.* quæritur, an filius emancipatus, frater, maritus, ministri, recte testes in testamento adhibeantur? Aff: §. 9. *Instit. de testam. ordin.* sensu scil. à contrario sumpto. Ratio est, quia causa impedimenti, quæ est unio personarum per potestatem contracta, in personis enumeratis exulat & sublata est. Deinde nullus hic suspicioni locus, quod non de testatoris commodo, sed heredis agatur; & testes non tam illi quàm huic testimonium perhibeant. Adde *l. 20. pr. &* §. 3. *D. qui test. fac. poss.* Diss. *DD.* quos refert & sequitur *Clar. lib. 3. sent.* §. *testam. q. 55. n. 9. Duar. lib. 1. disp. 28.*

IX. Ad §. 11. quæritur, an legatarii, testes esse possint in testamento, in quo ipsis legatum relictum est? Aff: quia non sunt juris successores. §. 11. *Institut. de testam. ordin.* Quæ ratio cum etiam in testamento nuncupativo locū habeat, nullus dubito, quin legatarius eidem testimonium dicere queat. Adde *l. 1. & 7. D. de auct. tut. l. 20. pr. D. qui testam. fac. post.* junct. *l. 8. D. de Public. in rem act.* Diss. *Duaren. de testam. tr. de testib. idon. Hænon. disp. 8. q. 9. Ant. Fab. 66. decad. de err. pragm. 1. & seqq.* Praxin vide apud *Zyp. in Notit. iur. Belg. tit. de testam.*

X. Ad *pr. tit.* 11. quæritur, an eadem privilegia nostris militibus competant? Aff: Etenim nec novum nec infrequens est, ut judex procedat ad similia, quando eadem ratio & legum sententia manifesta est. *l. non possunt 12. D. de leg. & SCtis.* Quid mirum ergo, si eadem privilegia militaria, quæ militibus Romanis concessa fuerunt, etiam militibus nostris largiamur? An non bellum justum gerimus? An non imperitia & simplicitas armatæ militiæ eos comitatur? An nō inopinati casus & pericula obruunt? An non difficultas cōsulendi peritiores tempore expeditionis? *pr. Inst. de milit. testam. l. ult. pr. C. de jure*

*delib.l.3.& pen.C.de testam.milit.Vigl.hic. Gail.2.obs.118.Vaud.1.q.55.Christin.vol.4.dec.3. Sichard. ad h.t.C.n.9.Tulden.ad h.t.c.1.* Diss. *DD.comm.teste Hænon.disp.7.q.10.*

XI. Ad *d.pr.* quæritur, an idem dicendum sit de militibus, qui degunt in locis limitaneis? Certe si momenta juris spectamus, nusquam illis privilegium militare tribuitur. Ratio est, quia nec in expiditionibus sunt, nec destituuntur copia consulendi juris peritos. *l.pen.C.de testam.milit.l.10.D.de bon.poss.* Sed si attendamus Mores nostros, quibus paganorum quoque testamenta sine testibus intra proprios parietes propria manu scripta, valida habentur, aut saltem haberi debent (ut supra indicavi) miles limitaneus absque testibus aut aliis solennitatibus testamentum scriptum facere potest. Diss. *Cujac. hic. Connan.9.com.5.n. 9. Harpr.disp. 20. thes. 12. in fin. Foster.disp.12.10.Hænon.disp.7.q.10.*

XII. Ad *d.pr. & §. ult.* quæritur, quid observandum in Advocatis, cæterisque togatæ militiæ Ducibus? Illi jure militari testari nequeunt, quoniam ratio privilegii in thesi 10. relata, in eis cessat. Quæ autem contra regulas juris & commune jus recepta sunt, non debent facile produci ad consequentias. *l. 14. & seqq. D.de legib.* Diss. *Gail.lib. 2.obs.118.n. 15. Vigl.in pr.ad h.t.n.8.Gras.in §.testam.quæst.4.Horat. Luc.de privil.schol.privil.5.*

XIII. Ad §.1. quæritur, an in testamento militis nuncupativo ad minimum duo testes requirantur? Aff: §. 1. *Institut. de milit. testament. l. 24. D. h. t.* junct. *l. 12. D. de testib.* Quod juri divino consentaneum est.*d.cap.19.vers.15.* In scripto verò testamento nulli testes, nullæ solennitates exiguntur. *l. 1. l. 38. l. 40. D.de testament. milit.* Quare nec necesse est, ut testes specialiter sint rogati,

sed

sed satis est, si vel casu intervenerint, dummodo de seria voluntate militis testentur. *l.* 24. *& d. l.* 40. *D. eod.* Quod & Moribus recte in paganorum testamentis receptum est. Ratio est in *d.c.* 19. *Deut.* Diss. *Vigl. ad.* §. 1 *.h.t.n.*6. *Clar.in* §. *test. quæst.* 58. *n.*4. *Sichard. ad rubr.C.h.t.Gail.lib.*9.*obs.*118.*n.*17.

XIV. Ad §.4. quæritur, an tum demum testamentum ante militiam factum jure militari valeat, quando miles vel verbis vel facto declaraverit, se hoc valere velle? Aff: § 4. *Inst.de milit.test.l.*25. *D. de testam. mil.* junct. *l.*20.§.1.*D.eod.* Diss. *varie Accurs.Fab.Hortens.Hotom Ant.Matth.ad d.*§.4.

XV. Ad *pr.t.*12. quær. an filius f. saltē de illis bonis adventitiis, in quibus pater non habet usumfructum, testari possit? Negatur. *d.pr.* Ratio est in *l.* 3. *D. qui testam.fac.poss.l.pen.& ult.C.eod.* Diss. *Vaud.lib.*1.*q.*1. *Treutl.vol.*2.*disp.*10.*thes.*2.*lit.c.Wurms.* 1. *pract.* 39. *obs.*16.*Cravett.cons.*543.555.*n.*2.*& Alii*, quos refert *Covarruv.in rubr.p.*4.*n.* 9. *ext. de testam.* Moribus harum Regionum liberi omnes, modo ea ætate sunt, qua testamentum condere possunt, de bonis maternis, aliisque bonis adventitiis, invito etiam patre, disponere possunt. *Grot.in Intr.jurisp.Holl.lib.*1.*part.*6. *Elbert.Leon.lib.*6.*emend.c.*3.*in fin.Vinn.ad d.pr.Inst. Perez ad tit.Cod.*22.*lib.*6.

XVI. Ad §.3. quæritur, an surdus & mutus simul, quamvis scribere nesciat, permissu & beneficio Principis testari possit, ut docet *Accurs. in* §. 3. *Inst. quib.non est permiss.* quem *DD.* vulgo sequuntur, teste *Harpr.ad d.*§ 3.? Negatur; quoniam talis homo nec loqui, nec scribere, nec Princeps hunc defectum supplere, aut preces ejus intelligere potest. Adde *arg.l.*2.§.1.*D.de usuf.ear.rer.& l.*16.*D.de adopt.*

XVII. Ad §.4. quæritur, quid dicendum sit de illis, qui hodie in testamento cœci quartum testem præ-

ter Notarium & duos testes adhibendum esse autumant. *arg.l.8.C.qui testam. fac. poss.*? Illorum opinionem improbat dictum jus divinum *Deut.cap.19.v.15.Matth.18.v.16.* & Jus Canonicum *in cap.cum esses ext.de testam.* Vide *Vigl.ad d.§.4.h.t.* An cœcus testari possit juxta *l.21.§.ex imperfecto.C. de testament.* vide apud *Joan.à Sande lib.4.tit.1.def.8.Clar. lib.3.§.testament.q.11.* & *17.*

XVIII. Ad *§.ult.* quæritur, an damnati ad mortem jure novo facultatem testandi habeant? Neg: Quamvis enim jure Novellarum nec bona nec libertatem amittant. *Auth.bona damnator.C.de bon.proscript.* & *Auth.sed hodie. C.de donat. inter vir.* & *uxor.* tamen civitatem amittunt, qua sublata, tollitur & jus testandi. *l 3.D. qui testament. fac.poss.* junct. *l. 2. C. de bon. proscript.* Atque ita judicatum, refert *Neostad. in decis. suprem. Cur. Holland. decis. 21.* Diss. *Vigl.in §.3. Inst.de milit. testament. num.9. Wesembec.in parat. num.13.D.qui testam.fac. poss.Pet. Georg.Thol.42. Syntag. 8.n. 11.* quorum sententia ubique fere consuetudine recepta est. *Clar.tract.de testam.q.21.Schultz.ad d.tit.12.* Et sane, si miles damnatus testari potest *leg. 6.§.6.de injust.* & *l.40.de test. milit.* ergo & paganus, præsertim Moribus, quibus testamenta paganorum fere similia sint testamentis militum. Deinde duplex hic unius delicti pœna esset, quod absurdum est. Sed hæc maxime procedunt, quando bona non confiscantur, quæ etiam nec cõfiscari debent, ubi corpus punitur, nisi intuitu metus vindictæ. Vide *nostra ad titul. de pub. judic.* An ordinatio testamenti secundum solennitatem loci factum etiam extra territorium vires obtineat, vide apud *N.Burgund.ad Consuetud.Fland.tractat.6. Lambert. Gor.* Plures quæstiones cum usu vide apud *Christin. decis.4.* & *seqq.plur.Anton. Fabr.de error.*

*prag-*

*pragmat.decad.73.error.2.& seqq. Harpr.ad dd.tit.*

# DISPUTATIO JURIDICA NONA

## *DE EXHEREDATIONE LIBERorum & Heredibus instituendis.*

Ad Titul. 13. & 14. Lib. 2. Instit.

*Resp.* DANIELE OCQUERTIO *Ziriz Zeland.*

I. AD *pr. tit.* 13. quæritur, an jure novo legata debeantur ex testamento, in quo filius à patre præteritus est? Aff: *Auth. ex causa.C. de liber. præt.* Quin cætera omnia illius capita adimplenda sunt, sola heredis institutione improbata, *d. Auth.& Nov.*115.*c.*3.& 5. Ubi Imperator generaliter loquitur de præteritione parentum, & promiscue utitur voce præteritionis & exheredationis. Sane si reliqua præter heredis institutionem in istiusmodi testamento irrito disposita firma manent, quando filius inique exheredatus illud rescidit, multo magis eadem præstare tenetur, si est præteritus; cum præteritio minorem injuriam infligat, quam exheredatio. Accedit & hoc, quod sola intentio Justiniani in *d. Nov.* fuit, à liberis & parentibus odiũ exheredationis & præteritionis auferre. *d. Nov.* 115. *c.*5. Ergo in cæteris voluit voluntatem testatoris servandam esse. *arg.l.*1.*C.de SS.Eccl.* Vide *Schultz. ad h.t.lit.b.in fin.* ubi idem de jure Saxon. obtinere tradit. Diss. *Cujac.in d.l.*17.*Alc.* 4. *παρεργ.*9.*Wes.ad* §. 6.*Inst.h.t.Gov.in l.*1.*D.de vulg.& pupill. subst.n.*27. *Tim.Fab.in anniversf.disp.*19.*th.*2.*Harp.ad* §. 5.*Inst. h.t.n.*6. Alii distinguunt, utrum pater sciens, an igno-

gnorans liberos præteriverit. Illo casu cætera testamenti salva permanent: hoc casu totum testamentum vitiatur, nisi clausula codicillaris adjecta sit. Atque hæc opinio præjudiciis Curiarum supremę jurisdictionis confirmata est. *Ant. Fabr. in Codice suo ad tit. de liber. præterit.* 1. *Christin. vol.* 4. *decis.* 9.

II. Ad *d. pr.* §. 5. & 6. quæritur, an tale testamentũ, in quo filius est præteritus, ipso jure nullũ sit, an rescindatur per bonorum possessionem contra tabulas? Dixerim cum Martin. Gloss. ipso jure nullũ esse, sive suus sive emancipatus præteritus sit; quia illa præteritio patris, licet militis, directo est contra *d. Nov.* 115. *c.* 3. *pr.* ubi Imperator solum jus sanguinis spectans, filios indistincte à parentibus præteriri prohibuit, atque adeo ipso jure præteritio vitiosa dicenda est. *l. non dubium.* 5. *C. de legib.* Et recte, quia quod contra rationem, contra officium pietatis est, ne momento subsistere debet. Hanc vero mentẽ esse Justiniani in *d. Nov.* 115. *c.* 3. *pr.* ex eo constat, quod Imperator injuriam exheredationis tollere, novumque jus constituere voluerit. *d. Nov.* 115. *c.* 3. *pr.* & *cap.* 5. *pr.* Adde *arg. l.* 19. *D. de ll.* & *SCtis.* Diss. *Plerique recentiores.* Communiter *DD.* distinguunt, utrum cum causæ expressione præteritio facta sit, an simpliciter, nulla causa expressa. Priori casu testamentum ipso jure valere, posteriori nullum esse, pronunciant. Vide *Schneid. ad* §. 3. *h. t.* Paulo aliter *Vigl. ad. d.* §. 3. De patre milite *Diss.* vide apud *Harp. ad* §. 6. *Instit. h. t. n.* 4.

III. Ad *d.* §. 5. quæritur, quid dicendum sit, si filius exheredatus est, vel præteritus sine causa nominatim expressa, vel expressa quidem, sed tamen incognita *Nov.* 115. *c.* 3. & 4.? Testam. ipso jure nullum dicere potest. Adde quod Imperator in *d. Nov.* expresse requirat, ut causa exheredationis exprimatur, & quidem

dem una ex 14. ibidem enumeratis. Deinde quod sub finem *d. Nov. c. 3.* voluerit, liberos ita exheredatos vel præteritos ad parentum hereditatem, tanquã ab intestato pervenire. Quod argumento est, testamentum ipso jure nullum esse. Ratio allegata est in thesi præcedent. Errant ergo *DD.* qui per querelam inoff. testamentum rescindendum putant. *Ant. Matth. disp. 38. thes. 3. Gudelin. lib. 2. c. 4.* Plures vide apud *Fachin. lib. 4. c. 9.* Errant & *Jason. in Auth. non licet. C. de liber præterit.* & *Alii plures*, qui filio excluso heredem audiendum censent, ut probet causam, licet nulla etiam adscripta sit. Vide *Fachin. lib. 6. cap. 76. & Bus. ad rubr. tit. D. de inoff. testam.*

IV. Ad *eund. §. 5.* quæritur, quid statuendum, si causa exheredationis vel præteritionis testamento quidẽ inserta est, sed ab herede instituto probari nequeat? Hoc casu nec bon. poss. contra tabul. ut supra dictum est; nec etiã querela inofficiosi opus; quoniam testamentum ipso jure corruit. *d. Nov. 115. c. 3. in fin.* Ubi liberi, herede non probante, tanquã ab intestato parentibus succedunt; quia boni & meriti præsumuntur. *arg. l. 18. §. 1. D. de probat.* Ergo testamentum ipso jure nullum videri debet. Adde, quod actore non probante, reus absolvatur. *l. 4. C. de edend.* Diss. *DD. comm.* teste *Fachin. lib. 4. c. 9. Wesemb.* disting. *in §. 2. Inst. de inoff. testam. n. 5.*

V. Ad *d. §. 5. & ult.* quæritur, an jure novo matris cæterorumque per matrem ascendentium præteritio pro exheredatione habeatur? Neg: quia facit testamentum ipso jure nullum. *d. Nov. 115. c. 3. pr.* Ubi Justinianus sancivit, ut parentes, sive pater sit, sive mater; sive avus, sive avia, liberos heredes instituant, aut nominatim exheredent, expressa causa exheredationis. Quod si ergo contra fiat, testamentum est contra legem, ideoque ipso jure invalidum. *d. l.*

*d.l.* 5. *C. de legib.* Et si filius moriatur antequam potuit agnoscere hereditatem, bona patris ad heredes ab intestato devolvent, non vero apud heredem institutum manebant. *Wurmser.pract.forens.lib.*1.*titul.*39.*obs.*14. Diss. *Cujac.ad l.*17.*D.de injust.rupt. irrit. Duaren.ad tit.D.de lib.& posth.Harpr.ad* §.*fin. Inst. de exhered.lib.n.* 6. Distinguunt *DD.* communiter, utrum præteritio cum causa, an sine causa facta sit. Priori quærelam instituendam esse judicant. Posteriori casu testamentum ipso jure nullum esse. Vide *Schneid.ad* §.*final.Instit.de exhered. liber.* Moribus harum Regionum non matris tantum, verum etiam patris præteritio pro exheredatione habetur. *Grot. in Introd.ad Jurisp Holl.lib.*2.*part.*18.*Gudelin. lib.*2. *de jure noviss.c.*5.*Christin.vol.*4.*decis.*20.*Neostad.decis.*100. quæ res judicata merito suspectu est, quia ibi mater in fraudem creditorum filium præterierat. Vide *Joann. à Sande lib.*4.*tit.*2.*def.*2.*& seqq.*

VI. Ad *d.*§ 5.*&* 1.quæritur, quoniã exheredationis causa exprimi debet, an posthumus jure novo exheredari possit? Negatur, quia causam in utero dedisse nequit. Deinde talis exheredatio expressa lege improbatur. *l.si quis.*33.§.1. *C.de inoff.test. & d.Nov. cap.*3. Ergo ipso jure nulla. *d.l.*5.*C.de legib. Christin. decis.*20.*vol.*4.*n.*2.Diss. *Duar.ad tit.de inoff.testam.c.*16.*Donell. lib.*6.*comm.c.*13.*Vasq.lib.*3.*illust.cont.cap.*106.*n.*14.*Connan.lib.*9.*comm.c.*10.*Arum.exercit.*10.*thes.*6.*Hænon.disp.*7.*quæst.*16.Disting.*TimFab.disp.*19.*thes.*5.

VII. Ad *d.*§.5. quæritur, quid tenendum sit, si dictis testamentis parentum clausula codicillaris adjecta sit? Tradunt *DD. comm.* hereditatem heredi scripto vi istius clausulæ tanquam ex fideicommisso à filio restituendã esse, detracta tantum legitima. Atque ita judicatum, refert *Joan.à Sande lib.*4.*t.*2.*def.*2.

Sed

Sed hæc ſententia nobis falſa videtur, quia legitima titulo inſtitutionis relinquenda eſt. *d. Nov.* 115. *c.* 3. *pr.* Adhæc Imperator injuriam præteritionis & exheredationis tollere voluit. *c.* 5. *pr. d. Nov.* Quæ profecto ſublata non eſſet, ſi clauſula illa codicillaris ſupradictum *DD.* effectum produceret. Addi poteſt & illa ratio, quod ſtante DD. opinione, teſtator per illam clauſulam legem eludere poſſet, quod eſt abſurdum & contra. *l.* 55. *D. de leg.* 1. Adde deniq; *l. Titia.* 13. *D. de teſtam. l.* 36. *D. de legat.* 3. *Gail. lib.* 2. *obſ.* 114. *Ant. Fab. de error. pragmat. decad.* 20. *error.* 7.

VIII. Ad *d.* §. 5. & 2. quæritur, an filio juſte exheredato nepos tamen præteritus teſtamentum avi infringere, nullumq; dicere poſſit; Aff: quia Imperat. in *d. Nov.* 115. *cap.* 3. & 5. *pr.* ſanguinis rationem habens ſancivit, nō licere parentibus filium vel filiā vel cæteros liberos præterire, aut exheredes facere, niſi cauſa nominatim adjecta. Quin & jure veteri ita obtinuiſſe, veriſimile eſt ex *l.* 14. *D. de inoff. teſt. l.* 3. §. *ſi emancip.* 5. *D. de bon. poſſ. cont. tab. leg.* 1. §. 4. & 5. *D. de conjung. cum emancip. lib.* Adde quod nepoti delictum patris nocere non debeat. *arg. leg.* 22. *C. de pœn. Ezech. c.* 18. *v.* 20. *Bartol.* & *Coſtal. in d. l.* 14. Atque ita judicatum, refert *Papon. lib.* 20. *tit.* 1. *arreſt.* 6. Diſſ. *Cujac. in l.* 6. *D. de injuſt. rupt. Hotom. lib.* 5. *obſ.* 25. *Goneſ. tom.* 1. *var reſol. Fach. lib.* 10. *c.* 46. *Tim. Fab. diſput.* 9. *theſ.* 4. *Joann. à Sande lib.* 4. *t.* 9. *def.* 7.

IX. Ad *d.* §. 5. quæritur, quid dicendum ſit, ſi filius poſt culpam ingratitudinis patri recōciliatus ſit? Exheredatio evaneſcit, ſive ante ſive poſt exheredationem conciliatio facta ſit, modo conſtet de animo remittendi. Ratio eſt, quia remiſſam injuriam ex pœnitentia recolere non licet. §. *ult. Inſtit. de injur.* Et ablata cauſa, tollitur effectus. Adde *l.* 3. §. *ult.* & *l.* 4. *D. de adm legat. l.* 5. *C. famil. erciſc.* Eleganter *Tulden.*

ad

*ad tit.Inst.de exhered.lib.c.*5.Diss.*DD.varii varie*,ut videre est apud *Fachin.lib.6.c.*79.

X. Ad *eund.*§.5. quæritur, an exheredari possint liberi non tantum ob similes causas,sed etiã graviores iis,quæ in *d.Nov.* 115.*c.* 3. enumerantur? Aff: cui enim licet,quod plus est,ei utique licere debet, quod minus est. *l.*21.*D.de R.J.*Adde *l.*12.& 13. *D. de legib.& SCt.* Præterea certum est, Imperatorem sceleribus impunitatem, indignoque filio bona dari noluisse. *arg. l.ult.C.si cont.jus vel utilit.* Denique hæc sententia communi *DD.* calculo & usu approbata est.*Gudelm.lib.*2.*c.*8.*Christin.vol.*4. *dec.*19.*n.*5.*Grot. lib.*2.*part.*18.Diss. *Connan.lib.*9. *comm. c.* 10. *Donell. lib.* 6. *comm.c.* 12. *Harp. ad.* §. *ult. Instit. de exher. liber. num.* 65. *Vigl. ad* §.*ult. Institut. de exhered. lib. Bronch. cent.* 3. *assert.* 26. *Arum. exercit.* 10. *thes.*3.

XI. Ad *pr.tit.*14. quæritur, an avus nepotem ex spurio heredem instituere possit? Sequor limitationem *Bartoli*, qui in *leg. Gallus* 29. §. 6. *D. de liber. & posth.* docet,institutionem istius nepotis non subsistere,si certo constat avum instituisse nepotem contemplatione filii, ut illi adquireretur hereditas. A contrario vero institutionem validam esse, seu certum sit, avum nepotem non instituisse heredem intuitu filii, seu in obscuro sit. *arg.l.ult.C.de natur. liber.* Adde *arg.l.*3.§.5.*D.de bonor.poss.cont.tab. l.* 22. *C.de pœn.& Christin. dec.* 197.*vol.* 1. Atque hanc sententiam in Spirensi Auditorio receptam esse, testatur *Gail.lib.*2.*obs.*115.*n.*5.*Bus.ad l.* 29. §. *quid si* 6. *D.de lib.& posth.*Diss.*DD.varii varie*,quos recenset *Fach.lib.*5.*cap.*97.& *Bus.d.loc.*

XII. Ad §.5.quærit.an heres in re certa institutus, licet testator plus ea accipere, jusve accrescendi prohibuerit, intelligatur tamen heres esse ex asse? Aff: si

nul-

lius alius heres institutus sit, vel institutus quidem, sed tamen non existat, quod vel noluit, vel non potuit heres esse. *d.* §.5. *l.* 1. §.4. *D. eod. l.* 7. *D. de R. J.* junct. *l.* 55. *D. de leg.* 1. Diss. *DD. varii varie*, quos vide apud *Fachin. lib.* 4. *c.* 15. Moribus jus accrescendi excludi potest. Quinimo paganus ad exemplum militis etiam sine prohibitione partim testatus partim intestatus discedere potest, & heres re , in qua institutus est, contentus esse debet, cæteraq; bona ad heredes ab intestato devolvunt. *Gudelin. lib.* 2.. *cap.* 5. *Christin. vol.* 1. *decis.* 51. *n.* 48. *& seqq.* Rationes vide in *Censur. nostra ad d.* §. 5.

XIII. Ad §. 9. quæritur, an maritus, qui post mortē uxoris suæ, cui usumfructum omnium bonorum legavit, Titium heredem instituit, eundem pure instituisse censeatur? Aff: quia idem est, ac si dixisset testator, Titius heres erit ex illo die, quo primum uxor mea mortua fuerit. Ergo dies adjectus pro supervacuo habetur. *d.* §. 9 *& l. hered* 34. *D. de her. inst. And. Gail. lib.* 2. *obs.* 143. Diss. vide apud *Gail. d. loco & Fach. lib.* 4. *c.* 18. Moribus nostris, ut quisque ratione bonorum partim testatus, partim intestatus discedere, sic & ad tempus vel ex certo tempore heredem facere potest, ita ut pendente die vel existente eo, hereditas ad hered. ab intestato deferatur. *Gud. d. lib.* 2. *c.* 5. *Grot. in Int. ad jurisp. Holl. lib.* 2. *part.* 18. *in fin.* Rationes vide in *Cens. nost.* Sed quid, si titulo institutionis maritus uxori usumfructum reliquit? Arbitror Titium nec heredem sub conditione, nec fideicommissarium esse. Quare si moriatur ante uxorem testatoris, etiam hereditas ad heredes ab intestato descendit, quia Moribus non tam subtilitas juris, quam simplex voluntas testatoris spectatur. *Gudelin. d. loco.* Vide, sis *Fachin. lib.* 4. *c.* 16. *Hænon. disp.* 8. *quæst.* 6.

XIV. Ad *d.* §. 9. quæritur, an liberi in conditione

positi, puta si testator Sejum heredem instituit, quem sub hac conditione oneravit fideicommisso, ut si sine liberis moreretur, hereditatem restitueret Cajo: an inquam, illi liberi Seji non ex testamento testatoris vocati, sed patri Sejo succedere intelligantur? Affirm: quia testatoris bona Seji propria sunt, fideicommisso extincto, propter existentiam liberorum, quibus pater ex fideicommisso ideo non tenetur restituere, quod alioquin duplex fideicommissum introduceretur, contra *l. filiusfam.* 114. §. 13. *D. de legat.* 1. Adde *argument. leg. si. quis.* 82. *D. de hered. instit. leg.* 1. *Cod. de pact.* Confirmat denique, quod quæ in conditione sunt, regulariter in dispositione non sint. *argum. l.* 8. *D. si quis omiss caus. testam. l.* 1. §. 8. *D. ad. l. Falcid. Joan. à Sande lib.* 4. *tit.* 6. *def.* 5. *Ant. Fab. de error. pragmat. decad.* 16. *error.* 1. *part.* 2. Diss. *Hotman. illust. quæst.* 13. *Coras. lib.* 2. *misc.* 19. & *Alii*, quos refert & sequitur *Fachin. lib.* 4. *c.* 51. atque ita judicatum, testatur *Gail. lib.* 2. *obs.* 136. Vide etiam *Christin. decis.* 307. *& seqq. Papon. lib.* 20. *tit.* 3. *arrest.* 10. *& seqq.* Alii distinguūt inter extraneum & filium, vel alium descendentium. Si extraneus tali fideicommisso gravatus est, probatur sententia nostra; si unus ex descendentibus, procedit contraria. Atq; hæc distinctio magis obtinet, teste *Busio ad. leg.* 85. *D. de hered. instit.* Refert eam quoque *Imbert. Enchirid. jur. Gall. lit. c. pag.* 91. *Grot. in Introduct. ad Jurisp. Holland lib.* 2. *part.* 26. *Neostad. decis.* 22. Verum prior opinio verior est, quia fundata in verisimili voluntate testatoris.

DISPU-

# DISPUTATIO JURIDICA DECIMA

## *DE VULGARI ET PUPILLAri substitutione,*

NEC NON

## *DE MODIS, QUIBUS TESTAmentis infirmentur.*

Ad Tit. 15. 16. & 17. Lib. 2. Inst.

*Resp.* CORNELIO BRANDYN *Hag-Batav.*

I. AD *rubr. tit.* 15. quæritur, quid sit substitutio? Nihil aliud est, quam secundi heredis institutio. *l. ex facto.* 43. §. 2. *D. de vulg. & pup. subst.* Per secundum autem heredem intellige etiam illum, qui vel tertio, vel quarto, vel ulteriore gradu substitutus est. *l.* 1. *pr. D. eod.* junct. *pr. Inst. de vulg. substit. Alii aliter*, ut videre est apud *Harp. ad. d. pr. Inst. num.* 6.

II. Ad *d. rubr.* quærit. quotuplex sit? Est duplex, Directa & Fideicommissaria. *l. eam qua* 14. *C. de fideicom. l.* 57. §. 1. & 2 *D. ad SC. Trebell.* Directa est, quæ fit verbis directis. *d. l.* 14. & *l. quoniam* 15. *C. de testam.* Fideicommissaria est, quæ fit verbis precariis. *l.* 2. *C. comm. de leg.* Dist. *Arum. exercit.* 8. *thes.* 9. *Harp. ad pr. Instit. de vulg. substit. n.* 8. *Vigl. ad* §. 1. *Inst. eod.*

III. Ad *d. rubr. & pr.* quæritur, quomodo directa substitutio subdividatur? Subdividitur in quatuor species, Vulgarem, Pupillarem, Quasi pupillarem seu Exemplarem, & Militarem. Quæ divisio, ut & singularum specierum definitio colligitur ex *d. pr.* &

ex *pr.* & §.1.*Inst.de pup.subst.* Item ex *l.41.pr. D. de testament.milit.* & *leg.8. Cod.de impub.* & *al. subst.* Adde *Pac.ad d.pr. Instit. de vulg.subst.* Aliter *Duar. 2.disp.7.Wesemb.in parat.ad tit.D.h.t.num.9.Arum. exercit.8.th.* 9 Vulgo *DD.*quinque species faciunt. Alii duas duntaxat statuunt. Vide *Schneid.ad d.pr. Inst.n.7.Mynſ.Hotom.ad d.tit.Inst.Don.6.comm.23.*

IV. Ad *d.pr.*quæritur,an origo substitutionis vulgaris recte juri gent. adscribatur? Aff: quia illi competit definitio jurisgent. in §.1. *Inst.de jure nat.gent.* & *civil.* & *l.9.D.de justit.* & *jur.* Sed pupillaris substitutio ex jure civili introducta est. *l.2.pr.D.de vulg.* & *pup.subst.l. ex facto* 43.*pr.D.eod.* Accedit, quod Moribus nostris patria potestate cessante, utraque species substituendi abrogata sit; ita,ut filio ante pubertatem vel integritatem mentis mortuo,bona ejus ad heredes ab intestato devolvant. *Grot.in Introd. ad jurisp. Holl.lib.1.part.6.Gudelin. de jure noviss.lib.2. c.5.* Quod sane fieri vix posset, si ex jure gentium originem ducerent.§.*pen.Inst.de jur. nat.gent.* & *civil.l.6.D.de justit.* & *jur.*Rationes vide in *Cens.nost. ad h.t.* & *seq.* Diss. *Arum.exercit.8.thes.8. Harp. ad pr.Inst.de vulg.subst.n.* 31.

V. Ad *d.pr.* præterea alia quæstio haud vulgaris est,an vulgaris substit. in unum casum facta, ad alterũ extendatur? Nos negantibus subscribimus.*arg.l.si ita quis* 21.*D.de vul.* & *pup.subst.*Ratio est,quia casus diversi sunt, quorũ unus expressus alterum omissum nõ continet.*arg.l.10.D.del.* & *posth.*Ergo si quis Tit. heredi instituto in hunc casum substitut. est,*si Titius heres esse nequeat*,minime intelligitur substitut. in alterum, si Titius heres esse nolit, & vice versa.*d.l.* 21. & *l.10.Mant.de conj.ult.vol.lib.5.t.1.n.3.* nisi tamen probetur contraria voluntas testatoris *l.19.D.de condit.* & *demonst.* Diss. *Bart. Alex. Jas.Ripa* & *Bus. in l.1*

*l.1.D.h.t.Menoch. lib. 4.præsumpt.65.n.2.Arum.exercit.8.thes 15.Tuld.ad tit.C.de impub.& al.subst.*

VI. Ad *d pr.* quæritur, quid dicendum sit, si testator filio vel filiæ nascituræ substitutum dederit sub conditione, si ille filius vel filia sine liberis moriatur? Dixerim, substitutum admittendum esse ad bona testatoris, licet nec filius nec filia nata sit. Ratio differentiæ est, quia hic casus omissus sub expresso comprehenditur. Nam cum testator substitutum vocavit, si filius vel filia nascitura discederet sine liberis, verisimile est, eundum quoque vocasse, si nec filium, nec filiam ex uxore relinqueret. *arg.l.Gallus. 29.§ 5. D.de lib.& posth. & l.4.pr.& §.2.D.h.t.* Plura argumenta vide apud *Decian.in consil.1.lib.1.n.38.* Diss. videre licet apud *Fach.lib.4.c.46.Jac.Coren.consil.4.*

VII. Sed quid respondendum in suo herede, cui pater Cajum his generalibus verbis substituit, *si filius meus heres non erit?* Arbitror, hoc casu vim suitatis sublatam esse, atque adeo substituto locum fore, sive filiusf.heres esse nolit, sive esse non possit. Probatio hujus assertionis nascitur ex cõmuni sensu dictæ cõditionis, qua testator nihil aliud innuit, quam quod, si filius effectu ei heres non existeret, & bona ejus adquireret, substitutus admitteretur. *arg. l. 2. §. 6. l. 4. §.2.D.de vulg.& pup.subst.l.3.C.de impub.& al.sub. junct. l. 35. §.3.pr.D.de hered. instit. l.19.D.de condit. & demonst.* Quod si tamen ante vel post patrem mortuus est, liberis relictis, substitutus excluditur. *argum. cum avus. l. 102.D. de cond. & demonst. l. cum acutissimi 30. Cod. de fideicom. l. unic. Cod. de his qui ant.apert. tab.* Quæ sententia maxime Moribus procedit, quibus patria potestas, unde jus sui heredis & fictio dominii & continuationis in rebus paternis descendunt, abolita est. *Vinn. ad pr. Inst.de hered.qual.* Quare miror contrarium in Fri-

sia frequentioribus Senatorum suffragiis judicatum esse, teste *Joan. à Sande. lib.4. tit. 3. def. 1.* Diss. plures vide apud *d. Joan. à Sande. d. loc. Fachin. lib. 4. cap. 71. Harp. ad* §.1. *Inst. h. t. n.* 40.

VIII. Ad *d. pr.* quæritur, quoniam nulla conjectura pietatis faciat pro patre, quando scilicet filius heres institutus est, eique substitutus datus, *si heres non erit*, an, inquam, hoc casu statuendum sit, filio mortuo vel repudiante, patrem ejus nequaquam excludere substitutum? Aff: ob rationem jam præmissam. Altera ratio est in *l. 3. C. de hered. instit.* quod videlicet servus vel filiusfam. repudians hereditatem nec ipse heres sit, nec per se patrem faciat heredem; eoque substitutioni locus fiat. *d. l. 3. in fin.* junct. *l. 6. & l. 25. §. 4. D. de acquir. hered.* Adde denique *arg. l. 2. §. 8. D. de bonor. poss. secund. tab. Vigl. ad §. ult. Instit. h. t. n. 3.* Disl. *DD. comm.* teste *Harpr. ad §. 1. Instit. eod. n. 16.*

IX. Porro posito illo communi intellectu horum verborum, *si heres non erit*, hoc est, si effectu heres non extiterit, quæritur, an judicandum sit, heredē intra tempus deliberandi mortuum jus deliberandi non transmittere ad quoslibet successores cognatos, aut extraneos, sed substitutum eos excludere, transmissionemque juris deliberandi impedire? Aff: *dd. ll. & tot. tit. D. de vulg. & pup. subst.* Adde *l. unic. §. 5. & 13. C. de caduc. toll.* quæ dum exceptionem continet in illis, qui ipsam hereditatem transmittunt, regulam in aliis confirmare dicenda est. Nova & exorbitans constitutio non temere extendi debet, præsertim si hoc fieret cum injuria tertii, qui pro se habet & provisionem hominis & simul voluntatem legis. *Ant. Fab. decad. 34. err. 4. Decker. lib. 1. diss. 14. n. 44.* Diss. *DD. comm.* quos sequitur *Gomes. 1. res. 3. n. 25. Fachin. lib. 4. c. 62. Christin. vol. 4. decis. 17. n. 2.*

X. Sed quæritur, an etiam fiſcum excludat, qui ita vulgariter ſubſtitutus eſt heredi, qui indignus factus eſt? Aff: Ratio eſt in præfata natura & communi ſignificatione verborum. Quæ tamen opinio tum demum locum habet, quando heres vel jam indignus erat, vel ante aditam hereditatem propter delictum indignus factus eſt. Adde *l. unic.* §. 13. *Cod. de cad. toll. l.* 3. *C. de impup. & al. ſubſt.* Poſtremò *argument. l. Papinianus* 8. §. 14. *D. de inoff. teſtam.* Idem juris eſt, ſi heres per ſe plane incapax eſt, puta quod deportatus aut peregrinus ſit, quippe talis inſtitutio pro non ſcripta habetur, ideoque etiam hoc caſu teſtamentum incipit à ſecundo gradu, id eſt, à ſubſtituto. *arg. l.* 3. *§. ult. D. de lib. & poſth.* Cæterum aliud pronunciandum, ſi jam adiit hereditatem, & poſtea ſe illa indignum reddidit. *l.* 5. *C. de impub. & al. ſubſt. Duar. ad tit. D. de vulg. & pup. ſubſt. c.* 10. Diſſ. *DD. varie*, ut videre eſt apud *Trentacinq. part.* 1. *de ſubſt. c.* 8. *Fachin. lib.* 4. *c.* 64.

XI. Quæſtio denique omnium in hac materia controverſiarum difficillima dicitur, quæ de minore 25. ann. in integr. reſtituto proponitur. Nobis autem facilis videtur ex fundamento ſupra allegato. Concludendum itaque eſt, minore contra aditionem in integ. reſtituto, ſubſtitutionem convaleſcere, ſubſtitutumque admittendum eſſe; quia conditio ſubſtitutionis extitit. Nam hæc verba; *ſi heres non erit*, in minore 25. annis ſignificant, ſi vel ab initio noluerit eſſe heres, vel voluerit quidem & adiverit hereditatem, ſed poſtea mutaverit voluntatem, & reſtitutionem in integ. petierit, ſubſtitutus vocaretur. Adde *arg. l.* 42. *pr. D. de adq. her. l.* 44. *D. de re jud. DD. comm. teſte Fach.* 4. *c.* 73. Diſſ. *Duar. ad h. t. D. c.* 10. *Connan. lib.* 7. *c.* 8. *n.* 7. *Govean.* 2. *lect. c.* 13. *Bacchov. in Treult. vol.* 2. *diſp.* 11. *theſ.* 7. *Harpr. ad §. ult. Inſt. h. t. n.* 21.

XII. Ad *pr.§.8.& 9.tit.*16. quæritur, an pupillaris ſubſtitutio puberi directis verbis facta in fideicommiſſum flectatur? Negatur *d.§.pen. & ult. h. t. l.7.l.*14.*D.eod.* Diſſ.*Donell.lib.6.comm.*25.*Gomes.lib.*1.*var.reſol.4.n.6.Vacun. lib.4.declar.64.n.*9.Moribus tamen, ſi pater paganus in bonis ſuis filio vel extraneo puberi heredi inſtituto directo aliquem ſubſtituit, in caſu quo heres erit & intra certum tempus vel quandocunque ſine liberis moriatur, valet ſubſtitutio, ad exemplum militis, ſi non directe, ſaltem jure fideicommiſſi; quia Moribus ſimpliciter voluntatem teſtatoris ſequimur. *Gudelin. de jure noviſſ. lib.* 2.*c* 5.*ſub. fin. & Recentior. DD. Practici paſſim.* Plures quæſtiones hic ſubjungere poſſem, ſed quia uſum non habent, eas negligo.

XIII. Ad §.1.*tit.*17. quæritur, an poſthumus etiam ignoranter præteritus ita rumpat teſtamentum, ut nec propter clauſulam codicillarem teſtamento inſertam ſcriptis heredibus hereditatem patris ex fideicommiſſo reſtituere teneatur? Aff: quia cum teſtator dixit, *ſi non valet jure teſtamenti, valeat jure codicillorum*, enixam ſuam voluntatem tantum oſtendit ſuper iis, de quibus tempore teſtamenti cogitavit, non ſuper illis, quæ ignoravit. *arg.l.19.D.de reb. credit.* Utique nemo præſumitur, voluiſſe alienam ſobolem ſuæ anteponere. *l.30.C.de fideicom.l.6.* §. 1. *C.de inſtit.& ſubſtit.* Itaque ſi de filio naſcituro cogitaſſet, haud dubie ipſum inſtituiſſet, *arg.l.7.D.& l.* 10. *C.de teſt.milit.Bart.in l.1.D. de jure codic. n.* 10. *Gail.2.obſ.*114.Diſſ.*DD.comm.* teſte *Gail.d.loc.* Idem reſpondendum, ſi pater ſupervixit, & teſtamentum non mutavit, quia fideicommiſſa viderentur ab inteſtato data, tanquam à demente. *arg. l.13.D.de inoff. teſtam.* Deinde nullum teſtamentum, in quo filius neque inſtitutus, neque exheredatus eſt, nullo pacto vale-

valere poteſt. *Nov.* 115.*c.*3. Adde *arg.l.*13.*D.de inoff. teſtam.* Diſſ. Vide apud *Fachin.*4.*c.*13.

XIV. Ad §. 2. quæritur, an, quum teſtamentum poſterius perfectum ipſo jure rumpat ſuperius. §. 1. *Inſt.quib.mod.teſtam.inf.l ſancimus.*27.*C.teſtam.* malle *DD.* requirãt ſpecialem revocationem teſtamenti, quod in ſe clauſulam derogatoriam continet? Aff: propter rationem modo dictam. Et cur hic ultima voluntas non benignius interpretanda? Cur hic verbis opus, ubi ipſa rerum teſtimonia adſunt? Adde *Ant. Fabr. de error.pragm.decad.*38.*error.*1. Diſſ. *DD. comm.* quos ſequitur *Fachin* 4. *c.* 92. quorumque opinio præjudiciis ſupremorum Tribunalium confirmata eſt. *Guid.Pap.quæſt.*127.*Papon.lib.* 20. *tit.* 1. *de teſtam.arreſt.*4.*&* 5. *Ant.Fab. Cod.ſuo. tit. de teſtam.def.*9.*& ſeqq.Joan.àSande.lib.*4.*t.*1.*def.*10.*Grot. lib.*2.*part.*24.

XV. Sed quid, ſi teſtator juraverit, ſe non revocaturum primum teſtamentum? Tamen poſterius factum ipſo jure rumpit prius. *d.l.*27.*C.de teſtam. l.* 1. *&* 2.*D.de injuſt.rupt.irrit.* præſertim ſi prægnans ratio eum moverit ad mutationem, quæ præſumitur in dubio, & pœna Deo relinquitur. Quare nec generali nec ſpeciali revocatione opus eſt, ſed ipſum factum ſufficit. Quo facit *l.*4.*D. de adm. vel transf. leg.l.*1.*C.de SS.Eccleſ.* junct. *l.*5.*C.de ll.* Adde quod juramentum ſano interpretandum ſit ſenſu, & quod ſequatur naturam actus, cui adjungitur. *l.ult.C.de non num pecun.* Diſſ. vide apud *Fachin.lib.*4. *c* 8. *circ. fin.* Vide etiam *Tulden.ad h.t.cap.*6.*& Fabr.decad.*39.*error.* 4.

XVI. Ad *d.* §. 2. quærit. an ergò & teſtam. patris inter liberos tacite infirmetur per factum teſtamentum poſterius, quamvis nec ſpecialis, nec generalis revocatio in eo expreſſa ſit? Aff: per ea, quæ ſupra

diximus. Adde *arg. l. 6. C. de legib.* atque ita pluribus rationibus in Suprema Curia Hollandiæ judicatum, refert. *Jacob. Coren. decis.* 39. Diss. *DD. vulgò.*

XVII. Ad §. 2. quæritur, an testamentum scriptum ritè factum causata revocatione nuda infirmum fiat, puta si vel coram 5. vel pluribus testibus testator declaravit, se nolle testamentum prius valere, quia vult discedere intestatus? Neg: *d. §. 7. l. 27. C. de testam. l. 36. §. 3. D. de testam. milit.* junct. *l. 35. D. de R. J.* Diss. *DD. comm.* teste *Fachin. lib. 4. c. 8. pr.* Nūcupativum testamentum quin revocari possit coram legitimo numero, nullus ambigo. *d. l. 35.* Hinc Moribus vel simplicem revocationem in margine testamenti jussu testatoris coram Notario & duobus testibus scriptam subsistere existimo. *d. l. 35. & Deut. c. 19. v. 15.* quod demiror non observasse Consultissimum Virum D. *Jacob. Coren consil.* 10.

XVIII. An ergo nostratium testamenta, quæ e nuncupativis annumerantur, verbis duntaxat, non etiam cancellatione aut incisione infirmantur? Prius affirmandum videtur, etiam si testator in Notarii protocollo testamentum cancellasset, modo solus sine testibus fecerit; quia naturale est, ut eo genere quid dissolvatur, quo colligatum est. *d. l. 35. D. de R. J.* Deinde tota substantia testamenti nuncupativi consistit in nuncupatione seu ore testium. Atque ita judicatum est, testibus *Neostad. decis. 1. & Ant. Fabr. in Cod. suo. tit. de testam. def. ult.* Diss. *Castrens. in l. pen. C. de testam n. 7. Vasq. lib. 2. de success. creat. requis. 8. n. 62. Grass. §. testament. quæst. 85. n. 2. Bacchov. in Treult. vol. 2. disp. 10. thes. 7.*

DISPU-

# DISPUTATIO JURIDICA UNDECIMA

## *DE INOFFICIOSO TESTAMENTO, & heredum qualitate & differentia.*

### Ad Tit. 18. & 19. Lib. 2. Instit.

*Resp.* RICHARDO TERBRUGGEN *Ultraj.*

I. AD *pr.tit.* 18. quæritur, an querela inofficiosi testamenti actio vel accusatio sit? Negatur, sed est querela, qua quis conqueritur de iniqua exheredatione vel præteritione, & imploramus officium judicis adversum heredem scriptum, ut testamentum, quod inofficiosum est, rescindatur. *dd.ll.* junct. *l.*21 *.§.ult.D.eod.* Diss.*DD.Alii aliter.*

II. An ergò querela aliud quid quàm petitio hereditatis? Omninò, quia hæc judicii petitorii, illa rescissorii est. *l.*8.*§.*16.*l.*15.*§.*2.*l.*17.*pr.D. h.t.* junct. *tot. tit.D.de petit.hered.* Addatur *arg.§.rursus* 5. *Inst.de act.* Diss. *Cujac.in parat.C. h.tit.Donell.* 19.*comm.*3. *Govej.*1 *.var. lect.* 5. *& Alii plures.* Sed quoniam tamen hæc non contraria, sed diversa & subordinata judicia sunt, dixerim, querelam inoff. cum petitione hereditatis, ad minuendas lites & sumptus evitandos, in uno eodemque libello conventionis cumulari posse. *l.*17.*l.*20.*D.l.*1.*& l.*34.*C.h.t.Jason. ad d.§.*5. *Inst.n.*15.*& seqq.DD .vulgo aliter.*

III. Sed estne moribus introducta? Aff: *arg.l.*5. *pr.& l.*24.*D.de inoff.testam.* junct. *Valer.Max.lib.*7. *cap.*7.*&* 8.*Donell.lib.*19.*comm. c.*4. Diss. *DD. varie,* ut videre est apud *Harpr.ad pr.Inst.h.t.n.*15.*& seqq. Hænon.disp.*9.*quæst.*1. Sed hæc quæstio non magni momenti est, ideoque vix digna, ut tanto molimine à DD. moveatur.

IV. Ad *d.pr.&* §.1. quæritur, quum leges ita explicare oporteat, ut vitio careant. *l.19.D.de ll.& SC.* an recte statuatur, testamentum, in quo liberi à parentibus, vel parentes à liberis præteriti vel inique, id est, vel nulla causa expressa, vel illegitima expressa, vel legitima, quam tamē heres probare non potest, exheredati sunt, ipso jure nullum esse, atque adeo jure Novellarum querelam in linea recta in totum sublatam. *Nov.115.c 3.&* 5.? Aff: quia alioquin d. Nov. iniqua esset. Utique quod contra rationem naturalē & officium pietatis dispositum est, haud immerito ipso jure injustum habetur. *arg.l.5.C.de legib.* Cur ergo & hoc in casu dubio non præsumitur. *d. l.* 19.? Quod vero ejusmodi præteritio & exheredatio, saltem in liberis, contra rationem fiat, satis constat ex *l. 7.pr.D.de bon.damnat.l.7.*§.1.*D.unde liberi.* Quinimo manifeste & in liberis & in parentibus tollitur in *d.Nov.* Dum enim Imperator ait in *pr.d.cap.*3 & 4. se sancire &c.& *c.5.pr.* suam intentionē esse, à parentibus & liberis injuriam præteritionis & exheredat. auferre, quis non videt, querelam improbari in linea recta? Quomodo illa sanctio, illa intentio subsistet, si jus vetus incorrectum dicamus? Quæ injuria & iniquitas creditoribus & heredibus ab intestato sæpe non contingeret, si, patre præterito ante querelam præparatam mortuo, institutus heres admitteretur? Numquid expresse traditur in *Nov.* 1. *præfat.* §. 2. quod lex dictis personis necessitatem imponat, ut legitimam relinquant? Ergo si contra fiat, testamentum ipso jure non valet. *l. 5.C.de legib.* Adde denique *d.Nov.*115.*c* 4.§.9. Diss. *Cujac.ad Nov.*18.*Donell.6.comm.c.*53.*Vigl.ad pr.Inst. h.t.Ant.Matth.in not.ad d.pr.Arum.exercit.*10.*thes.* 12. quorum sententia in foro servatur. *Grot. in Introd.ad Jurisp.Holl.lib.*2.*part.*18 *Gudelin.de jure noviss.*

*viss. lib. 2. cap. 5. Christin. volum. 4. decis. 20.*

V. An ergo & testamentum militare, in quo pater vel filius præteritus est, ipso jure nullum est? Aff: per *dd. rat. & d. N. 115. c. 5.* Diss. *Vigl. ad §. 6. Inst. de exher. lib. Vasq. lib. 3. de succ. creat. §. 24. lim. 19. n. 30. Fach. lib. 6. c. 74. Bus. ad l. 1. D. de testam. mil. Arum. exercit: 10. thes. 13. Harp. ad §. 1. Inst. h. t. n. 9.* Apparet itidem ex iisdem argumentis veram esse Bartoli doctrinam in *l. 13 de inoff. test.* qua docet, querelam in linea recta hodie non amplius prætendi hoc colore, quasi testator non sane mentis fuerit. Diss. *Vigl. & Myns. ad pr. Inst. h. t. Donell. ad Auth. ex causa C. de liber. præt. & lib. 6. comm. 13. Duar. ad h. tit. c. 3. Hænon. disp. 9. quæst. 4.*

VI. At quid dicendum, si filius vel pater in exheredationem vel præteritionem consenserit? Opinor, nec patrem, nec filium amplius conqueri aut testamentum nullum dicere posse, quia favore illorum principaliter jus novum in *d. Nov. 115.* introductum est, ideoq; renunciare possunt. *l. pen. C. de pact.* junct. *l. 69. D. de R. J.* Adde *arg. l. 8. §. si quis. 6. D. de bon. poss. cont. tab. l. filio 17. D. de injust. rupt. irr.* modo non in fraudem tertii præteritioni vel exhered. acquieverint. *arg. l. 4. ad SC. Treb.* Atq; ita judicatum, refert, *Joan. a Sande lib. 4. tit. 2. def. 4.* Diss. *Vasq. lib. 3. cont. illust. q. 106. n. 22. Treutl. vol. 1. disp. 13. thes. 9. Bacchov. ad d. thes. Harpr. ad §. 1. Inst. h. t. n. 13. & seqq.* Pro parte dissentit *Ant. Fab. in Cod suo ad tit. C. de liber. præt def. 6. Christin. vol. 4. decis. 19. n. 4.* Sed quid respondendum, si filius absolute approbavit testamentum, in quo ipsi minus legitima relictum est? Idem, propter rationes supra allatas. *Dec. con. 687. Curt. junct. cons. 159.* Diss. *Alex. cons. 18. num. 12. Trentacinq. 1. var. resol. tit. de legit. resol. 4. n. 2. Fachin. lib. 12. c. 6. Harpr. ad §. 4. Inst. h. t. n. 10.*

VII. Ad *d.*§.1. quæritur, an teſtamentum fratris poſſit à fratre præterito ex eo capite per querelam tanquã inofficioſum impugnari, quod ſpurius heres inſtit. ſit? Neg: quia ſpurius nec infamiæ nec turpitud. nec levis notæ macula aſperſus eſt, modo propriis actionibus infamiam non cõflaverit. *arg.l.general.*3.§.2.*& l.*6.*pr.D.de decur.*jũct.*l.*5.§.1.*D.de ext.cogn.* Adde *l.*26.*D.& l.*22.*C.de pœn.* Diſſ. *DD.com.* teſte Hœnon.*diſp.*9.*q.*8. Adde *Fach.*4.*c.*93. Sed quid, ſi fratri aliquid relictũ ſit? Vide *Zoeſ.ad h.t.D.n.*75.*& ſeqq.*

VIII Ad *d.*§.1. quæritur, an reſciſſo teſtamento fratris per querelam, filii præmortuorum fratrum cum patruis ſuccedant tanquam ab inteſtato? Aff: quia res ad cauſam inteſtati redacta eſt. *l.*6.§.1.*D.de inoff.teſtam.l.*17.§.*ult.D. eod.* Atqui hoc caſu fratris germani liberi cum patruo concurrunt in ſucceſſione defuncti. *Nov.*118.*c.*3.*Nov.*127.*c.*1. Diſſ. *Vigl.ad d.*§.1.*n.*9. *Vultej. eod.num.*10. *Arum.exerc.*10.*theſ.*16. *Harpr.ad d.*§.1.*Inſt.n.*39.*&* 40.*Tulden.ad tit.Inſt.de hered.quæ ab inteſt.c.*8.

Ad §.3 quæritur, an actioni ad ſupplementum præſcribatur quinquennio? Vide *Neoſtad. decis.* 3.*& diſp.noſt.ad h.t.D.*

IX. Ad §.3.*& ult.*quæritur, an non tantum liberorum legitima aucta ſit, ſed etiam parentum? Aff: *Nov.*18.*c.*1.junct. *Nov.*115.*c.*5.*pr.& arg.*§ 3.*Inſt. de ſucceſſ.lib. Hartm.Hartm.lib.*2.*tit.*43. *obſ.* 6. atque ita uſu ſervari, teſtis eſt *Vinn ad* §.3.*Inſt.h.t.n.*2. Diſſ. *Vaud.*1.*var. quæſt.*50.*Bronch.cent.*1.*miſcell.cont.aſſ.*36.*Vinn.d.loc.* Sed quid de fratrum legitima? illa aucta non videtur, quoniam non eadem ratione fratri, qua liberis & parentibus debetur. *l.*15.*D.h.t.* Et ideo *d.Nov.*18. ſtrictè accipi oportet. *arg.l.*32.§.*ult.C. de appel.* Adde *arg.inſcrip.d.c.*1. & rationem in verbis: *& natura primo.Matth.de Afflict.de.*204. Diſſ.*Cuj.*

*ad*

*ad d.Nov.Fachin.lib.4.c.28.Hænon.disp.9.q.16.*quorum sententia etiam probabilis est; propter generalia verba in fin *d.c.1.*

X. An & quo pacto propter filium exheredatum cæterorũ legitima minuatur, vel augeatur, vide apud *Fach.lib.4.c.31.* cujus sententiam probamus propter rationes ibi propositas. Diss. vide apud *Eund. d.loc.*

XI. Ad *d. §. ult.* quæritur, an legitima liberorum minui possit? Affirmatur ex *d.Nov.18.c.1.* Sed an statuto vel consuetudine in totum tolli queat, gravis quæstio est. Nos, nova adhibita distinctione, autumamus, legitimam liberorum ita tolli non posse, ut nihil ipsis ex bonis paternis relinquendum foret, quamvis habeant unde vivere queant. Textus generalis & perspicuus est in *l.7.D. de bon. damnat. nat. & l. 7.§.1.D.unde liberi.* ubi dicitur, quod ratio naturalis totam parentum hereditatem liberis addicat. Item in *leg. scimus 36. §. 2. Cod. de inoff. testament.* sine distinctione legimus, liberorum legitimam debitum naturæ esse. Ergo nec hereditas, nec legitima liberis in totum adimi potest. *§.pen.Inst. de jure nat.gent. & civil.l.6. D.de just.& jur.* Cæterum quin frater sororem & major natu minorem, filius nepotem (his scilicet dote vel alimentis ex substantia paterna constitutis) ad dignitatem familiæ conservandam, vel aliis de causis prægnantioribus excludere possit, nullus dubito. *d.l.6.D de justit. & jur.* Quæ sententia juri Divino consentanea est. *Num. c. 27. DD. aliter*, ut videre licet apud *Gail.lib.2. obs. 122. Ant.Fabr.de err.pragm.decad.15.err.3.Myns. cent.5. obs.43.Fach.lib.4.c.32.Harpr.ad §.ult.Inst.Schultz. ibid.lit.b.Bus.ad.l.8.§.6.h.t.n.11. Wurmser. pract. forens.lib.1.tit.39.obs.10.*

XII. Sed quid de parentibus? Illis, si suppetat, unde se alant, legibus vel moribus illorum legitima non

non tantum ob fortiorem rationem naturalem, sed etiam civilem ita tolli potest, ut nihil omninò eis ex bonis liberorum debeatur. Ratio differentiæ est, quia sola ratio miserationis parentes ad bona liberorum admittit. *d.l.7.§.1.D.unde liberi l.15.D. de inoff. testam.* Adde *Paulum 2.Corinth.c.12.vers.14. DD. aliter.* uti videre est apud *Mynſ.cent.6.obſ.44.Hartm. lib.2.observ.tit.43.de ſucceſſ.obſ. 6.n. 1. Vultej. ad §. ult.Inſt.h.t.n.2.Harp. ad eund.§. ult. Inſt. h. t. n. 50.* Qua actione petatur supplement. legitimæ, & intra quod tempus. Vide apud *Hænon.diſp. 9. quæſt. 11. 12.& in diſp.noſt.ad h.t. D.*

XIII. Ad *eund.§.ult.*quæritur, an jure novo legitima non solum liberis, verum etiam parentibns titulo institutionis relinquenda sit? Affim: *Nov. 115. c. 3.& 4.*ubi Justinianus expressissimis verbis sancit, liberos & parentes aut instituendos heredes, aut justa de causa exheredandos esse. Ratio est, quod titulus institutionis & honorabilior sit. *l.3.§.2.l.5.§.6. D.de leg præſt.cont.tab.* atque etiam utilior, propter jus accrescendi.*l.1.§.4.l.59.§.3.D.de her.inſt.* Atque ita ubique terrarum receptum, refert *Teſſaur.dec.Pedem.58.* judicatum testatur *Neoſtad.deciſ.17.* Adde *Chriſt.dec.248.vol.1.Schult.ad.h.t.lit.c.Wurmſ.pract. forens.lib.1.t.39.obſ.9.Deckher.lib.1.diſſert.8.* Diss. *Cuj.& Ant.Matth.in not.ad d.§.ult.Inſt h.t.Baro ad §.3.Inſt.eod.Vaud.1.var.quæſt.q. 5. Ant. Fab. part 1 de error.pragm.dec.14.err.6.Arum. exercit. 1. theſ 18.* Vide tamen *Grot.in Introd.ad Juriſp. Holl.lib. 2. part.18.Gudelin.de jure noviſſ. lib.2.c. 5.pr. Tulden ad h. tit. Inſtit. cap. 7. Lamb. Gor. Advers. tractat. 4.§.11.*

XIV. Ad *§.2.t.19.* quær.an ut in successione ex testam. differētia suitatis & emancipationis sublata est (uti pluribus demōstravi in *diſp.noſt.9.*) ita & succes-

sion

…one ab inteſtato ſublata ſit? Aff: *Nov.*118.*c.* 1. & 4. Diſſ: *Cuj.in d.Nov.& l.fin.D.de lib.& poſth.Tim.Fab. Diſp.*23.*th.*4.*in d.N.*118. Moribus omnes heredes extranei ſunt, ſive voluntarii. *Zyp. in not.jur.belg. tit.de jure delib.Vinn.ad pr.Inſt.de hered.qualit.& diff.* Galliæ tamen & Belgii conſuetudine poſſeſſio rerum hereditariarum etiam citra apprehenſionem in heredē transfertur. *Thol.ſyntag.lib.*46.*c.*1. & 2.*Chaſſ.ad conſ. Burg.rub.*7.§.1.*Curt.*1.*conject.*6.& 8.*Chriſt.dec.*373. *vol.*1.*Gud.lib.*2.*c.*18. Vide tamen *Schultz.ad h.t.Inſt. lit.b.* Jure Romano ne quidem in ſuum heredem tranſit ſine nova apprehenſione. *l.*23.*pr.D. de adq. poſſ.Bronch.cent.*3.*aſſ.*8. Diſſ: *Duar. ad tit. de lib. & poſth.c.*3.*Coraſ.lib.*6.*miſcel.c.*12.*Forſt.in tract.de ſucceſſ.lib.*2.*c.*4.*n.*5.*& ſeq.*

Ad §. 5. quæritur, an reſtitutio etiam paganis competat propter æs alienum latens? ſed vide *Vinn.ad d.* §.5 *h.t.& Schultz. ibid.lit.c.& e.*

XV. Ad §.6. quæritur, an tempus conficiendi inventarii, quod intra 30. dies inchoandū, & 60. perficiendum eſt, ſi res hereditariæ propinquæ ſunt; ſi longius abſunt, intra annum. *l.ult.C.de jure delib.* currere incipiat ex die delatæ, non aditæ hereditatis? Aff: *d.l.ult.*§.2. Diſſ. *Bart.Paul.Caſtrenſ.Jac.Coren in d. l.ult.Rol.à Vall.de confect.invent.in* 3.*part* §.*quæritur.* Moribus beneficium inventaii à Principe vel ſuprema Curia impetrandum eſt. Sed ita demum conceditur, ſi non alius de cognatione defuncti pure & ſimpliciter, omiſſoque inventario, hereditatem adire paratus ſit. Vide hanc regulam cum except. apud *Neoſt. dec.*7.*ſup.Sen.* Confici autem debet invētarium intra 30. dies. Verum ſi intra annum heres mortuus ſit, jus deliberādi ad quoſlibet heredes transfert. *Zyp.in not. jur.belg.t.de jur.del.& t.unde lib.Grot.*2.*c.*21.& 22. *de Introd.ad juriſp.Holl.Chaſſ.ad conſ.Burg.t.*7.§.13.

*Baro ad* §.5.*Inst.h.t.Christin.vol.4.decis.22.Gudelin.lib.2.c.18.*

XVI. Ad *d.* §.6. quær. an, ut heres ob non confectum inventarium amittit detractionem Falcidiæ, *l. ult.*§.*pen.C.de jure delib.Nov.1. c.2.*§.*2.pr.* sic etiam amittat Trebellianicam? Neg: quippe odiosa non sunt extendenda. *arg.l.19.D.de lib.& posth.c.odia,de R.J.in* 6.Præterea fideicommissa non tam præcise debentur, quàm legata. *arg.*§.*1.Inst. de fideicom. hered.* atque ita consuetudine receptum videtur. *Bald. in consil.* 383.*lib.1. Myns.cent.3.obs.* 60.*Gail.lib. 2.obs.* 138. *Neostad. decis.3.sub.fin.* Diss: vide apud *Fachin.4.c.38.* Sed quid de filio legatis & fideicommissis gravato? Sentio,eum ob talem causam non teneri legata & fideicommissa præstare cum amissione vel diminutione legitimæ. *arg.d.l.* 19.*& c. odia.* Deinde legatarii & fideicomm. de lucro,filius de debito naturali certat.*l.36.*§.*2.C.de inoff.test.*Denique filius majore favore dignus est, quã extraneus. *arg.l.11.D. de lib.& posth.l.quoniam 32.C. de inoff. testam. Nov* 115.*c.3.Gail.d.loc.* Diss: *Cujac.in d.Nov.1.Vigl. ad* § 5.*Inst.h.t.Covarruv.in c.si heredes de testam.num.*10 *Hæn.disp.10.q.10.Oldrad.cõsil.134.Corn.cons.168.lib 3.Francisc.Sarm.lib.2.select.interp. c.7.Gudelin.lib.2. cap.11.* Sed dura & injusta est illa præsumptio juris Romani, ideoque etiam multi tradidere, heredem in foro conscientiæ non obligari ultra vires hereditatis etiamsi adiverit hereditatem absque inventario. Quod detractio Falcidiæ & Trebell. non sit, nec debeat in usu esse, dixi ad *tit.22.& 23.*

XVII. An confectio inventarii heredi remitti possit, invitis legatariis & fideicommissariis, non eadem est omnium *DD.* opinio. Nos procliviores sumus in sententiam affirmativam. *arg. l. in re mand* 21.*C.mand.* Adde *epilog.pr.Nov.1.* junct. *l.pen.C.de*

*pact*

...act. Dec. in cons. 418. Diss: vide apud *Fach. lib.* 6. c. 5. Secus est, si uxore instituta, filii post mortem ejus substituti sunt, quia liberi creditorum loco habentur, *arg. Nov.* 18. *c.* 3. Atque ita judicatum, refert *Nestad. decis.* 92.

XVIII. Ad *eund.* §. 6. quæritur, an ille heres, qui sciens prudensque ininventario res quasdam omisit, beneficium inventarii amittat? Aff: *l. ult.* §. 2. & 4. *C. de jure delib.* Adde *Nov.* 1. *c.* 2. §. 1. *Cravett. cons.* 47. *n.* 46. Dissentientium doctrina magis communis est, teste *Fachin. lib.* 4. *c.* 37. Plura cum rebus judicatis huc spectantia vide apud *Christin. decis.* 22. & *seqq. vol.* 4. *Ant. Fab. ad lib.* 6. *Cod. tit.* 11.

XIX. Ad §. *ult.* quærit. an heres qui simpliciter & deliberate dixit, se velle hereditatem adire, se heredem declaraverit? Aff: §. *ult. Inst. h. t. l. gerit.* 88. *D. de adq. vel amitt. her. l.* 6. *C. de jure delib.* Ex eodem fundamento hereditas repudiata intelligitur, cum quis dixit, se nolle adire hereditatem. *dd. ll.* & *l.* 6. §. 1. *D. ad SC. Tertull. l.* 1. §. 6. *D. de success. edict.* Diss. vide apud *Fach. lib.* 6. *c.* 49. & 50. Vide quoque *Christ. dec.* 27. 28. & 29. *vol.* 4. Plures quæstiones reb. judicatis illustratas vide apud *Fabr. ad lib.* 6. *Cod. t.* 12.

## DISPUTATIO JURIDICA
## DUODECIMA
## *DE LEGATIS ET ADEMptione legatorum.*

Ad Titul. 20. & 21. Lib. 2. Instit.

*Resp.* GISBERTO van BLYEEL *Wourd Batav.*

I. AD *pr.* & §. 1. *tit.* 20. quæritur, unde dicatur legatum, & quid sit? Legatum à legendo, id est, decerpendo seu delibando dictum,

*arg.l.legatum* 116.*pr.D.de leg.*1. estque donatio quędam à defuncto relicta, ab herede præstanda. §.1.*Inst.* *h.tit.*Diss: *DD. Varii variè*, ut videre est apud *Tim.* *Fabr.Harpr.Vinn. ad d.*§. 1. *Arum. exercit.*9. *thes.*1.

II. Sed quoniam legatum nihil aliud est, quam donatio, quæritur, an testator, qui in testamento donavit quid præsenti & acceptanti, donationem inter vivos, an vero legatum, aut potius donationem mortis causa celebrasse censeatur? Aff: posterius. *l. inter mortis* 38.*D.de mort.caus. donat.* Accedit, quod donatio inter vivos sit contractus, qui in testam. celebrari nequit. *l.*20.*D.de V.S.l.*21.§.*ult.D.qui testam. fac. poss.* Quare in dubio illũ in testamento factum, haud præsumendum est. *arg.l.*12.*D.de R.J.*& *l.*12. & 24. *D. de reb.dub.* junct. *argument.leg.*15. §. 4. *D. locat.* Vide tamen *Surd.decis.* 149 Diss: *Vasq.lib.* 3. *de success.creat.*§.23.*num.*3. *Menoch.*4.*de præsumpt.tom.*2. *præs.*105.*n.*18.& 19.& *Alii plures*, quos vide apud. *Fachin.lib.*5.*c.*32.

III. Ad *d.*§.1.& 2. quæritur, an ex dicta definitione consectarii vice recte eliciatur, legatarium ad legatum consequendum, nec remedio possessorio, nec via executiva agere posse, quia ab herede præstandum est? Aff: *d.*§.2.*Inst.h.t.* ubi tres actiones legatariis conceduntur, quibus heredes conveniri vult Imperator in *l.*1.*C.com.de leg.* Adde, quod legatarius loco creditoris accipiatur. *l.*10.& 12.*D.de V.S.* ideoq; ordinario modo procedere debeat. *l.actionum*.25.*D. de Obl.* & *Act. Tessaur. decis.* 26. *num.* 10. *Hartm. Hartm.pract.for.lib.*2. *tit.*42.*de legat.obs.*1.*n.* 12. & *seqq.* Diss: *Alc.in.l.*178.§.2.*D.de V.S.Angel.in Nov.*1. *c. ult.num.*57.*Graß.*§.*legatum. q.* 27. *Myns. cent.* 5. *obs.*61. qui *DD.* opiniones distinctione, qua usi sunt Domini Cameræ, conciliari posse sentit. Adde *Rebuff.in tract.de liter. obligat.art.*6. *gl.*3.*n.*24. & *Chri-*

*stin.*

*stin. decis.* 47. *vol.* 4. *& Cens. nostr. ad d.* § 2.

IV. Ad *d.* §. 2. quæritur, an ipsa res legata pignoris nexu legatario sit obstricta, ideoque actione hypothecaria peti possit? Negatur, quia nemini res sua pignori obligatur. *l. neque pignus* 45. *pr. D. de R. J.* junct. *l.* 64. *D. de furt. & l.* 80 *D. de leg.* 2. Atque hanc opinionem communiter teneri, testatur *Myns. ad* §. 2. *Inst. h. t. n.* 7. Contrariam magis communem & veram putat *Hier. de Cavall. in speculo aur. opin. comm. cont. comm. q.* 103. *n.* 3. *tom.* 1 quem sequitur *Fachin. lib.* 12 *c.* 32. *Bocer. ad l. Falcid. tit.* 22. *n.* 123. quorum sententia admodum quoque probabilis est. Quomodo autem hyphothecaria cumulari possit cum personali, & personalis cum rei vindicatione, tradunt *Myns. cent.* 1. *obs.* 58. *& Hartm. Hartm. pract. for. lib.* 2. *t.* 42. *obs.* 1. *Treutl. disp.* 13. *thes. ult. lit. e. vol.* 2.

V. Ad §. 4. quæritur, an rei alienæ legatum Jure Canonico valeat? Aff: *c. filius.* 5. *ext. de testam.* ubi manifeste Pontifex ostendit, sibi leges seculi, quibus tale legatum probatur, displicere. Sed crediderim, Pontificem aut erraſſe in intellectu *illarum ll.*, quas forte putavit, præcise rei alienæ legatum permittere; aut si intellexit, injuste illas leges injustas pronunciare; quoniam fundatæ sunt in ratione, quæ ultimis voluntatibus indulgendum jubet. *l.* 1. *C. de SS. Eccles. l.* 5. *D. testam. quemad. aper.* Diss: *DD. varie.*

VI. Ad *d.* §. 4. Quæst. ambigua est, teste *Bronc. ἐναντιοφ. cent.* 3. *ass.* 52. an res hostium legari queant? Nos res quæ ab hostibus emi possunt, aut alio modo in commercio sunt, legari posse, agnoscimus. *l. ab omni* 104. § 2. *D. de leg.* 1. *l.* 9. *l.* 98. *D eod.* Quales sunt res pleræque mobiles, exceptis illis, quæ enumerantur in *l.* 2. *C. quæ res export. non deb.* Res vero immobiles legari non possunt; quia nostræ non fiunt, sed publicantur. *l.* 20. §. 1. *D. de capt. & postl.* Quod si aliquando

noſtræ fuerunt, tunc eas legare licet, propter jus poſtliminii. *d.l.9 & l.ult. D. de act. empt.l.* 12. *C. de poſtl.reverſ.*Diſſ.*DD.varie*,ut videre eſt apud *Treutl. vol.2.diſp.* 13.*de leg.theſ.4.lit.a.Bacch.ibidem.*

VII. Ad §. 4. quæritur, an vaſallo integrum ſit, feudum alteri relinquere, atq; adeo ejus habeat commercium? Neg: quia textus apertus eſt in *cap.* 1. *pr.de ſucceſſ.feud.& c.1.§.donare qualiter olim feud. alien.pot.* Verum an æſtimatio ſaltem, caſu quo legavit, debeatur, illiquidi juris eſt? Nos pro more noſtro in caſu dubio ſequimur ſententiam Moribus receptam, quæ hic eſt negativa. *arg.l.39.§.ult.de leg.* 1.junct.§.4.*h.Inſt.*Adde *l.24.§.1.D.de leg* 1.junct.*cap. unic.verſ.uſuſf.in quib.cauſ.feud. amitt. Grot. in Introduct.ad Juriſp.Holl.lib.2. part.* 42. Sed hæc ita, niſi liquidò conſtat,teſtatorem ipſam æſtimationem legare voluiſſe.*arg.d.§.4.Inſt.h.t.*Atque ita judicatum refert. *Chriſt.vol.2.dec.*28.Diſſ:*Fab. in d.§.4.Mant.* 9. *conject.ult.vol.tit.*11.*n.*8.*Peregr.de fideicom.art.*11. *n.* 103.*& ſeq.Bacchov.in Treutl.vol.2.diſp.* 13. *theſ.* 5. Qualibus bonis annumerentur feuda hodie in Belgio & Francia, vide apud *Gudel.de feud.part.4.c.2.*

VIII. Sed quid, ſi uni ex filiis ſuis prælegaverit? Neque hoc licitum, *d.cap.1.pr. de ſucceſſ.feud.*junct. *cap.1. de prohibit.feud. alien.* ubi expreſſe traditur, quod Vaſallus ſine permiſſione Domini feudum nec teſtamento, nec ullo alio modo alienare poſſit, & quod feudum æqualiter ad filios pertineat. Ergo non licet patri diſponere, ut unus tantum ſuccedat. *argument.l.55.D.de legat.*1. Adde *d. l.* 24. §. 1.*D.de legat.* 1. Diſſ: vide apud *Fachin. lib. 6. cap.* 62. Sed quid dicendum de Emphyteuſi? illam pater emphyteuta uni ex liberis, irrequiſito domino, prælegare poteſt; quia jus quod in emphyteuſi habet, legare, donare, permutare poteſt. *leg. ſi domus.* 71. *§.ult.*

*§.ult.D.de l.1.§.3.Inst. de loc.* Qui textus, dum generaliter loquuntur, dicendum est, nostram decisionem etiam procedere, quamvis pater sibi & liberis emphyteusin stipulatus esset. *arg.l.8.D.de Publ.in rem act.* Adhæc ratio perspicua est; quia pater in bonis sibi & liberis vel per expressam vel per tacitam conventionem adquisitis, liberam habet facultatem disponendi. *l.21.C.mand.* Sed si dominus expressim voluit, ut emphyteusis ad liberos emphyteutæ devolveret, tunc uni ex liberis prælegare non potest. *arg. c. unic.de duob.frat.a.capit.* & *l.pen.C.de pact.DD.aliter.* Vide *Fachin.lib.6.c.63.*

IX. Ad §.5. quæritur, an & eo casu, quo defunctus ignoravit, oppignoratam esse rem, quam legavit, tamen eam heres, si modo æstimatio rei pignoratæ excedat quantitatem æris alieni, pro quo obligata est, luere teneatur? Aff: *l.si res obligata 57. D. de leg. 1.* Ratio est, quia præsumitur liberatio, ut non difficilis, ita destinata à domino fuisse. Secus ergo, si quantitas debiti æquivalet æstimationi rei oppignoratæ. *Tulden.comm.ad Inst. lib.2.cap.11.* Diss: vide apud *Fachin.lib.12.c.34.*

X. Ad §.8. quæritur, an etiam jus accrescendi inter legatarios verbis tantum conjunctos locum habeat? Aff: & probatur manifeste ex *l.duobus 16.§.ult. D.de leg.1.* Item ex *l.unic.§.10.v.fin.vero.* & *§. 11.C. de cad.toll.* ubi in universum dicitur, inter conjunctos jus accrescendi esse. Ergo & inter verbis conjunctos tantum; quia illi conjuncti sunt. *l.142.D.de V.S.* Accedit quod in *d.§.10.* conjuncti propter unitatem sermonis quasi in unum corpus redacti dicantur. Quãobrem etiam verbis conjuncti re conjunctis præferuntur. *l.re conjuncti 89.D.de leg.3.* quod absque dubio jus accrescendi præsupponit. *d.§. 8.Inst.h.t.* & *d. §.11.Baro ad d.§.8.Inst.h.t.Donell.7.comm.c.12.*&14.

*Christin.decis.*312. *& seqq.volum.* 1. Diss. *Cujac.*24. *obs.*34. *Ant.Fab.lib.*6.*conject.*1.*& decad.*49.*error.* 4. *Borch.& Harpr.ad d.§.*8.*Fachin.lib.*5.*cont.c.*5.*Corn. Suanenb.in tract.de jure accresc.Goedd. ad.d l.*142.*n.* 29 *Forster.disp.*10.*thes.*11. Moribus, in hac materia non tam subtilitatem juris civilis, quam verisimilem voluntatem testatoris attendimus. *Grot. in Introd. ad Jurisp. Holland.lib.*2.*part.*23.

XI. Ad §.12. quæritur, quum testator, qui remunerandi gratia rem legatam alteri donavit, non ex necessitate, sed potius ex liberalitate alienasse videatur. *arg.l.*25.§ 11.*D.de petit.hered.*junct.*l.*3.§.7.*in fin. D. de condict. caus. dat. caus.non seq.* intelligatur sponte & libere à priori voluntate legandi recessisse? Aff: *d.* §. 12. *Inst. h. t.* Diss: *Bart. in l.* 18.*D.de adim. vel transf.leg.Menoch.*4.*præsumpt.*167 *n.*31.*& seq.Rub. cons.*95.*n.*14.*&*15.Sed quid, si Ecclesiæ vel piæ causæ res relicta sit? Idem sentio, propter rationes allatas, multo magis, si testator eam simpliciter donavit, aut aliter voluntario alienavit. *arg. l.* 24. §. 1. *D. de adim. vel transf.leg.& l.*1.*C.de SS.Eccles.* Diss: *Tiraquell. in tract.de privileg.piæ causæ.privileg.*41.allegans *Bartol. consil.*26.*lib.*1.*Jason.in l.*3.*C.h.t.n.*3.

XII. Ad §. 14. quæritur, an debitum, quod debitor creditori suo simpliciter legavit, ita utile est, ut ne quidem animo compensandi relictum censeatur, explosa quoq; communi veterum Interpretum distinctione inter debitum voluntarium & necessarium? Aff: *l.*16.*C.h.t.l.creditorum* 85. *D.de leg.*2.*l.*4. *D.de dot.collat.l.unic.*§.3.*Cod.de rei uxor.act.* Ratio est, quia legatum liberalitatis, sed exsolutio debiti necessitatis est; ideoque interpretari non licet, legatum hoc compensandi animo relictum esse, nisi evidenter de eo appareat. *d. l.* 85. *Fachin. lib.* 5.*cap.* 33. *Tulden. ad Instit. lib.*2.*cap.*12.Diss.*D D.comm.* quos

se-

sequitur *Hartm.Hart.pract.forens.lib.2.tit.42.obs.2.*

XIII. Ad §. 16. quæritur, an tum demum naturalis rei legatæ interitus post moram heredis contingens, heredis periculo fiat, quando res eodem modo apud legatarium peritura fuisset? Aff: *l.15.§.ult.D. de R.V. l. 14. §. fin.D.depos.l.12.§.3.D.ad exhib.* Ratio est in *l.16.pr.D. de Rei vind.* Diss: *DD.varie*, ut videre est apud *Hapr.ad §.16.Inst.h.t.Goedd.ad l.12.§.1.D. de V.S.Autumn in Cens.Gall. ad d.l. 13.*

XIV. Ad §. 20. quæritur, an fructus ex re pure legata ante aditam hereditatem percepti ad legatarium pertineant? Aff: *arg.d.§. 20.vers.sed si extraneo h t.* Adde *arg.l.39.§. in fin.D. de leg.1. & l. huic scripturæ 15.pr.D.ad l. Aquil.* Ratio est, quia legati puri dies cedit à morte testatoris. *l.unic. §. 1. & 5.C. de caduc. toll.* atque adeo dominium ejus recta via in legatarium transit. *l. à Titio 64. D. de furt. l. 80. D. de leg. 2.* Ergo fructus ad legatarium pertinent, quia fructus pertinent ad dominum ipsius rei. *l.1.& 2. C. de pign.act.l.35.§.1.& l.47.§.1. D. de R.V.* Atque ita jure Sax. servatur. *Schultz.ad h.tit.de legat.lit.a.* Diss: *DD.comm.* teste *Peregrin.de fideicom.artic.49.n. 11.* Vide *Fachin.lib.12.c.68.* Quod rei legatæ dominium statim post mortem testatoris transferatur in legatarium, negant *Ant. Guib. lib. 1.qu.jur.c.14.Fab.lib.6. conject.c.1.Bronch.miscell.cont.cent.2.ass.28.*

XV. Ad §. 21. quæritur, an quicunque legavit alicui usumfructum omnium bonorum sine loci adjectione, etiam rerum venalium usumfr.legasse censeatur? Aff: quia textus apertus est in *l. quoties 34. §. ult. D. de usuf.* Facit quoque *l. generali 32.§.2. D.de usu & usuf.leg.* ubi non continentur venalia sub usufructu omnium bonorum, quia testator legavit usumfruct. rerum quas in domo habebat. Ergo si simpliciter & absque relatione ad certum locum legave-

rit, etiam uſumfructum rerum venalium, quæ mercis cauſa comparatæ ſunt, reliquiſſe judicandus eſt. *d. l. quotiens. Pinel. in Rubr. Cod. de bon. matern. part.* 1. *n.* 38. *Covarruv. lib.* 2. *var. reſol. c.* 5. *n.* 3. Diſſ: *DD. comm.* quos ſequitur *Fachin. lib.* 5. *c.* 67. *Harp. ad* §. 21. *Inſt. h. t. n.* 14. Etſi vero quis legavit tabernam mercium, vel apothecam pannorum, non tamen ipſam domum, ne quidem propriam legatam exiſtimo. *arg. l. librorū.* 52. §. 7. *de leg.* 3. Diſſ: *Bart.* cujus opinio re judicata confirmata eſt, teſte *Valaſco dec. Luſit.* 59. Vide *Tuld. ad Inſt. lib.* 2. *c.* 14. An uſufructu omnium bonorum legato, veniant quoque bona poſt teſtamentum adquiſita, vide in utramque partem *Teſsaur. dec.* 168. *per tot* ubi pro negitiva judicatum refert.

XVI. Ad §. 22. quæritur, an legatum fundi in genere valeat? Aff: modo teſtator plures fundos habuerit, regionibus diſtinctos. *arg. d.* §. 22. *h. t.* & *arg. l. ſi domus* 71. *pr. D. de leg.* 1. Secus eſt, ſi nullos. *d. l.* 71. *pr.* & *l. cum poſt.* 69. §. 4. *D. de jure dot.* Atque hanc ſententiam communem & æquitati Juris Canonici conſentaneam eſſe, aſſerit *Gomeſ.* 1. *reſol.* 12. & 2. *reſol.* 11. *n.* 9. & 10. Diſſ: *Fachin. lib.* 12. *c.* 37. *Bronch. cent.* 3. *aſſ.* 53. & *Alii plures.*

XVII. Ad *pr. tit.* 21. quæritur, an ſub generali legatorum ademptione, etiam legatum ad pias cauſas relictum comprehendatur? Aff: *arg. l.* 1. §. *generaliter D. de legat. præſtand. l.* 8. *D. de Publ. in rem act. Natta conſil.* 613. *n.* 5. & 6. Diſſ: *Tiraquell. de privil. piæ cauſ. privil.* 19. *Roman. in Auth. ſimiliter in* 4. *ſpeciali circa ult. volunt. n.* 54. *C. ad l. Falcid. Socin. Senior in tractat. regular. reg.* 382.

XVIII. Ad §. 1. celebris & vulgo agitata controverſia eſt, ſi teſtator ita dixit: *fundum, quem legavi Cajo, do lego Sempronio*, utrum Cajo prorſus legatum adimere, an vero Cajum & Sempronium in eundem fun-

fundum concurrere voluerit? Nos in hoc themate Cajo plane legatum ademptum esse statuimus, per *§.1. Inst. de adempt. legat. l. 5. D. de adim vel transf. leg.* Diss: *Bartol. & Loriot. in l. 89. D. de leg. 3. Joan. ab Imola in l. 15. D. de hed. instit. Bald. & Alexand. in l. 7. C. de legat.* Vide *Fach. lib. 5. c. 52.* Plures ad hanc materiam quæstiones, uberioremque usum vide apud *Christin. decis. 32. & aliq. seqq. vol. 4.*

## DISPUTATIO JURIDICA
### DECIMATERTIA
### *DE LEGE FALCIDIA, SCto Trebelliano & Codicillis.*

Ad Tit. 22. 23. 24. et 25. Lib. 2. Inst.

*Resp.* JACOBO MEYEN *Amstel Batav.*

I. AD *pr.* seu §. 1. *tit.* 22. quæritur, an Lex Falcidia sit jus, quod Plebs Tribuno Falcidio interrogante primario in favorem heredum, secundario gratia testatorum introduxit? Aff: *l. 71. D. ad l. Falc.* junct. *l. 15. §. 1. & ult. D. eod. & §. 1. Inst. h. t.* Diss: *Tim. Fab. disp. 20. thes. 18. Hotom. & Harp. ad d. §. 1.* Sed postea placuit Justiniano, ut testator defalcationem Falcidiæ prohibere posset. *Nov. 1. c. 2. §. 2. circ. fin.* Moribus, ut deductio Falcidiæ, ita prohibitio apud quasdam gentes locum habet, apud quasdam non habet. *Grot. in Introd. ad Jurisp. Holl. lib. 2. part. 23. Gudel. lib. 2. c. 11. Zyp. in notit. jur. Belg. tit. de testam. Chassan. ad consuet. Burg. tit. 7. Egum. Baro ad Institut. h. t.* Nos illos Mores probamus, qui damnant detractionem Falcidiæ. Rationes vide in *Cens. nostr. ad h. t.*

An Falcidia idem ſit, quod legitima reſpectu liberorũ, ideoq; aucta pro numero liberor. *Nov.* 18. ſignifico in *theſ.* 9. Diſſ. vide apud *Giphan. ad pr. h. t.* Item an liberi legatis gravati duas quartas detrahant, demonſtro in *d. theſ.* 9 Diſſ: *DD. comm.* Vide *Balduin. in protheoria hujus tit. & Zyp. de teſtam.*

II. Sed cum l. Falcidia in gratiam heredũ introducta ſit, habetne ea illo quoque caſu locum in ſingulis heredibus, quo portio unius heredis jure accreſcendi vel ſubſtituendi ad coheredem pervenit? Aff: *d. §. 1. h. t. l. 77. D. eod.* adhibita tamen hac diſtinct. ut, ſi portio onerata acceſſerit portioni non oneratæ, portiones ſeparentur, & in ſingulis Falcidia inducatur. Sin portio non onerata acceſſerit oneratæ, portiones confundantur, & non operetur in ſingulis. *l. 1. §. 13. & 14. l. 11. §. pen. l. 78. D. h. t.* junct. *l. 10. & l. 177. D. de R. J. Harpr. ad d. §. 1. Cujac. lib. 4. obſ. c.* 35. Diſſ: *Ant. Fab. lib. 3. conject. c. 13. Duar. c. 8. ad l. Falcid.*

III. Ad *d. pr.* quæritur, ſi pars hereditatis legata ſit, Falcidiæ ne, an SCto Trebelliano locus fieri debeat? Noſtro judicio Falcidiæ. *d. pr. h. t. l. 1. D. eod. & l. 2. §. Quintus* 6. *Cod. de jure vet. enucl.* Diſſ. vide apud *Fachin. lib. 5. c.* 11. Idem dicendum cenſemus, ſi heres ſingularibus fideicommiſſis gravatus eſt. *l. 1. D. ad SCtum Trebell.* junct. *l. 1. D. de leg. 1. l. 2. & 3. C. comm. de legat.* Diſſ. *Fachin. lib. 5. c.* 12 *Hænon. diſput.* 11. *quæſt.* 2. *& Alii plures.* Quæ dum ita ſe habent, dicendum porro eſt, heredem, à quo legata vel particularia fideicommiſſa relicta ſunt, ea duntaxat imputare in Falcid. quæ jure hereditario capit. *l. 74. 83. & leg. 91. D. h. t.* heredem vero univerſali fideicommiſſo oneratum ea & omnino imputare, quæ jure legati aut fideicommiſſi ſingularis, aut conditionis implendæ cauſa cepit. *l. 86. & d. l. 91. D. h. t.* Ratio differentiæ eſt, quia non ita enixa eſt voluntas teſtatoris ad bona

ſua

ſua reſtituenda in eo caſu, quo heres legatis oneratur, quàm in caſu, quo rogatus eſt hereditatem reſtituere. Brevius, quia detractio Falcidiæ ex voluntate, Trebellianica contra voluntatem teſtatoris videtur. *d. l. 86. in fin.* Diſſ. *DD. Alii aliter*, ut videre eſt apud *Cujac. 8 obſ. 4. Govean. ad d. l. 91. Fachin. lib. 5. c. 15. Donell. 7. comm. 30. Anton. Fabr. 6. conject. 3. 4. & 5. Pac. cent. 6. quæſt. 51.*

IV. Sed quid ſtatuendum de iis, quæ per præceptionem legata ſunt? Nec illa heredi imputantur in Falcidiam. *d. l. 91. & l. 74. D. eod.* Vide *Schneid. ad h. t. Inſt. n. 16.* Diſſ. *Duar. d. c. 8. ad l. Falcid. Weſembec. ad Schneid. d. tit.* Sed poteſtne heres illam in una re, invitis legatariis, detrahere? Non poteſt. *arg. §. 22. Inſt. de legat. & Auth. res quæ in fin. C. comm. de legat. l. 49. & l. 73. §. fin. D. h. t.* Vide tamen *Schneid. ad d. tit. n. 17.* Diſſ: vide apud *Graſſ. quæſt. 8. Vaud. lib. 2. q. 17.*

V. Ad *§. 2. & ſeqq.* quæritur, an ceſſet Falcidiæ detractio in legatis ad pias cauſas relictis? Aff: *Nov. 131. c. 12. & Auth. ſimiliter. ad l. Falcid. Duar. d. c. 8. Grot. d. lib. 2. part. 23. in fin.* Diſſ: *Fach. lib. 5. c. 87. Sande lib. 4. tit. 7. def. 10. Forner. lib. 2. ſelect. c. 25. Gail. lib. 2. obſ. 119. n. 5. Hænon. diſp. 11. q. 8.* Quos Curiæ Belgicæ ſæpe ſecutæ ſunt, teſte *Chriſtin. deciſ. 320. vol. 1.* Adde *Papon. lib. 20. tit. 4. arreſt. 1.* Hoc autem legatum, ut & alia, quæ Falcidiæ ob ſpeciale privilegium non ſubjacent, cætera legata non aggravant, niſi uni eidemque duo legata data ſint, quorum unum ſubeſt Falcidiæ, alterum non ſubeſt, atque ita communiter contra *Bartol.* obtinuit. *arg. l. 12. D. de R. J.* Diſſ: *l. 74. D. eod. Mynſ. ad §. ult. Inſtitut. h. tit.* Quod heres, qui non confecto inventario adivit hereditatem, in foro conſcientiæ non teneatur ultra vires hereditarias, apud Nos expeditũ eſt, quia regula æterni juris eſt, quod nemo teneatur ultra id, quod

acce-

accepit. Vide etiam *Treutl.disp.* 13.*vol.*2.*thes.*9.*lit. c.* & *disp.nostr.*11.*sup.thes.*16.

VI. Præterea quæritur, an etiam cesset, si testator eam vetuit detrahi? Aff: *Nov.*1.*c.*2.§.2.Diss.*Pap. in for. lib.pro leg.rei sing.* Quæ prohibitio etiam tacita sufficit, modo quibuscunque verbis liquido constet de voluntate testatoris: veluti si dixerit, *se velle omnia legata præstari.d. Nov.*1.*c.*2.§.2.*vers.si vero expressim.* junct.*l.*29.§.1.*D.de liber.*& *posthum.arg.l.* 3. §.*ult.D.de adim.vel transf.leg.*& *l.*32.*pr.D.de ll.*& *l.* 19. *D. eod.* atque ita decisum, referunt *Mant. decis.* 183.*Guid.Pap.decis.*537.*Boer.decis.*44. *n.* 33. *Alex. cons.*5.*lib.*3.Diss.*DD.comm.* teste *Fachin lib.*5. *c.* 13. & *Harpr.ad* §.*fin.Inst.h.t.n.*20.

VII. Utrum autem hæc prohibitio vim sortiri possit in liberis primi gradus, gravis controversia est. Nos in negantium sententiam procliviores sumus, idem judicantes de prohibitione Trebelliani. *l.* 6. *C. ad SCt.Trebell.* ubi ne quidem fructuum detractionem testator vetare potest, ergo multo minus Falcidiæ aut Trebelliani. Adde *l.*32.& 36.*C.de inoff. testam.* atque ita passim usu receptum esse, testis est *Grot.d lib.*2.*c.*20.*Christin.vol.*1. *decis.* 316. & *vol.* 4. *decis.*25.51.& 5. Diss: *Alciat.in l.*1.*C.de pact.Bus.ad l.* 3.*D.ad SCt.Trebell.Menoch.cons.*272.*lib.* 3. *Mantic. decis.*448. *Clar.* §.*testam.q.* 63. *Vasq. de success. resol.* 2.§.11.*n.*27.*Hœnon.disp.*11.*q.*9. & 10. Sed cur hæc ita plerisque *DD*, tantum placuerunt in liberis primi gradus? Dici potest, *DD.* per liberos primi gradus etiam nepotes ac pronepotes intelligere, casu quo eos nullus proximior antecedit; aut omnes illos *DD.* egregie hallucinati, propter *l. justa* 201. *D.de V.S.*& §. 2. *Institut. de exhered. liber.* junct. *l.* 32 *C.de inoff.testam.* Quid de perpetuo fideicommisso? Extenditur etiam ultra quartum gradum, ni-

si

si contraria appareat voluntas testatoris, quia voluntas testatoris simpliciter prolata, simpliciter servanda est. Diss: vide apud *Joan. à Sande lib. 2. tit. 5. def. 4.*

VIII. Quartæ Trebellianicæ deductio fit ex tota hereditate, non vero ex eo quod superest, deductis legatis, sive fideicommissum purum sit, sive conditionale. §. 5. *Inst. h. t. l. 3. §. 2. D. ad SCt. Trebell. & l. 27. §. 16. D. eod.* vide *Fachin. lib. 5. c. 8.* Diss: vide apud *Eundem d. loc.*

IX. Ad §. 5. & 7. *tit. 23.* quæritur, an filius fideicommisso gravatus jure civili solam Trebellianicam detrahere possit? Aff: *d. §. 5. h. t. & d. l. 6. Cod. ad SCt. Trebell. l. 21. §. 2. D. de ann. legat. l. 24. Cod. fam. ercisc. Nov. 39. c. 1. l. 8. §. 11. & 15. D. de inoff. test.* Diss: *Fach. lib. 5. c. 2. Cont. lib. 1. disp. c. 3. Vac. à Vac. lib. 4. decl. 59.* Jure Canonico & Ttebellianicam & legitimam, hoc est, semissem bonorum deducere potest. *c. Raynut. & c. Raynald. ext. de testam.* Quod jus etiam in foro civili per totum fere mundum receptum esse, & tanquam Euangelium practicari, non tantum in filio, sed etiam nepotibus ac pronepotibus, sive pure, sive in diem, seu sub cōditione hereditatem restituere rogati sunt, testantur *Guid. Pap. quæst. 51. Bald. & Jason. in Auth. res quæ C. comm. de leg. Christin. vol. 1. dec. 245. Grot. d. lib. 2. part. 20. Neostad. decis. 3. & 17. Claud. de Battandier. in tract. de legitima. artic. 13. nu. 68.* vide *Gail. lib. 2. obs. 121. Schultz. ad h. t. lit. a. Joan. à Sande lib. 4. tit. 7. def. 3. & 4.* Quæ sententia apud me nullum dubium habet, quia omnia bona paterna liberis relinquenda, statuo.

X. Cæterum hoc casu, quando filius duas quartas detrahit, an fructus ante diem vel conditionem fideicommissi cedentem percepti imputentur in Trebellianicam ejus, gravis quæstio est. Nos, salvo aliorum judicio, arbitramur nec hoc casu fructus restituen-

tuendo nec imputandos esse, juxta *l. 6. Cod. de SCt. Trebell.* junct. *l. 32. §.ult.C.de appell.&c.1.&2.ext. de Nov.oper.nunc.* Deinde probatur hæc opinio ex *d.c.Raynut.* ubi patet, fructus non imputari in Trebellanicam nisi qui à tempore litis contestatæ percepti sunt. *Gail.lib.2.obs.133.n.4.Grot.d.loc.* Diss. vide apud *Fachin.lib.5.c.9.Joan.à Sande lib. 4. tit.7.def.5.* Sed quid de nepote ac pronepote? Respondeo ut supra in *th.7.* Quid, si filius hereditatem extraneo restituere rogatus sit? multo minus ei fructus imputabuntur: ne melioris conditionis sint extranei, quam liberi testatoris. *Perez.ad d.tit.C.h.t.* Diss: vide apud *Fachin.lib.5.c.10. & Joan.à Sande d.lib.4.tit.7.def.6.*

XI. Ad §. 9. quæritur, an prælegata veniant in restitutionem fideicommissi, quando heres rogatus est portionem hereditatis restituere? Neg: *l. si Titius 96.D. de leg. 3.* secus est si portionem suam, vel quidquid ad eum prevenerit, restituere rogatus est. *l. 3.§.4.D.ad SCt.Trebell.& l.16.C.de fideicom.l.77.§. 12.D. de leg. 2.* Itaque posteriori casu legata etiam pro parte coheredum imputantur in Trebellianicã, sed priori tantum pro parte heredis, quam à seipso accepit. *l.18.§.ult.D.ad SCt.Trebell.* junct. *d.l.96. de leg. 3.* Heres enim ex bonis, quæ restituere rogatus est, quartam deducit. *§.5.Inst.h.t.* Diss. *DD. varii varie*, ut videre est apud *Gail.lib.2.obs.135.Fachin. lib. 5. c. 16.Christin. dec. 319.vol.1.Ant.Fabr.6. conject. Bachov. ad Treutl.vol.2.disp.14.th.4.Pac.cent.6.quæst. 50.Joan.à Sande lib.4.tit.5.def.12.*

XII. Ad §.10. quæritur, an præsumatur, legata vel fideicommissa specialia præstanda esse à fideicomiss. si post fideicõmiss. universale relicta sunt? Aff: *l.2.&3. D.ad SC.Trebell.& l.ult.C.eod.* Sed si ante fideicom. tunc pro rata dividẽda esse. *d.§.7.h.t.l.1.§.pen.D.eod. l.2.C.eod.Tim.Fab.disp.20.thes.24.* Diss: *DD.comm.*

quos

quos sequitur *Grot.d.lib.2.part.20.Tholos.42.Syntag.31.n.3. Tulden.comm.ad h.t.Inst.c.4.*

XIII. Ad *d.§.10.* quær. an cesset Trebellianica, si testator eã prohibuerit? Aff: *arg.Nov.1.c.2.§.2.*junct. *§.5.Inst.h t.* & *l.21.C.mand.* & *l.1.C.de SS.Eccles. Nov.1.c.1.§.vers.si vero*, atque ita usu ubique fere servari, Auctor est *Christin.vol.1.decis.316.* & *vol.4.dec.25.51.* & *52.Tulden.ad l.Falcid.c.3.Grot.d.lib.2.c.20. Charond.lib.3.pandect.jur.Gall.tit.12.* & *lib.17.resp.62.* & 126.Diss. *Sarm.lib.2.c.7.Alc.5.parad.19. Fach.lib.5.c.4.Arum.exercit.9.thes.20.Bronch.cent.2.miscell.cont.ass.33.* Sed quid, si heres rogatus est restituere totam hereditatem, vel omnia bona, vel quidquid ad eum pervenerit? Idem dicendum, per rationes in thesi 6.allegatas. Diss. *DD.plurimi.*

XIV. An ergo & tunc prohibita videtur detractio Trebelliani, quando testator vetuit bona alienari? Aff: *Nov.119.c.11.* & *Auth.sed* & *in ea.C.ad l.Falc.* Ratio est in *l.120.D.de V. S.* & *l.21.C.mand.* atque ita judicatum, constat ex *Neostad.in pact.antenupt.obs.14.* Vide *Gabriel.comm.concl.tit. ad Treb.conclus.* .Diss. *Alciat.resp.113.lib.9.Socin.jun. cons.170.lib.* .*Fachin lib.5.c.6.Hænon.disp.11.q.20.*

XV. Ad *§. ult.* quær.an recte *DD.* in casu *d.§.fin. Inst.h.t.* existiment, jus jurandũ ab herede referri non posse, ne depereat ultima voluntas testatoris fidei heredis commissa? Aff: *d.§.ult.* & *l.ult.C.de fideicom.* nisi absenti concredita sit.*arg.l.34.§.8.D.de jurejur.* Diss. *Sylv.ad d.§.ult.* & *post Angel.* & *Sal.Vaud.2.quæst.14.* Plures quæstiones cum usu & reb.judicat. videre est apud *Christ.decis.51.* & *seqq.vol.4.Joan.à Sande lib.* .*tit.5.Ant.Fab.ad lib.6.Cod.tit.22.* & *27.def.1.* & *seqq.*

XVI. Ad *pr.t.25.* quærit. an codicilli dici possint ultimæ voluntatis imperfecta & nullis solennitatibus

ſubnixa ſententia , citra directam hereditatis dationem vel ademtionem coram quinque teſtibus declarata? Aff: §. 2. & 3. *Inſtitut. de codicill. l. pen. & ult. C. eod.* Diſſ. *Bacchov. ad d. §. 3. fin. Bocer. ad d. §. 2. Harpr. ad pr. Inſt. eod. n. 18. Bronch. cent. 2. miſcell. aſſ. 27. & Alii aliter.* Moribus Codicilli (ut & teſtamenta) jure gent. fiunt, præterquam quod Notarius requiratur, qui rectius ſub pœna pecuniaria, quam ſub pœna nullitatis requireretur, ut dixi *diſp.* 8.

XVII. Ad *d. pr.* quær. an qui ſtatuto prohibitus eſt facere teſtamentum, idem quoque prohibitus videatur facere codicillos? Aff: *l. 6. §. 3. D. h. t. & l. 2. D. de leg.* 1. & ibi *Bart. & DD. pleriq;* quod maxime Moribus procedit, quibus quo ad ſolennitates præſertim teſtamenta vix differunt à codicillis. *Gudelin. lib. 2. c. 5. pr.* Diſſ. *Bald. in l. ult. C. de teſtam. Harp. ad d. Inſt. h. t. n. 33. & Alii plures.*

XVIII. Ad *d. pr.* quær. an in codicillis requiratur ſubſcriptio teſtium de neceſſitate? Quando codicilli fiunt in ſcriptis, non requirit Theodoſius *in d. l. ult. §. ul. C. h. t.* ſubſcriptionem teſtium neceſſario, ſed tantum ſecuritatis ergo, & in omnem eventum, ne forte pereat ſuprema voluntas teſtatoris. *arg. l. 1. C. de fide inſtrum. l. 4. D. eod.* junct. *l. 19. D. de ll. & l. 6. D. de legat. præſtand. Vaſq. lib. 3. de ſucceſſ. creat. §. 25. limit. 30. n. 23.* Diſſ. *DD. comm.* ut videre licet apud *Harpr. ad §. fin. Hœnon. diſp. 11. q. 24.* quorum quidem ſententia probabilis eſt de Jure Romano, uti dixi *ad §. ult. Inſtitut. de nupt.* ſed Moribus extra controverſiam falſa videtur. Rationes vide in *ſup. diſp. 8. theſ. 5. & diſp. inf. 19. theſ. 8.*

XIX. Sed poteſtne mulier in codicillis teſtis eſſe? Aff: *arg. l. 20. §. 6. D. qui teſt. fac. poſſ.* jūct. *d. §. fin. Inſt. h. t.* Diſſ. *Bacchov. & Vinn. ad §. 6. Inſt de teſtam. ordin. & §. ult. Inſt. h. t. Oldend. c. 4. de teſtib. n. 13.* Moribus mu-

mulier non solet in codicillis adhiberi ut testis, quòd prima fronte Juri Divino adversari videtur. *c. 19. vers. 15. Deut.* sed quoniam Spiritus Sanctus ibi indeterminate loquitur, jus illud vel consuetudine vel lege muncipali determinationem recipere potest. *Rom. 13.* Nisi quis probabilius dixerit, Jus Divinum generaliter duos vel tres testes exigens, generaliter intelligendum esse. Cæterum pœnam tamen pecuniariam statui posse in Notarium, qui mulierem admisit, nemo dubitet. Moribus quoque Codicilli (ut testamenta) fiunt coram Notario & duobus testibus, vel Secretario & duobus Scabinis. *Jacob. Coren obs. rer. jud. 13. sect. pen. Grot. d. lib. 2. Introd. 22.*

XX. Ad *d. pr.* quæritur, an ex testamento imperfecto nihil debeatur, nisi adjecta sit clausula codicillaris, & quidem expressim, ita ut tacite minime subintelligatur? Aff: *l. 1. D. h. t. l. ult. §. 1. C. eod. l. 41. §. 3. D. de vulg. & pup. subst. l. 29. C. de fideicom. & l. 11. C. de testam. manum. Menoch. lib. 4. præsumpt. 31 n 2. Ant. Fab. de error. pragmat. decad. 71. err. 1.* Diss. *Dec. in l. 34. de R. J. Clar. lib. 3. §. testam. q. 8. n. 8. Mantic. lib. 1. de conject. ult. volunt. tit. 9. & lib. 7. c. ult. Socin. reg. 398. & Plures Alii* congesti *ab Anton. Gabriel. lib. 4. comm. conclus. tit. de testament. conclus. 5.* Vide etiam *Schultz. ad h t. lit. a.*

XXI. Ad *d. pr.* quæritur, an in clausula codicillari interpretanda magis inspicienda sit voluntas testantis, quam proprietas verborum, quæ Notarii ex consuetudine in ea adhibere solent? Aff: *l. 19 §. 1. D. ad SCt. Trebell. l. 15. & 16. C. de fideicomm. Gail. 2. obs. 114. Jac. Coren consil. 27.* Diss. vide apud *Eosd. dd. loc. & Clar. d §. testam. q. 4. n. 4.*

XXII. Ad *d. pr.* quæritur, an proximioribus heredibus legitimis hereditatē repudiantibus, ita admittantur remotiores, ut si hereditatem adiverint, codi-

cilli confirmantur? Aff: *arg.l.3.pr.D.h.t. Bart.ad l.1.* *§.fin.D.de leg.3.* Diss. *Gloss.in l.4.C.ad SCt.Trebellian.* quam singularem & communiter approbatam, tradidit *Angelus in pr.h.t.n.10. Jason in l.74.de leg.1.num.* *39.& seq.*

XXIII. Ad §.1. quæritur, an illa communis usuque recepta sententia, qua statuitur, codicillos testamento post eos facto tacite confirmari, nisi probentur revocati, vera sit? Aff: *d.§.1.h.t.Gloss.& Bart.in l.5.* *eod.* Diss. *Hotoman.ad d.§.1.* ubi scribit, nos hoc jure uti, ut nisi retenta voluntas probetur, codicilli per testamentum revocati intelligantur. Plures huc pertinentes controversias rebus judicatis illustratas vide apud *Fab.ad lib.6.C.tit.17.*

## DISPUTATIO JURIDICA
### DECIMAQUARTA

### *DE HEREDITATIBUS QUÆ ab intestato deferuntur & aliis per universitatem adquirendi modis.*

Ad Tredecim Titulos Inst. Lib.3.

*Resp.* RICHARDO à RYN *Swoll-Transisul.*

I. QUoniam plerique priores Tituli *Lib.3. Inst.* agentes de successionibus ab intestato maxima ex parte abrogati sunt per *Nov.118.&127.* Nos præcipue quæstionum inde resultantium rationem habebimus. Primum autem quæritur, an hæreditas seu successio ab intestato recte referatur inter modos jure civili adquirendi? Affirm: per *§. ult. Inst.de usu & habitat.* junct. *l.6.D. de just.& jur.* quæ ideo etiam legitima vocatur successio seu justa hereditas. *l.3.§.2.* *D.pro*

*D.pro soc.& §.1.Inst.h.t.* Hinc emphyteusis alicui & legitimis ejus heredibus concessa tantum debetur heredibus, quos lex vel natura certo ordine designat. *arg.d.l.3.§.2.Pinel.in l.2.de bon.matern.* Diss. *Alc.in l.130.de V.S.Cost.in d.l.3.pro soc.* Vide *Fach.lib.6.c.41.*

II. Statuta de successione intestati loquentia, etiam ad pupillos, furiosos, & similes mortuos pertinent, modo non refragetur voluntas Legislatoris. *pr. Inst.h.t.& l.1.D.de suis & legit. hæred. & ibi Bartol.* junct. *l.18.& 19.D.de ll.& SCtis.* Adde *l.4.pr.& §.3. D.qui pet.tut.* Diss. *Cyn.& Alb.in l.2.C.qui testam.fac. Nic. Neap.in l.50.ad Trebell. & plures Alii,* quos refert *Forster.lib.3.de success.c.4.*

III. Edictum de conjungendis cum emancipato liberis sublatum esse *per d.N.118.* non obscure diximus in *disput.11.thes.14.* quando statuimus, distinctionem suorum atque emancipatorum in successione ab intestato remotam esse, non tantum in modo deferendæ hæreditatis, sed etiam adeundæ, per *d. Nov.118.c.1.pr.* Diss. *Cuj. ad d. Nov. Alciat 3.parad. 10.Tim. Fab.disp.23.thes.4.* Moribus omnes hæredes extranei sunt, & tamen ipso jure hæreditas etiam non adita, non agnita transfertur ad hæredes quoslibet, nō tantum quoad jura, sed etiam quoad possessiones rerum hæreditariarum. *Zyp.in notit.jur.Belg.tit. unde liberi.Gudelin.lib.2.c.18.disp.sup.11.thes.14.*

IV. Jus repræsentationis in descendentibus locum habet in infinitum. *d.Nov.118.c.1.vers.sic tamen, & §.ult.Inst.h.t.* adde *l.7.pr.D.de bon. damnat.* junct. *l. 220.de V.S.* Diss. *Bartol.in l.1.§. 5. D. de suis & legit. hæred.Ang.Fab.Mynsi. in §. 6. Inst. eod.* Quare etiam nepos ex filio primogenito in successione Regni seu Electoratus patruo suo præferendus videtur, quod Carol.IV.Aurea Bulla *tit.7.* variisque rebus judicatis confirmatur. Vide *Polyd.in Hist.Angl. Paul.Æmil:*

*Witekind.Mynſ.Cent.*3.*obſ* 23.Diſſ.*Cuj.ad tit.*11.*lib.* 2.*Feud.Surd.conſ.*403.*n.*34.& *ſeqq.*& *plur. Alii.*quos recenſet *Tiraquel.in comm. de jure primogen.q.* 40.

V. Nepotem etiam poſt mortem avi conceptum, deſerto avi teſtamento, ad hereditatem ejus admittendum judico.*d.N.* 118.*c.*1.ubi Juſtinianus ſolum jus ſanguinis & naturæ ſimplicitatem ſpectari voluit. Præterea ſi admittatur talis nepos ad ſucceſſionem feudi vel emphiteuſ. pro deſcendentibus acceptam, ſi ad jus retractus, ſi ad beneficium reſponſi Papin.in *l.*102.*C.de cond.*& *dem.* cur non etiam ad hereditat.? Adde *l.*12.*D.de ll.*& *SCtis.* Interim tamen non rejicio conſilium *D.Tuld. in c.*4.*comm.ad h.t. Inſt.* Diſſ. *vulgo DD.*teſte *Treutl.vol.*2.*diſp.*1.*th.*1. & *ibi Bacch.*

VI. Jure civili liberi etiam utriuſque ſexus ſuccedunt æqualiter. *d.c.*1.*d.Nov.*118.*verſ.nulla.* & §. 15. *Inſt.h.t.* Sed jure divino, feudali & Moribus ſecus eſt, quibus ſæpe primo genitus præfertur aliis, maſculus fœminæ in feudis & aliis individuis *Deut. c.* 21.*v.*17.*Geneſ.c.*27.*v.*29.& *alibi.c.un.*§.*autem.de his quæ. feud. dar.poſſ.c.*1.§ *firm.verſ.præterea. de proh. feud.alien.per Fred.Mynſ.cent.*3.*obſ.*153.*Lamb.Goris Adverſ.tract.*2.*c.*2.& *ſeqq.* An autem filius ante adeptum regnum tanquam primogenitus alteri filio Regis in ſucceſſione anteponendus ſit, controvertitur. Nos Affirmantibus adſtipulamur.*arg.l.* 5. *D. de Senator.*junct.*arg.l.*7.§.8. *D. unde liberi.* Adde *Plutarch.in Artax.Ioſeph lib.*86.*antiq.c.*3. *Mich.Ricc.in Reg.Ung.*Diſſ. *Zaſ.p.*8.*n.*66.*de feud.Schrad.p.*7.*c.*5.*n.* 37.*de feud.Niell.in diſput.ult.de feud.theſ.*2. An jus primogenituræ ſit morale, an forenſe ſeu proprium jus Hebræorum, vide apud *Zepper.lib.*1.*c.* 11. *de legib.Moſaic.*& *Gudelin.de feud.c.*4.*tert.part.*

VII. Succedit tamen mulier in feudo fœmineo. *c.* 1.*de nat.ſucceſſ.feud.c.un.de ſucceſſ.frat.c.*1.§. *fin. de* ſuc-

*success.feud.c.1.de feud.fœmin.Sonsb.part. 9. de feud. n.123.* Diss. vide apud *Fachin.lib.7.cap.38.* Moribus feudum, quod hæredibus datum est, etiam ad fœminas devolvitur, nisi per investituram contrarium probetur. *Zyp. in not.jur.Belg.tit.de feud. pr.Harpr. ad d.tit.Inst.n.171.*

VIII. Sic quoque, si dominus pacto feudum constituerit alicui pro se & hæredibus masculis & fœminis, filiæ succedent ex conventione. *c.1.§.filia, de success.feud.c. 1. vers.ad filias de success.frat.* Semel tamen à tali feudo fœmina per masculos exclusa, censetur exclusa perpetuo. *c.1.§.quinetiam. Episc. & Abbat.* quod ita tamen interpretor, ut masculo defuncto, feudum ad agnatos pervenire potuerit. *arg.c.un. §.his vero de success.feud.*junct.*c.1.§.2.de his qui feud. dar.poss.DD.aliter.* Hisce vero non superstitibus, fœminam admitto, excluso domino. *c.un.de eo qui sibi vel hered.suis masc.c.un.§.fin.de success.feud.c.1.de duob.frat.à capit.invest.Harm.Pistor.lib.2.quæst.36. Myns.cent.5. obs. 74.* Diss. *DD. comm.* vide *Fachin. lib.7.c.45.Harp.ad d.tit.Inst.n.194.& seqq.Gail.lib. 2.obs.148.*

IX. Legitimati per subsequens matrimonium etiam in feudis succedũt.*arg.Nov.89.c.8. & c.tanta.6. ext.qui fil.sunt leg.* Contrarium fit in illis, qui per rescriptum Principis legitimi facti sunt. *c.1.§.naturales de feud.def.cont.sit int.dom.& agn.*qui textus maniſeste loquitur de liberis naturalibus, qui post mortem patris vasalli legitimati sunt; vel licet generaliter accipiendus sit, explicari tamen debet ex *d Nov.89.c. juxta tit.1.in fin.pr.lib.2.feud.* Atque secundum hanc communem quotidie pronunciari, testis est *Schurf.cons.1.cent.1.n.17.Gail.2.obs.42.Neost.ad c.5. de feud. Holl.success.n. 79.* Quod maxime procedit moribus, quibus pleraque feuda patrimonialium &

allaudialium inſtar ſunt. *Imbert.in Enchir.jur.Gall. lit.l.pag.227.Zyp.d.tract.tit.de feud.Gudelin.de feud.* Diſſ. *DD. quamplurimi.* An legitimati ſuccedant cum filiis poſtea natis, vide apud *Treutl.diſp.16.vol.2 theſ.2.lit.f.* ubi & uſum videre eſt.

X. Liberi naturales ex concubina nati matri vel cum legitimis ſuccedunt. *l.1.§.2. D.ad SCt. Tertull.& l.pen.C.ad SCt.Orfic.* patri vero una cum matre ſuccedunt in ſextantem, niſi pater juſtos liberos vel uxorem reliquerit. *Nov.18.c.5.& Nov.89.c.12.* Quod tamen Moribus non ſervatur. Vide *N. Burgund.ad Conſuetud.Fland.tract.13.& Cenſ.noſt.Belg. hic.* Nati ex damnato coitu & nefario, omnis ſucceſſionis incapaces ſunt, tam aſcendentium quam collateralium. *c.ult.Nov.74.& cap.ult.Nov.89.& Gloſſ. comm.approbata in l.ult.C.de natural.lib.* Atque ita Moribus Galliæ ſervari, teſtatur *Tholoſan.ſyntagm.lib. 45.c.11.n.11.& ſeqq.* Diſſ. vide apud *Fachin.lib.6.c. 10.Chriſtin.vol.1.deciſ.198.* Quinimo ne alimenta quidem eis debentur. *Auth.ex complexu.C.de inceſt. nupt.* Diſſ. *Covarruv.ad lib.4.decret.part.2.c.8.* Vide tamen *Palæot.de noth.& ſpur.c.41.& ſeqq.Gail. 2.obſ.115.Chriſtin.vol.1.deciſ.198* Moribus hæc aliter ſervantur, ut videre licet apud *Gudelin.lib.2.c.13. in fin Wameſ.cent.1.conſ.42.Tulden.in comm.ad tit.1. Inſt.lib.3.cap.11.Grot.2.introd.28.& 31.Vinn.ad §.3. Inſt.de SCto Orfic.*

XI. Aſcendentes in pari gradu exiſtentes filiis ſuis æqualiter ſuccedunt, ſive bona ex linea paterna, ſive ex materna profecta ſint. *d.Nov.118.c.2.verſ.ſi autem plurimi.* junct *l.62.de R.J.* Adde quoque *l.7.§. 1.D.unde liberi & l.15.D.de inoff.teſtam. Fab.C.ſuo lib.6.tit.33.def.2.* atque ita in Camera judicari, aſſerit *Mynſ.cent.6.obſ.55.* Diſſ.vide apud *Chriſtin.ad ll. Mechlin.tit.16.art.12.* ubi & Mores allegat. *Fachin. lib.*

*lib.6.c.4.Harpr.ad d.tit.Inst.n.372. Hænon.disp. 12. q.7.* Quomodo bastardis (ut loquuntur) succedatur, & illi aliis succedant, vide apud *Christin.ad ll. Mechlin.tit.18.art.2.Papon.lib.21.tit.3.Tholosan.syntagm. lib.44.c.5.* ubi & Mores Galliæ inserit.

XII. Frater utrinque conjunctus non præfertur avo, sed cum eo concurrit in successione defuncti. *d. c. 2.* ubi fratres germani cum proximis gradu ascendentibus vocantur, ergo & cum avo, si solus extet. Diss. vide apud *Fachin.6.c.7.* quibus adjunge *Lag. in method.p. 2. c. 59.* Frater vero ex uno tantum latere conjunctus excluditur à parentibus defuncti. *d.cap.2. & DD.comm.* teste *Covarruv.de success.ab intest. n. 5 Wurms.in pract.obs.tit.41.obs.5.* Diss. vide apud *Fachin.lib.6.c.8.* Moribus multar. Region. ascendentes excludunt quoslibet collaterales. *Gudelm.lib.2.c. 14. Treutl.disp.16.vol.2.thes.4.lit.e.& Perez.ad.lib.6.C. tit.56.n.ult.* ubi & rationem addit, & simul contrarios Mores refert. Vide *Num.27. 2.Corinth.c.12.v.14.*

XIII. Utrum autem idem statuendum sit in fratribus ex altero tantum parente defuncto junctis, qui tamen sanguinis vinculo parentibus conjunguntur, gravis quæstio est? Nos affirm: partes sequimur, propter *d.N.118.c.2.* junct. *l.8.de publ.in rem act.* Adde *l.7.§.1 und.lib.& Cuj.ad d. Nov.* Diss. *Paul.Castrens. in Auth.defuncto C.ad SCt.Tertull.* cujus opinionem plerique probant, teste *Borch. de grad. Schurf. cent. 1.cons.5.Boër.decis.185.* Vide *Papon. lib.21.tit.1. arrest. 17.* Quid tenendum sit in successione illegitimorum cognatorum, vide *Tulden.ad h.t.c.12.*

XIV. In successione patrui soli fratrum filii sanguinis ratione posteriores à parentibus defuncti excluduntur. *d.c.2.d.Nov.118.& Nov.127.c. 1.* quanquam alio vivente patruo admitterentur; quia hoc novum non est, ut quis per alium possit, quod per

ſe non poſſit. *l.55.ff.de adquirend.hered. Cujac.in d. Nov.* Diſſ. *Schneid.in 2.ord.ſucceſs.n.29. Forſter. lib. 7.c.7.n.3.*

XV. Fratrum filii quando ſoli ſunt, in capita,non in ſtirpes ſuccedunt. *l.2.§.2.D.de ſuis & legit.hæred. l.pen. & ult.§.3.C.de leg.hæred.* nec hoc jus uſquam mutatum legitur, cur ergo ſtare prohibetur.*arg.l.32. in fin.C.de appell.* Atque hæc ſententia Conſtitutione Carol.V. in Comitiis Spirenſibus, plurimiſque aliis præjudiciis Curiarum approbata eſt. *Rebuff. ad conſuet.Reg.proœm.gloſs.5.n.81.Ant. Fab. C. ſuo tit. de legit.hæred.def.3.Chriſtin.vol.1.deciſ.194.Papon. lib 21.tit.1.arreſt. 11.& 12.* Diſſ. vide apud *Fachin. lib.6.cap.3.Chriſtin.ad ll.Mechlin.tit.16.art.9.* Cæterum ut ut hæc ſint de jure civili, putarim Mores illarum Gentium recipiendos, qui nepotes vel fratrum filios in ſtirpes admittunt, ut in linea recta. *l.2. C. de ſuis & legit.hæred.* quia revera ſuccedunt ex perſona patris, eoque jus & portionem ejus conſecuturi. *l.59.& l. 177.de R. J.* Præterea dixerim,jus repræſentationis recte quarundum Gentium moribus ad fratrum nepotes ac pronepotes extendi. *dd.ll.* juncta hac ratione,quod ſatis lugubre ſit,iſtos nepotes amiſiſſe patrem, qui ſucceſſurus fuerat, eaque de cauſa ſaltem ad bona patrui magni ex capite parentis vocandos eſſe.Denique dixerim,ipſos etiam fratres germanos defuncti juſte excludi à parentibus, quibus ut genitoribus ratio miſerationis bona addicit. *l.7.§. 1.unde liberi.Vid.Zyp.tit. unde liberi. Grot.2.introd. 28 & 29.Gudel.lib.2.c.14.& 15.*

XVI. Frater germanus defuncti removet conſanguineum aut uterinum ejus. *d.Nov.118.c.3.* Sed nec hic video, quo pacto hoc jus conveniat juri ſanguinis, quamobrem etiam & hoc conſuetudine quorundam Populorum mutatum eſt,ita ut ſaltem alte-

ram

...am dimidiam hæreditatis dividat cum germano de-...uncti. *Grot. d. lib. 2. introd. 28. & 29.* Quando itaque ...onsanguineus cum uterino concurrit in successione ...efuncti, consanguineus in paterna, uterinus in ma-...erna succedit, in reliquis aliunde quæsitis æqualiter. ...13. §. 2. *C. de legit. hæred. & Nov. 84. c. 1. & 2.* junct. ...*rg. d. l. 32. in fin. C. de appellat.* quod communi DD. ...alculo & Moribus multarum gentium receptum est, ...estante *Tulden. in comm. ad h. lib. Inst. 9. & Gudelin.* ...*ib. 2. c. 15.* Diss. *Fachin. lib. 6. c. 5. & plures quos nume-...at d. loc.* Rectius tamen, meo judicio, nulla habetur ...atio bonorum, quia defunctus utrique frater est, & ...ua bona fratribus reliquit, nisi quis fratri consangui-...eo aliquam prærogativam indulgendam censeat.

XVII. Collateralium successio non est decimo ...radu circumscripta, sed excludunt fiscum in infini-...um. *d. Nov. 118. c. 3. §. 1. vers. omnes deinceps.* junct. ...3. *Inst. de legit. agn. success. & l. 2. §. 1. ff. de suis & leg. ...æred. Gudelin. lib. 2. c. 15. Forst. de success. l. 3. c. 10. in ...n. Zyp. d. tit. unde lib. Christin. vol. 4. dec. 70.* Diss. *DD. ...omm.* quorum sententia in multis locis usu servatur, ...este *Gudelin. d. loc. Gail. 2. obs. 150. Grot. 2. mand. c. 30.* ...n fiscus postponatur proximis, qui actionem ex ...ausa fideicommissi prætendunt, vide apud *Bus. ad l.* ...14. §. 14. *de leg.* 1. ubi & praxin allegat.

XVIII. Deficientibus ordinibus superioribus, ex ...dicto Prætoris defuncto succedit conjux superstes. ...*un. D. & C. unde vir. & ux.* Vide *Papon lib. 21. ...it. 1. arrest. 19. Imb Enchirid. jur. Gall. lit. vir. & ux. ...&c.* Sed in hisce Regionibus, præterquam in Bra-...antia & Geldria, hæc bonorum possessio, ut & reli-...uæ in usu non sunt. *Giphan. Baro & Vinn. ad tit. 10. ...nst. h. lib. 3. Bugnion. lib. 5. legum abrogat. c. 17. Lamb. ...or. Adv. tract. 3. c. 12.* Quomodo conjuges sibi in-...icem succedant in feudis, vide apud *Christin. ad ll.*

*Mech-*

*Mechlin.tit.*10.*art.*16.*& ibi addit.* Sed uxor interdum marito etiam liberis superstitibus succedit, puta si indotata sit, juxta *Auth.præterea.C.unde vir.& ux.& Nov.*117.*c.*5.quod tamen ad maritum inopem minime producendum est. *d.Nov.*117.*cap.* 5. *in fin.* junct. *l.*2.*D.de jur.dot.Cujac. in Nov.* 53. Diss. *DD. comm.*vide *Schneid.de success.int.vir.& ux.n* 14. *& seqq.* Sed quæritur, an mulier *d.Auth.* possit renunciare? Neg: de jure civili, Aff: de Moribus, quibus pacta, quæ ab initio non sunt directe contra bonos mores, servanda sunt. Vide *thes.ult.*

XIX. Quod si tamen ante aditam hæreditatem ejusmodi uxori emolumentum aliquod obvenerit, unde honeste se possit exhibere, dixerim ratione legis cessante, cessare ibidem dispositionem legis. *Arg. l.*32.*D.de pact.*præsertim dum agitur de favore liberorum, quibus bona parentum debentur jure naturæ. *d.l.*7.*de bon.damnat.* junct. *l.*6.*C.de secund.nupt. Tuld.d.comm.cap.*14. Diss. *Dec.in d. Auth.præterea. Surd.de alim.tit.*2.*q.*35.*Thoming.decis.*40.*Gail.*2.*obs.* 86.& 119 usum vide apud *Gudel.lib.*2.*c.*16.*Zyp.tit. unde liberi.*

XX. Si nec vir, nec uxor superstes sit, succedit fiscus. *l.pen.C.de bon.vac.* Vide *Tholosan.syntagm.lib.* 3.*c.*12.*n.*8.*&* 9.*& lib.*46.*c.*14. ubi varios Mores recenset. Sed præfertur Fisco Collegium, cujus membrum fuit defunctus, maxime si ex collegio fuit, quod principaliter Reip. bono extructum est. *l.*1.2.3.4.*& tot.tit.C.de hæred.decur.& l.*20.*C.de Episc. & Cler. DD.aliter*, ut videre est apud *Schneid.de success.fisc. n.*20. Sed quid de studioso, qui sine hærede mortuus est? Academia excludit fiscum Civitatis.*arg.dd. ll.*junct. *Auth.habita.C.ne filius pro pat. Angel.in l.*2. *C.de bon.vac.lib* 10 quod usu servatur, teste *Schneid. d.loc.* Diss.vide apud *Tiraq.in tractat.le mort saisit le*

*vif*

*f. part.2.declar.15.num.6.Dec.in l.1.Cod. unde vir. & uxor.* Plura cum usu vide apud *Joann.à Sande lib. tit.8.*

XXI. Cum ergo omnis hereditas vel testamento el ab intestato ad nos pertineat. *§.ult. Inst. per quas rs.cuique adq.* quæritur hic coronidis loco, an non iam pactis nobis deferri possit? Nos tale pactum re Civili non valere existimamus, licet vel jurato- um vel de successione reciprocum sit. *l.15. l.19. & lt C.de pact.& l.5.C. de pact. convent. tam sup. dot.* nct. *l.5.C.de ll.* Ratio est in *d.l.ult.& l.11.C.de tran- ct.* Diss. vide apud *Fachin.lib. 5. c.84. & trib. seqq.* re Canon. tamen hoc pactum juratorium obliga- t. *c.cum contingat.ext. de jurejur.& c. quamvis. de act.in 6. & ibi. Covarruv.in init. relect.3.part. n. 2.* iss. *DD.& Canonist.comm.* teste *Gail.2.obs.125.n.2. & 155.n.1.* Moribus pacta de futura successione in- r. vir.& uxor. in dotalibus instrumentis inita susti- entur, vel ut pacta societatis, vel ut mutuæ & reci- rocæ institutiones, in quibus votum captandæ mor- s non præsumitur. *Zyp. not. jur. belg.tit.de jure dot. cob.Coren observ.20.Guid.Pap.quæst.267.& 595.* dde *Vasq.lib.1.illustr.quæst.cap.5.Gail.2. observat. 27.Mynsinger.cent.1.observ.8.* Sic hodie pacta, qui- us hereditati renunciatum est, valent, teste *Treutl. sputat.17.vol. 2.thes. 7.lit.c.* Adde *Papon. lib. 16. t. 4.*

DISPU-

# DISPUTATIO JURIDICA DECIMAQUINTA

## *DE OBLIGATIONIBUS IN GEnere & realibus contractibus.*

### Ad Titul. 14. & 15. Lib. 3. Instit.

*Resp.* Gisb. de Frens à Lostadt *Ultraj.*

I. AD *pr. tit.* 14. quæritur, num Obligationes recte referantur ad res, non vero ad personas vel actiones? Nobis illorum sententia arridet, qui ad secundum juris objectum referendas existimant. *pr. Inst. de Obl. & l. 1. §. fin. D. de rer. divis.* Ratio est in *l. 11. pr. D. de accep. & l. 49. de V. S.* & *ibi. Goedd.* Diss. *DD. varii varie*, quos vide apud *Harpr. ad d. pr. Inst. & Arum. exercit. 12. thes. 2. & 3.*

II. Ad *d. pr.* quæritur, quotuplex sit obligatio? In genere vel naturalis est, vel civilis; vel civilis & naturalis simul. Naturalis definitur in *l. 95. §. 4. D. de solut.* Civilis in *l. pen. de Just. & Jur.* Mixta in *l. 7. D. de pact.* Diss. vide apud *Tim. Fab. disp. 22. thes. 2. Arum. d. exercit. thes. 4. Harpr. ad d. pr. n. 24.* Definitur vero in *pr. Inst. h. t.* obligatio ad producendam actionem efficax, quæ naturali obligationi applicari nequit. *l. 10. D. de V. S. & l. 7. §. 4. D. de pact.* Diss. vide apud *Vacon. à Vacuna. lib. 1. declar. 21. n. 18. Schifordeg. lib. 3. tract. 5. q. 12. & seqq. Ungepaur exerc. Justin. 10. q. 2.* Moribus, quibus pleraque ad simplicitatem juris gentium reducta sunt, obligatio naturalis actionem parit. *Gudelin. de jure noviss. lib. 3. c. 5. Grot. lib. 2. de jur. bell. & pac. c. 11. Vinn. ad h. t. Inst. circ. fin.*

Ad §. 2. quæritur, an dentur plures causæ obligationum irregulares aut extraordinariæ præter 4. in

*d.* §. enumeratas? Neg: *per d.* §. 2. *&* *l.* 1. *pr. de O. & A.* Diſſ. vide apud *Vinn. ad d.* §. 2.

III. Sed ut rem à fonte repetamus, ſciendum eſt, generale nomen eſſe *conventionem. l.* 1. §. 3. *de pact.* cujus primo tres dicuntur ſpecies. *l.* 5. 6. *&* 7. *eod.* Secundo conventionibus juriſgent. aut nulla cauſa vel negotium ſubeſt, ut pacto & tranſactioni. *d l.* 7. §. 4. *de pact. l.* 15. *de præſc. verb. l. ſive apud acta.* 28. *C. de tranſact.* aut ſubeſt cauſa, ut contractibus nominatis & innominatis. *l.* 7. §. 2. *D. de pact.* Pactum ergo & contractus ſunt ſpecies conventionis ſibi invicem oppoſitæ. Deinde contractus obligationem parit, pactum vel tranſactio non parit. *dd. ll.* Diſſ. *DD. Alii aliter*, ut videre eſt apud *Conn.* 5. *Comm.* 5. *n.* 9. *Don. in rubr. C. de pact. Weſenb. in parat. ad d. t. n.* 2. *Treutl. vol.* 2. *diſp.* 1. *theſ.* 1. *lit. d.* Pactum recte definitur in *l.* 1. §. 1. *D. de pact.* tranſactio in *l.* 1. *de tranſ.* ubi nihil expungendum puto. Vide *Duar. ad d. l.* 1. §. 3. *de pact.* Diſſ. *DD. varie.* Contractus definitio exſtat in *d. l.* 7. §. 2. *eod.* quod ſcilicet ſit conventio, cui cauſa obligandi ſubſit. Diſſ. vide apud *Hœn. diſp.* 13. *q.* 2. Hinc apparet, neq; pacta legitima, neq; pacta in continenti adjecta contractus eſſe, aut cum contractibus confundenda, ſed potius pacta nuda eſſe & cauſa carentia. *d. l.* 6. *&* 7. *D. de pact. l.* 10. *&* 13. *C. eod. l.* 30. *ff. de uſur. & l.* 10. *C. eod.* Diſſ. *DD. Alii aliter*, quos vide ad *d. l.* 6. *&* 7. *& Tim. Fabr. d. diſp.* 22. *theſ.* 5. Uſu receptum eſt, ut etiam ex nudo & ſimplici pacto, tranſactione & contractu innominato ante ullam dationem aut factum actio naſcatur. Imo, inquit Lambert. Goris, hoc apud Nos analphabeto cuique innotuit. *L. Gor. adverſar. c.* 4. *tract.* 1. *Gudelin. d. lib.* 3. *c.* 5. *Zyp. in not. jur. belg. tit. de cont. ſtipul. Tulden. in comm. ad Inſt. c.* 1. *lib.* 3. *Chriſtin. deciſ.* 91. *vol.* 2.

IV. Ad *pr. tit.* 15. quæritur, an in mutuo ex meo

tuum, ideoque alienatio fiat? Aff: *d.pr.* Diſſ. *Salmaſ. cap.1.de uſur.& ſtercor.diatrib.de mutuo.* Sed an ſit verbi originatio, an potius alluſio, non eſt omnium conſtans opinio. Nos poſterius aſſerimus. *arg.pr. Inſt. de teſtam.ordin.& arg.l.1.pr.D.de novat.* Diſſ. *diverſimode* vide apud *Tim.Fabr.d.diſp.22.theſ.8.& Ant. Matth.diſp.17.Pandect.* Ut autem in mutuo ex meo fiat tuum, requiritur ab utraque parte animus mutui contrahendi. *l.55.D.de O.&A.* Quare ſi unus donaturus pecuniam dederit, alter quaſi mutuam acceperit, neque mutuum, neque donatio eſt, magiſque eſt nummos non fieri accipientis. *l.18. D. de reb.credit.* Quamvis itaque in hoc caſu dominium ſtricto jure tranſierit. *l.36.D. de adquir. rer.dom.* quod ex utraque cauſa dominium transfertur; tamen datur condictio (ſtricto jure ſcil. alias rei vindicatio) ſi nummi adhuc exſtent, cum alia opinione acceperit accipiens. *d.l.18.* Diſſ. *DD. Alii aliter.* Porro ex his conſtat, mutuum eſſe non poſſe, niſi proficiſcatur pecunia vel vere vel ficte. *l.2.§.3.& l.15.D.de reb. cred.* cui non obſtet. *l.34 pr.D.mand.* Nam illic caſus eſt, ubi in alia Provincia procurator, in alia dominus degebat, ita ut fictio brevis manus ibi locum habere nequeat, juxta *l.74. de cont.empt.* Vel dic. *d.l.34.* loqui de ſtricto jure. *Buſ.ad d l.15.* Diſſ. *DD. Alii aliter,* quos vide apud *Tim. Fabr.d. diſp.22.theſ.9. lit.b. Cuj.8.obſ.8.Hotom.in epit.de reb.cred.*

V. Ad *d.pr.* quæritur, an mutuum ſit contractus? Aff: rejecta communi *DD.* diſtinctione inter contractus proprios & improprios. Ratio eſt, quia definitio contractus ei competit. *pr.Inſt.quib.mod.re cont obl.& l.1.& 9.pr.& §.3.D.de reb.cred & d.l.7.§.2.de pact.* Vide uſum apud *Tim.Fab.d.diſp.22.theſ.6.*

VI. Ad *d.pr.* quæritur, an panes, piſces, carnes mutuo dari poſſint? Aff: quoniam ad certum pon-

du-

dus & certum numerum dari queunt, hoc est, ut ejusdem ponderis & bonitatis reddantur, ergo & mutuo dari possunt. *l.2.§.1.D.de reb.cred.& ibi Bart.* ? Diss. vide apud *Harp.ad d.pr.Inst.h.t.n.62.* Cæterum paciſci licet, ne eadem bonitas restituatur, salvo manente mutuo, quia de natura mutui est, ut res ejusdem bonitatis reddantur, de substantia, ut idem genus. *d.l.2.pr.* junct. *l.pen.C.de rer.permut.& l.5.§.1. D.de præscript.verb.* Diss. vide apud *Fach.lib.2.c.69.*

VII. Ad *id.pr.* quæritur, an, creditis nummis, debitor alterius generis nummos (modo creditor ex eo non patiatur damnum) solvere possit? Aff: *l. 99. D. de solut.* Ratio est, quia idem genus, scilicet pecunia, redditur, & affectus in pecuniam non cadit. *l.3.D.de in lit.jur.& d.l. 2.* quæ sententia Consuetudine recepta est, teste *Fachin.lib.2.c.50.* Diss. vide apud *Eund. d.loc.* quibus adde *Wesenb.in parat.ad d.tit.n.12.* Usum Galliæ vide apud *Buf.ad l.2.de reb.cred.*

VIII. An ergo pro vino vel frumento mutuo dato, invito creditori pecunia reddi potest? Nequaquam, quia tunc diversum, non idem genus restitueretur, contra *l.2.pr.D.de reb.credit.* Diss. vide apud *Fachin.lib.2.cap.69.* quorum sententiam Usus sequi videtur. *Merul.l.4.dist.4.sect.3.tit.1.c.2.n.21.* Potest tamen debitor creditori easdem species reddere: nam quod debitor idem genus refundere teneatur, in favorem ejus introductum est. *d.l.2.pr.* cui unusquisque renunciare potest. *l.pen.C.de pact.* Diss. *Azo ad t.C.si cert.pet.n.18.Dec.in d.l 2.*

IX. Verum quid, si vinum aut frumentum mutuatum non exstet, & forte in judicio petitum sit? In contractibus stricti juris nec tempus moræ, nec contractus, nec rei judicatæ, sed simpliciter spectatur tempus litis contestatæ, quanti tunc fuerit. *l.vinum 22.D.de reb.cred.l.ult.de condict.tritic.& l.3.§.2.D.*

Fff *com-*

*commod.* Ratio est, quia judex in hujusmodi contractibus formulæ petitionis tanquam glebæ terræ adstrictus est. *l.* 99. *D. de V. O.* atque ita per litis contestationem convenisse videtur. *l.* 3. §. 11. *D. de pecul.* junct. *d. l* 22. In contractibus bon. fid. tempus rei judicatæ spectatur. *d. l.* 3. §. 2. Ratio est in §. 30. *Inst. de act.* Vide *Donell. ad d. l.* 22. Diss. *DD. varie*, ut videre est apud *Duar. c. 7. t. C. si cert. pet. Hotom. illust. quæst.* 16. *Fab.* 16. *conj.* 1. *& seqq. Goedd. c. 5. de mut. n.* 102. *& seqq. Bronch. cent.* 2. *ass.* 19. Moribus hæc distinctio abrogata videtur, quum omnes contractus bonæ fidei sint. *Gudel. d. lib.* 3. *c.* 13. *Rebuff. ad const. Reg. tom.* 3. *tract. de fruct. art.* 1. Vide *disp. nost.* 21. *ad lib.* 12. *P.*

X. Sed quid si nihil convenerit, neque debitor in mora fuerit? Debitor mutuæ pecuniæ, valore nummorum mutato, duntaxat idem genus, eandem quantitatem & bonitatem restituit. *l.* 2. *&* 3. *D. de reb. cred.* junct. *arg. l.* 19. *D. eod.* ideoque spectatur æstimatio, quæ tempore contractus fuit, non quæ fuit solutionis. *c. olim causam. de censib.* Quæ sententia frequentius obtinuit. *Mynf. cent.* 4. *obs.* 1. Adde *Molin. in tract. de usur. q.* 92. *n.* 693. *& seqq. & Matth. de Affl. dec.* 90 *Imbert. in Enchirid. jur. Gall. lit. m.* Diss. *DD. comm* teste *Boër. dec.* 327. *& Neost. dec.* 37. atque ita etiam sæpe judicatum, testatur *Boër. d. dec. Ann. Rob. lib.* 1 *rer. jud. c. ult. Christin. vol.* 3. *dec.* 1. *Jacob. Coren dec.* 16 *&* 23. Imò magis communiter & usu hanc sententiam receptam, testatur *Treutl. disp.* 29. *vol.* 2. *th.* 2. *lit. c*

XI. Denique quæritur ad *d. pr. in fin.* an condictio certi, quæ ex contractu mutui nascitur, generalis an specialis sit? Aff: prius *l.* 9. *pr. & l.* 23. *D. de reb. cred.* Diss. vide apud *Harpr. ad d. pr. Inst. n.* 128. *Vinn. ad pr. h. t. Ant. Fab. decad.* 83. *error.* 3. *& Tim. Fabr. a disp.* 22. *thes.* 9. sed frustra de hac quæstione laborant Interpretes, cum hodie non opus sit nomen actioni

ex

exprimere. *Harp. ad d. pr. n.* 129. *Zyp. d. lib. tit. de mod. proced.* Uberiorem usum de mutuo vide apud *Georg. Schultz. ad h. t. Inst.*

XII. Ad §. 1. quæritur, an conductio indebiti recte referatur inter contractus, qui re contrahuntur? Aff: *d.* §. 1. sed rectius tamen inter quasi contractus. §. 5. *Inst. de oblig. quæ quas. ex cont.* Diss. *DD. Alii aliter.* Vide *Donell. comm.* 16. *Tim. Fab. d. disp.* 22. *th.* 10. *Arum. exercit.* 15. *thes.* 14. Sed hæc de lana caprina. Videamus, an indebitum errore juris solutum repeti possit? quod affirmo, si agatur de damno rei suæ amittendæ. *l.* 7. *&* 8. *D. de jur. & fact. ignor. l.* 7. *de condict. caus. dat. & l.* 1. *ut in poss. leg.* nisi subsit naturalis obligatio. *l.* 13. *pr. l.* 40. *de condict. indeb.* secus si agatur de compendiis seu lucro cessante. *d. l.* 8. *& l.* 9. *C. ad l. Falcid. Christin. vol.* 3. *dec.* 8. *n.* 3. Vel si ita non est de jure Romano, saltem ita esse debet in rei veritate. Quis enim singula jura scire potest? Quis semper in unoquoque negotio adire JCtum. Fiat justitia, licet etiam temere fecerit, quod non consuluerit; & propter hoc ut puniatur, per me licet, ut discat cautius mercari & adire Advocatos. Vide *Mantic. decis.* 78. Diss. *Donell. lib.* 1. *comm. c.* 21. *Duar. c.* 3. *ad tit. D. de condict. indeb. Bronch. cent.* 2. *ass.* 36. *Arum. exerc.* 15. *thes.* 15. *Hænon. disp.* 13. *thes.* 6.

XIII. Ad §. 2. quæritur, an commodatarius tantum culpam levissimam præstet, non etiam casum fortuitum. §. 2. *Inst. h. t. & l.* 5. §. 2 *commod.* nisi eum in se receperit. *d.* §. 2. *l.* 5. & an eo casu de insolito quoque teneatur? Aff: *d. l.* 5. junct. *l.* 78. §. *ult. D. de cont. empt. & l.* 15. §. 2 *D. Loc. Pinell. in l.* 2. *C. de resc. vend. c.* 3. *n.* 30. Diss. *Gomez. lib.* 2. *var. resol. c.* 3. *n.* 19. *Gail.* 2. *obs.* 23. *n.* 18. *Donell.* 16. *comm. c.* 50. *& Plures*, quos refert *Fachin.* 1. *c.* 86.

XIV. Cæterum magna DD. altercatio est, utrum

ad hoc ut commodatarius teneatur ad casus fortuitos, sufficiat pactum generale de omni periculo aut casu fortuito: an vero requiratur, ut casus fortuiti specialiter enumerentur? Prius agnosce. *l.9.§.2.D.locat.*junct. *l.7.§.7.D. de pact.*& l. 39. *mand. Pinell. in d.l.2.c.3.n.26.* Diss. *Costal.in l.4.§.4. D.si quis caut. in jud.*& *Alii*, quos refert *Harpr.ad §.2.Inst.h.t.n.35.*

XV. Ad *d.§.* 2. quæritur, an sicut ob dolum, sic etiam ob latam culpam commodatarii rem commodatam non restituentis vel exhibentis, juretur in litẽ? Aff: *l.3.§.2.D.comm.l.2.§.1.*& *l.5.§.3.D.de in lit.jur.* jũct. *l.226.D.de V.S.*& *l.32.D.depos.* Diss. *DD.pleriq; in d.l.5.* Vide *Bronch.cent.2.ass.30.* Hodie jus jurand. in litem non est in usu, sed judices ex æquo & bono id quod interest, definiunt. *Zyp.d.lib.tit. de jurejur.*

XVI. Ad §.3. quæritur, an res immobilis deponi possit? Aff: Nam si actio sequestraria competat ex depositione rei litigiosæ immobilis, cur non & actio depositi ex deposito rei immobilis non litigiosæ *l.1.*& *17.D.depos.*? Adde, quod res immobilis commendari atq; commodari possit. *l. 24. D.eod.*& *l.1.§.1.D. comm.*junct. *l.5.§.4.D. eod.* Diss. *DD.cõm.ad §.3.Inst. h.t.* quos sequitur *Arũ.exerc.12.th.14.* Sed sive actio depositi, sive mandati, sive præsc. verb. cõpetat, hodie parum interest. Vide *thes.10.* Videamus potius, an sequestratio judicialis regulariter prohibita censeatur? Nos, nulla adhibita distinctione inter res mobiles vel immobiles, corporales vel incorporales seu quantitates, affirmamus *l.un.C.de proh.seq.pec.*junct. *l.178.de V.S.Myns.cent.5.obs.35.* Hinc Moribus ubique fere obtinet, ut ad eam non deveniatur, nisi ex causa necessitatis. Qui Mores constitutionibus Pontificiis confirmantur. *c.1.2.*& *3.de sequest.poss.* Vide *Bus.ad l.5.§.1.*& *2.D.depos.* Diss. *Cuj. in parat.C. de prohib.seq.pec.Robert. lib.1.sent.jur.c.5.*& *Plures*

*Alii,*

*Alii*, quos noviſſime ſequitur *Perez. ad d. l. unic.* Moribus propter chirographum vel aliud liquidum inſtrumentum fit ſequeſtratio ſeu conſignatio pecuniæ debitæ apud judicum Scribas, quam *Namptiſſment* vocant. *Zyp. d. tract. tit. de ſent. & re jud. Merul. lib. 4. diſt 4. ſect. 2. tit. 8. cap. 3.* An & quo modo hodie poſſeſſio fit apud ſequeſtrem, vide apud *Buſ. ad l. 39 D. de adq. poſſ. & l. 5. & 6. D. depoſ.*

XVII. Ad *d. §. 3.* quær. an propter impenſas in rem depoſitā factas detur retentio? Neg: *l. 11. C. depoſ. & arg. l. ult. §. 1. in fin. C. de compenſat.* Ratio eſt in *l. 17. de judic.* Diſſ. *Placentin.* cujus ſententia obtinuit, ut ait *Sichard. ad d. l. 11. n. 6.* Vide *Chriſtin. dec. 48. vol. 3.* Quo pacto actio depoſiti privilegiata ſit, vide apud *Fabr. ad lib. 4. C. tit. 25. def. 3.*

XVIII. Ad §. 4. quær. an, ſi reſtitutio pignoris non inducat remiſſionem debiti *l. 3. D. de pact.* inferat tamen liberationem pignoris? Aff: *d. l. 3. & arg. l. 2. §. 1. D. eod. & arg. l. 1. de lib. legat. Cuj. ad d. l. 2.* Diſſ. *Duar. ad d. l. 3. & ibid. DD. com.* teſte *Hæn. d. diſp. 13. th. 15.*

XIX Ad *d.* §. 4. quærit. an res aliena pignori dari poſſit, ita ut competat actio in rem? Neg: ex liquido jure in *l. 2. D. de pign. act. l. 1. 2. 6. & 7. Cod. ſi alien. res pign. dat.* Diſſ. *Pet. Fab. lib. 2. ſemeſt. c. 17.* Vide *Harp. ad §. ult. Inſt. h. t. n. 145. & ſeqq.* Sed admodum controv. juris eſt, ecquid convaleſcat pignus ad dandam ſaltem utilem actionem hypethecar. adverſus dominum rei pignoratæ, qui heres exſtitit debitori? Nos affirmantibus ſubſcribimus. *l. ſi Titio 22. D. de pign. & hypoth.* quæ lex in æquitate fundata eſt, ſecundum *l. 177. D. de R. J.* Sed illa æquitas tempore Pauli haud fuit recepta, aut à Triboniano omiſſa in *l. 41. D. de pign. act.* Vide *Cuj. 19. obſ. 25. & Buſ. ad d. l. 41.* Diſſ. *DD. comm.* teſte *Harp. ad d. §. ult. n. 161. & ſeqq.*

XX. Ad *d. §. ult.* quæritur, an ſpecies pignoris ſit

antichreſis, & an expreſſa ob incertum proventum
ac pretium fructuum licita ſit,etiamſi legitimum mo-
dum uſurarum excedat? Aff: propter incertum e-
ventum & pretium fructuum. *arg.l.*12.*&* 23.*C.de u-
ſur*. Diſſ. vide apud *Harp.ad d.§.ult.c.*215.*And.Gail.*
2.*obſ.*3 *Ant.Fab.part.*1.*de err.pragm.decad.*9.*err.*5.*&
ſeqq.* Uſum ἀντιχρήσεως vide apud *Zyp.d.lib.titul. de
pign.act.Mynſ.cent.*6.*obſ.* 71. Vide præterea *Gail.* 2.
*obſ.*3. Huc pertinent quoque non nihil Repreſſaliæ,
de quibus vide *Harp.ad h.§.Mynſ.cent.*6.*obſ.*1.*& Jo-
an.Pap.lib.*5.*tit.*3. ubi res judicatas & arreſta refert.

## DISPUTATIO JURIDICA
### DECIMA-SEXTA
## *DE VERBORVM OBLIGATIONIBVS.*

Ad Tit. 16. 17. 18. 19. & 20. Inſt. Lib. 3.

*Reſp.* JOANNE STRICK D. de LINSCHOTEN *Ultraj.*

I. AD *pr.tit.*16.quæritur,an ex eo,quod ſtipu-
latio à ſtipulo (quod veteres firmum dixe-
re) appellatur, recte vulgo *DD.* colligant,
ſtipulationem cæterorum contractuum firmando-
rum gratia inventam eſſe, & nunquam per ſe & ſine
alterius contractus aut cauſæ adminiculo ſubſiſtere?
Neg: quia contractus ſinguli per ſe conſiſtunt. *l.*7.*§.*
1 *D.de pact.* & ſua vi actionem pariunt. *l.*3.*&* 27.*D.
de O. & A.* Itaque ſtipulatio non contractuum fir-
mandorum, ſed obligationum firmandarum cauſa ,
introducta eſt. *d.l.*7.*§.*12.*D.de pact.* præſertim natu-
ralium & infirmarum. *l.*27.*C.eod.Paul.*5.*ſent.*3. Ad-
de *Tim.Fab.diſp.*23.*th.*1.*lit.a.* Adde *& l.* 27.*§.* 2.*D.
de pact.*ubi ſtipulatio tollitur per ſtipulationem,quia
in ſtipulationibus, inquit JC. jus continetur. Plures
ratio-

rationes vide apud *Arum.exercit.13.theſ.2.Harp.ad d.pr.Inſt.d.tit.n.37.* Diſſ. *DD. comm.* quos ſequitur *Tim.Fab.d.loc.lit.c.Bacchov.ad Treutl.vol.2. diſp. 27. pr.& plures Alii*,quos vide apud *Arum.& Harp.dd. loc.* Sed quæſtio nullius pretii, quia nullius uſus eſt.

II. Ad *d. pr.* quæritur,an ſtipulatio ſit contractus ex jure Civili introductus mutua interrogatione & reſponſione conſtans? Aff: quia eſt contractus proprius, qui jus vel cauſam ſive negotium in ſe continet, videlicet ſolennitatem verborum, aut ſaltem ſerium animum contrahentium, qui ex interrogatione & reſponſione præſumitur. *d.l.27.§.2.l.83.pr.D.h. t. & arg.§.ult.Inſt.de Oblig.* Diſſ. *DD.comm.* teſte *Soarez.in theſ.recept.ſent.* Vide *Harp. ad d.pr.Inſt.n. 6. & ſeqq.* Quod ſit contractus juris civilis, diximus in *diſp.prima.*Diſſ.vide ibid.& apud *Harp.ad d.pr.n 23. Arum.d.exerc.th.1.Hænon.diſp.14.cont.1.*

III. Ad§. 1. quæritur, an verborum obligatio non tantum ex ſtipulatione,ſed etiam ex aliis cauſis, ubi ſolennitates verborum adhibentur, oriri poſſit? Aff: ex *l.13.pr.D.de accept.* junct. *l.8.§.3.D.eod.*Adde *Bacchov.ad Treutl.vol.2.diſp.27. theſ.1.lit.i.* Diſſ. vide apud *Fachin.3.c.8.& Hænon.d.diſp.14.q.2.* Sed fruſtra hac de re laborant Interpretes, quum Moribus noſtris unuſquiſque teneatur ex ſua ſimplici,ſed ſeria tamen promiſſione;& nulla amplius ſit differentia inter ſtipulationem & pactum. *Gudel. de jure noviſſ.lib.3.c.5.Chriſtin.vol.2.dec.91.Gomez.2. reſol. 9. n.3.Tulden.comm.hic c.2.Vinn.ad §.1.Inſt.h.t.* Quare & hodie ſtipulationes ſcriptis inter abſentes & præſentes etiam à mutis & ſurdis contractæ valent, ſi non ut ſtipulationes, ſaltem ut conventiones efficaces & obligatoriæ,contra *§.1.Inſt.h.t.& l.1.pr.D.eod.* Diſſ. *Weſenb.ad §.11.Inſt. de inutil. ſtipul.* Imo quæcunque hodie per Notarios vel Alios in contractibus

adhibentur, haud necessario aut de substantia fiunt, sed tantum ex consuetudine & enixæ voluntatis ostendendæ gratia. Ratio est in *c.5.Matth.v.37. Rom. 1.v.31.* Adde *Schultz.ad §.1.h.t.& Christin.dec.177. vol.4.*Diss.*Arum.disp.22.th.1.& Alii plures.*

IV. Ad *d.* §. 1. quæritur, an ille, qui stipulanti *dabis*? promisit *dabitur*, obligetur? Aff: quoniam dicta stipulatio impersonaliter concepta ex vulgari intellectu verborum satis innuit serium & congruum promittentis animum, ergo nullus dubitet, hanc pure & efficaciter, etiam de jure civili initam esse. Adde *arg.l.1.§.2.l.134.§.1.& seqq.D.h.t.& arg.* §. 5. *in fin. Inst.de inutil.stipul.* Plures rationes videre est apud *Cujac.& Donell.ad l.5.D.eod.* Diss.*DD. comm.* teste *Bronch.cent.4.ass.38.* quos sequitur *Wesemb.in par. D.eod.n.4.*

V. Ad §.2. quæritur, an debitum ex stipulatione pure facta confestim peti possit? Aff: *d.* §.2.*h. t. & l. 56.§.4. D. eod.* sed judex modicum tempus debitori indulgere tenetur. *arg. l. 21. Si debitori. D. de judic.* Diss.*DD.comm.* teste *Hænon.disp.14.q.4.* Sed breve illud spatium, quod nulla lege definitum est, arbitrio judicis relinquitur. *l.in fraudem 45.* §. 10. *D. de jure fisc.Menoch.de arbitr.jud.lib.2.cent.1.cas.27.* Atque ita Moribus passim servatur, etiam in solutione rei judicatæ, contra *l.2.& 3.C.de usur. rei jud. Neostad. dec.31.Gudelin.lib.4.c.16.Zyp.in not.jur.Belg. tit. de dilation.* Vide tamen *Treutl.disp.29.vol.2.thes.2.lit.i.* An debitor invito creditori ante diem solvere possit disputo ad *tit.ult.Lib.3.*

VI. Ad *d.* §. 2. & 4. quæritur, an quælibet stipulatio etiam conditionalis ad heredem & in heredem transferatur? Aff: *d.§.4.h.t.& l.57.D.eod.* Ratio est in *l.9.D.de probat.* nisi convenerit, ut ita demum stipulationi locus esset, si conditio existeret vivo stipu-

lato

latore, vel quo alio. *l.qui Romæ* 122.§.4.*D.h.t.* Diss. *Alciat.lib.*1.*dispunct.*13.*Connan.comm.*3.*Duar.ad d.l.*122.§.4.*& vulgo DD.aliter*, teste *Harp.ad* §.4.*Inst.h.t.n.* 15. Arbitrarias autem conditiones sive potestativas plerique DD. existimant deficere morte ejus, in cujus potestatem & arbitrium collatæ sunt. *Gail.* 2. *obs.*2. Verum distinguendum potius, an facti sint, sive alio modo personæ cohærentes; an vero eodẽ modo ab herede stipulatoris impleri queant. *l.ult.D.de condit.institut. & arg.l.*15.*D.de in diem addict.l.*8.*de peric.& commod.rei vend.l.*2.*C.de pact.int.empt.Cuj.in l.*58 *h.t.Tuld.& Vinn.ad d.*§.4.*h.t.*

VII. Ad §. 3. quæritur, quid dicendum de stipulatione, *decem cum petiero, dabis?* Illa non conditionem, sed magis admonitionem significat, ut promissor solvat sine mora, ideoq; ad heredes transit. *l.in decem* 48.*D.h.t.l.*85 *D.de condit.& demonst.* Secus est in ista stipulatione, *decem si petiero, dare spondes ?* hæc enim conditionalis est, quæque personæ cohæret. §.4.*Inst.h.t.* junct. *l.*44.*l.*69.*& l.*109.*D.de condit. & demonst.* Diss. *Cujac.in d.l.*48. Atque hinc apparet, quo pacto conditionalis creditor loco creditoris habeatur in *l.*10. *&* 54. *D.de V. S.* & quandoque spem transferat ad heredes. *d.thes.*6.*& d.l.*48.*&* 85. Usum uberiorem vide apud *Ant.Tessaur.dec.*235. An differentia sit inter stipulationem annuam simpliciter, & quoad vivam? Item an semel duntaxat debeantur 10. si stipulatus sum 10. quoad vivam, vide *Vinn. ad d.* §. 3. *h. t.*

Ad *eund.*§.3.*h.t.* quæritur, an etiam cautio Muciana hic adhiberi possit? Negatur de jure Romano. *l.*7.*de condit & demonst.* Vide *Arum.ad h.t.D.* Sed non video rationem, cur ante conditionem existentem quid peti possit. Adde *Gudelin.*2.*c.*12.

VIII. Sub conditione à Sejo quod sibi Titius de-

bebat, stipulatus est quis, quæritur, an pendente conditione a Titio petere possit? Neg: *arg.l.30.§.fin.D.de pact.l.36.D.de reb.credit.l.60.§.1.D.de condict.indebit.* ubi etiam is, qui ab obligatione pura liberatur sub conditione, sub contraria conditione debere dicitur. *Donell.ad l.56.§.fin.D.h.t.n.9.* Diss. *Cujac.ad d.l.56.* At quid, si stipulatio collata sit in arbitrium promissoris? Est invalida *l.17.* & *l.108.D.h.t.* Secus est in legato, quod sub hac conditione relictum est, *cum heres voluerit*; hoc enim, si heres se ante mortem non declaravit, ab herede heredis præstandum est. *l.11.§.6.D.de leg.3.* Diss. *Cujac.ad d.l.17.h.t.* Quod si tamen ille promissor rem tradiderit, recte ex stipulatione traditam asserimus. *l.20.C.de pact.* junct. *l.13.D.de condict.indeb.* Quod maxime procedit Moribus, quibus non tam ad rei formam, quam ad seriam contrahentium conventionem attenditur. Ratio est in *d.c.5.Matth.v.37.* & *c.7.v.12.* Diss. *Goedd.c.4.concl.5.in fin.Hænon.disp.14.q.6.*

Ad §.5. quæritur, an & quando ille, qui promisit, se certo loco soluturum, in loco domicilii conveniri possit? Sed Nos de hac quæstione ad §.31.*de act.*

IX. Ad §. *ult.* verior & communior DD. opinio est, promissorem puri puta facti præcise ad hoc minime teneri, quod hoc sit contra naturam hominis liberi. *Duaren. ad l.72.h.t.* sed liberari, præstando id quod interest. *d.l.72.l.14.l.84.l.112.§.ult.D.eod.* & *l.13.in fin.D.de re jud.* Diss. *Cujac.in d.l.72.Coras.lib.2.miscell c.3.Pinel.ad l.1.part.3.n.25.C.de bon.matern.Vasq.illust controv.c.25.n.33.Bronch.cent.4 ass.41.* Quorum sententia juri Divino magis conveniens est. *d.cap.5.* & *7.Matth.* etiam Moribus, utpote quibus ad factum promissor vi quadam, scilicet **by gyselinge** cogitur. Deinde ex eo confirmatur, quod dissentientium assertio vera sit, quando promissioni

facti

facti accessit juramentum. *Fach.lib.3.cont.c.17.Christin.dec.323.vol.1.* Atqui Moribus & jure Canonico nulla differentia inter promissionem simplicem & juratoriam conspicitur. *c.cum contingat ext.de jurej. & cap.1.ext. de pact.* Vide *Bus. ad l.2. D. de jurejur. Gudel.d.lib.3.cap.5.*

X. Promissiones in faciendo consistentes etiam ad heredes transeunt. *l.13. & l.ult. C. de cont.stipul.* Ratio est in *l.62.de R.J.* nisi in illis ex natura facti, aut voluntate contrahentium persona promissoris spectata sit. *d.l.ult.D.de condit.instit.l.44.D.de condit.& demonst. & l.unic.§.ne autem 9.C.de caduc.toll.DD.* Alii aliter. Vide sis *Cuj. & Donell ad l.46.h.t.Arum. disp.22.thes.14. & Bronch.cent.4.ass.47.*

XI. Ad *d. §. ult.* quæritur, an pœnam ultra duplum ejus quod in stipulationem principaliter deductum est, stipulari liceat? Aff: *l.stipulatio 38.§.alteri 17.D.h.t.* Diss. vide apud *Fachin.lib.1.c.50.* Sed Moribus pœnæ quantitati adjectæ, si certo die pecunia soluta non sit, tanquam usurariæ & per canones damnatæ rejiciuntur; adjectæ vero facto, in odium non servatæ fidei tolerantur, præsertim cum fieri stipulantis intersit. *Zyp.in not.jur.Belg.tit.de usur.circ. fin.Gudel.d.lib.3.c.13.Papon.lib.12.tit.9.* quibus adde *Ant.Fab.ad lib.8.Cod.tit.26.def 9.& 14.* Sed cur hic pacta non servantur? Statui tamen pœna posset in eos, qui probabuntur in fraudem legitimarum usurarum stipulari.

XII. Ad *§.1.tit.17.* quæritur, an duo rei debendi etiam jure Novellarum in solidum teneantur? Aff: *d.§.1.l.3.§.1.D. eod. & l.2.C.eod* junct. *l.32.in fin.C. de appell.* Nec obstat *Nov. 99. c. 1.* quia loquitur de duobus reis, qui pro se invicē fidejusserunt, ut innuit ipsa inscriptio *d. nov.* quæ sic habet, περὶ ἀλληλεγγύων, id est, de duobus reis, qui vice mutua fidejussores accepti

cepti sunt. *Donell.ad Auth.hoc ita C.eod.* Diss. *DD. comm.* teste *Gudel.lib.4.cap.7.* quorum sententia usu forensi recepta est, testantibus *Vinn.ad §.1. Inst de duob.reis & Tim.Fab.disp.23.thes.4.* Sed secus servatur Antwerpiæ inter Mercatores. *Neostad. dec.* 49. Nos Mores communes probavimus in *Cens. nost. ad h. §.* ubi vide.

XIII. Ad *d.* §.1. quæritur, an, quamvis stricto jure reus debendi, qui integrum debitum solvit, non habeat actionem contra correum, nisi eam à creditore petierit. *l.76.D.de solut.l.17.36.& 39.D.de fidejuss.* tamen ex æquo & bono gaudeat actione negotiorum gestorum? Aff: *l.1.& 2.D.de negot.gest. & arg. l.32.D.de reb.credit.* Atque ita visum est Interpretibus communiter, & sæpe judicatum, testibus *Anton. Fab.C.suo.h.t.def.1.Christin.vol.3.decis.114.* Diss. tamen idem *Ant.Fab.11.conject.6.& seqq.Bacchov.ad §.1.Inst.h.t.Harpr.ad §.1.Instit. de oblig.quæ quas.ex cont.n.71.* Idem dixerim de reo stipulandi, qui partem totius debiti exacti cum altero communicare cogitur. *dd.ll.& l.206.D.de R.J.* Diss. *Bart.in l.11.h.t.Wesemb.eod.n.7.*

XIV. Ad §. 3.*tit.* 20. quæritur, an ille, qui promisit, se curaturum vel effecturum, ut alius det vel faciat, liberetur à promissione, si tantam adhibuerit rei conficiendæ curam, quanta adhiberi potest? Affirm: quia actus agentium ultra illorum intentionem, imo ad impossibilem repromissionem extendi non debent. *l.19.D.de reb.cred.& l.185.D.de R.J.Bart.consil.236.Schurff.cons.15.cent.1.Marant.disp.2.n.20.23. & 27.* ubi hanc opinionem in practica servari testatur. Diss. vide apud *Fachin.lib.3.c.20.Hænon.disp.14. q.11.Tim.Fab.d.disp.23.th.7.lit.b.Vinn.ad §.20.h.t.*

XV. Ad §. 5. quæritur, an eo casu, quo quis stipulanti decem quinque promisit, vel contra stipulanti quin-

quinque promisit decem, saltem in quinque obligatio nascatur? Aff: §.5.*Inst.de fidejuss.& l.*1.§. 4.*D. h.t.* Adhæc, quod attinet stipulationem posteriorem, quæ magis controversa est, ejus veritatem hoc argumento demonstro, quod in ea manifestius constet de seria & enixa voluntate promittentis, quam si simpliciter ad interrogata responsum esset. Quare etiam autumem, nunquam apud Veteres dubitatum, an promissor obligetur saltem in summam concurrentem, sed an etiam in excurrentem. *d.l.* 1.§.4. ubi JCt. decisionem quæstionis ponit in ea ratione, quod minor summa insit majori, nõ vero in ea, quod illico placuerit diversitas responsionis, ut DD. perperam explicant. Et hæc sententia Moribus procedit omnimodo, quia apud Nos neque solemnitas, neque subtilis quædam rei natura aut forma, sed seria duntaxat respondentis promissio spectatur. Ratio est in *d.c.*5. *Matth.v.*37.Diss.*Cuj.in l.*1.*D h.t. Goedd. de cont.stipul.c.*4.*n.*55.*Tim.Fab.disp.*13.*thes.*9.*& Alii plures.* Imo Moribus in ipsam summam excurrentem obligatio nascitur. Rationem vide in *Cens. nost.ad h.*§.5. ubi & responsum ad *d.*§.

XVI. Ad §. 19.*&* 20. quæritur, de Notariis, sed frustra, quia Moribus Tabularios sive Notarios alteri stipulari posse, certum est. *Fachin.lib.* 8.*c.* 91. *Treutl. disp.*27.*vol.*2.*thes.*2.*lit.e.Bronch.cent.* 4. *ass.* 46. Sed quid de ratihabitione? Etiam sine ea absentijus per Notarium adquiritur; quoniam unusquisque ex sua promissione obligatur, ut supra sæpius probavimus. Diss. vide apud *Fachin.d.lib.*8.*c.*91. Cæterum hæc aliter de jure civili obtinere, quidam rectè arbitrantur. *arg.d.*§.19.*h.t.& l.* 38. §. 17. *D. h. t.* Diss. *DD. comm.* teste *Bronch.d cent.*4.*ass.* 46. Sed quid statuendum de persona non publica? Potest & illa stipulari alteri, propter rationes supra allegatas. Vide

*Chri*

*Christin. vol.* 3. *decis.* 34. *& vol.* 4. *decis.* 177. *&* 209. Quinimo & jure Canonico stipulatio alteri facta subsistit. *arg.c.*1.*ext.de pact.& c. quoties cordis. quæst.* 7. Diss. vide apud *Fachin.lib.*3.*c.*19. quos sequitur *Arum. disp.*22 *q.*9. *Hænon.disp.*14.*q.*15.

XVII. Ad §.24. quæritur, an turpes stipulationes ipso jure nullæ sint? Aff: *d.*§.24.*& l.*123.*D.de V.O.h.t.* junct. *l.*31.*D.de O.& A.& l.*1.§.3.*D. quæ sent.sin. app.resc.* Diss vide apud *Arum.d.disp.*22. *thes.*8. Ad §. 25. disputavi *thes.* 7.

## DISPUTATIO JURIDICA DECIMA-SEPTIMA

## *DE FIDEIUSSORIBUS ET Literarum Obligationibus.*

### Ad Titul. 21. & 22. Instit. Lib. 3.

*Resp.* FREDERICO WTTEWAELL *Ultraj.*

I. AD *pr.tit.*21. quærit. an fidejussor & adpromissor differant? Neg: *l.*5.§.2.*h.t.l.*43.*&* 64.§.4.*D.de solut.* Potest tamen & sequi & præcedere obligationē principalē. *l.*6.§.2.*D.h.t.* Sed mandator semper antecedit tantū. *l.*12.§.14.*D.mand.* Diss. *Brech.ad l.*7.*de V.S.Goedd.in tractat.de contrah. stipul.c.*5.*conclus.*6.*n.*22.*Hæn.disp.*15.*q.*1. Sponsor vero à fidejussore hic nihil differt. *d.l.*7.*l.*19. §. 2. *D. de Ædil.edict.* junct. *l.*4.*&* 5.*vers.idem est D. de neg. gest.l.*30.*h.t.l.*23.§.1.*mand.* Diss. *DD. plerique*, teste *Harpr.ad d.pr.Inst.h.t.n.*4. Vide *Hering.h.t.c.* 3. *n.* 43. Moribus fidejussor non tantum sine mandato aut rogatione, sed etiam absque stipulatione constituitur, ideoque vix ulla differentia est inter constitutum & fidejussionem. *Gudel.in.de jure noviss.lib.*3.*c.*11. Adde *Treutl.disp.*28.*vol.*2.*th.*4.*lit.a.*

II. Ad §.1 quæritur, an inter personas, quæ fidejubere prohibentur, referenda sit fœmina? Aff: *l.3.h t.* nisi renunciaverit beneficio SCti Vellej. sive in judicio sive extra judicium, modo vim ejus intellexit, aut certiorata fuit per Notarium *l.ult.§.pen.D.ad SCt.Vellej.* junct. *l.pen.C.de pact.* Atque ita per totum mundum receptum esse, testatur *Alberic. in d.l.fin.* Vide tamen *Zyp.in notit.jur.Belg.tit.ad Vellejan.* Diss. Vide apud *Fachin* 2.*c.*60.*Harpr.ad d.pr.n.*46. Sed quid, si jurata fuerit renunciatio? Servāda est, licet mulier certiorata non sit. *c.ex re scripto.c.cum contingit. ext. de jurejur.c.quamvis.de pact. in* 6. Diss. Vide apud. *Fachin. lib.*2.*c.*61 *Joan.à Sande.lib.*4.*tit.*11. *def.*5. *Hæn.disp.* 3.*q.*7. Quid denique, si enormiter læsa sit? Nihilominus renunciationi stare tenetur. *dd.capp* Diss. *DD. comm.* teste *Gail.*2.*ob.*77.*n.* 9. *Harpr. ad d. pr. n.* 60. Quinimo puto hoc SCt. hodie mulieribus nostris non competere; quia satis sagaces sunt, & ideo illarum pacta servanda. Ergo & recte Carol.IV. abrogavit. *d. SCt. Zyp.d.loc. Papon.lib.*12.*tit.*5.*arrest.*1. Nec obstat *c.*30. *Num.* quia in specie loquitur de voto, quod Deo mulier fecit sine consensu mariti; aut loquitur de proprio jure Hebræorum. Vide *Christin.decis.*36. *vol.*3. *& Tholosan.syntagm.lib.*24. *c.* 3. *n.* 25. ubi nostram sententiam Tholosanæ receptam testatur.

III. Quid de eo, qui juravit, se nunquam pro aliquo fidejussurum? Obligatur ex fidejussione, præsertim pro amico seu divite seu paupere inita. *l.* 4. §. 1. *D. h. t.* Sed vix à perjurio liber erit. *arg. l.*41. *C. de transact.* Diss *DD. Alii aliter*, quos vide apud *Harp. ad d.pr.n.*29. *& seqq. Vasq. de success. creat.* §.158. *Hering. de fidejuss.c.*1.*n.*64.

IV. Ad *d.* §. 1. quæritur, an creditor fidejussorem dimittere teneatur, si debitor æque idoneum offerat? Neg: *l.*45.§.2.*D.mand. & arg.l.*5.*C.de O.& A.* Diss.

*Dec.*

*Dec.n.4.* & *Cagnol.n.2.in l. 25. de R.J.Angel.in l.22. D.de pignor.& hyp.Neguzant.tract.de pignor.part.3. memb.* 1.*n.* 21. Sed quid,si pignora offerat? Ne quidem ab initio auditur, si vel satisdare vel fidejussores dare tenetur. *d.arg.l.5.& arg.l.ult.D.de usu & habit. l.3.D.h.t.& l.1.D. qui satisdat. cog.* Diss. vide apud *Harp.ad d.pr.n.65.Hænon.disp.15.q.2.* Sed quid, si fidejussores reperire nequeat? pignora sufficere existimo. *l.25.de R.J.* modo creditor inde nullum magnum damnum metuat. *arg.l.38.vers. constituimus D.de R.V.* Quinimo promissor fidejussoris hoc casu liberatur, præstando cautionem juratoriam. *arg.Auth. generaliter.C.de Episcop.& Cler.* Diss.vide apud *Fachin lib.12.c.63.*

V. Ad *d.*§. 1. quæritur, an fidejussor pro dote restituenda vel conservanda à volente marito datus, obligetur? Aff: §.1.*Instit.h t.* & *arg.l.7.§.6.D.de donat.int.vir.& uxor.l.2.C.ne fidejuss.dot.dent.* Plures rationes vide apud *Arum.exercit.13.thes.12.* Quod Moribus procedit omnimodo, quia simplex jus gentium sequimur. Diss.vide apud *Fachin.8.c.76.Christin.vol.3.dec.141.Hæn.disp.15.q.4.*

VI. Ad *d.*§.1. quæritur, an obligationi ex delicto accedere possit fidejussor? Aff: si agatur ad pœnam pecuniariam, quamvis reus crimen confessus sit. *l.8. §.5.l.56.§.ult.l.70.§.ult.D. h.t.* & *l.4.D. de custod.* & *exhib.reor.* Diss. *DD.prope omnes*, teste *Hænon.disp. 15.q.5.Arum.exerc.13.thes.13.* Quod si autem crimen grave commissum esse constet, fidejussor recipi non potest. *l.3.C.de custod.& exhib.reor.* & *dd.ll.h.t.* Ratio est in *l.13.pr.* & *l.51 D.ad l.Aquil.Gom.lib. 3. var.res.c.9.* Diss. *Men.lib.2.de arb.jud.cas.303.n.16.* & *17.Goedd.c.6.concl.23.n.416.Wes.in parat.h.t. n.4. Arum d.exerc.th.13.Hæn.d.disp.q.5.* & *Plures Alii*, quos refert *Harp.ad §.1.h.t.n.29.*

VII.

VII. Sed quoniam reus injuste etiam detentus aufugiens, pœnam incurrit. *arg. l.7.C. unde vi & l. 17.D.de jud.* sequiturne inde, fidejussorem de tuto carcere sub pœna datum, obligari? Aff: *l.8.§.1.D.h.t. & arg.l.32. D.de pact.*Diss.*DD.comm.* quos sequitur *Fachin.9.c.98. Hænon.disp.15.q.6.* Sed quid, si reus ob aliam causam accusatus est, sed necdum condemnatus, inciditne tunc in pœnam fidejussor, qui de præsentando reum sub certa pœna fidejussit? Omnino. *l.sed etsi quis 4.§.1.D.si quis caut.jud.* Diss. vide apud *Fachin.9.c.75.*

VIII. At quid de fidejussore, qui promisit sub pœna reum præsentare toties, quoties à judice fuerit requisitus? Pœnam non præstabit, si reus postea in carcerem conjectus aufugiat. *arg.l.65.§.10. D.pro soc.* junct. *l.74.de R.J. Bus.ad l.2.de cust.& exh.reor.* ubi sæpius ita judicatum refert. Adde *Treutl.disp.5. vol.1.thes.6.lit.e.* Diss. vide apud *Fachin.9.c.76.*Sed quid, si bis reum præsentavit? Non liberatur. *arg. l. 34.de R.J.& l.99.pr.D.de V.O.*Diss. vide apud eund. *Fach.9.c.78.Matth.de Afflict.decis.130. & ibi annot.* Quid de fidejussore, qui promisit reum intra certum tempus præsentare? Ille si non præsentavit statuto tempore, in pœnam incidit, quamvis non sit interpellatus.*arg.l.12.C.de cont.stipul.& l.26.C.h.t.*Diss. vide apud *Fachin.d.lib.9. c.77.*

IX. Minoris obligationi fidejussorem accedere posse, nullus ambigit. *d.§.1.Inst.h.t.* sed an, minore restituto in integrum, fidejussor liberetur, juris controversi est. Nos eum regulariter non liberari statuimus.*l.3.§.4.vers.sed an hoc.&l.13.pr.D.de minor.25. ann.* nisi dolo malo minor deceptus sit.*l.2.C.de fidejuss. minor.* aut creditores sibi aliunde satisfacere possint. *l. minor. 51. D. de procur. & l. si pupillus, 89. D. de adq. vel omitt. hered.* Diss. *DD.* quos sequi-

tur *Arum. exercit.* 13. *thes.* 14. *Bronch. cent.* 1. *ass.* 60.

X. Ad §.4. quæritur, an exceptio divisionis ante condemnationem opponi possit? Affirm: *l.*10.§.1. *C.h.t.* ergo & ante & post litis contestationem, juxta *l.*8.*C.de except.* Diss. vide apud *Salicet.in d.l.* 10. *Sichard.ad eand. Don. ibid. n.* 2. 15.*seqq.* Exceptio vero ordinis excussionis, cum dilatoria sit ex merito causæ, ante litem contestatam opponenda est. *l.* 19. *C.de probat.& l.*9.*C.de except. Ant Fab.Cod.suo h. t. def.*38.*Papon lib.*10.*tit.*4.*arrest.*21. Diss. *Gail.* 2. *obs.* 27.*n.*3. *& plures Alii*,quos recenset *Fachin.* 8. *c.* 52. *Harp.ad* §.4.*h.t.n.*26.*Joan.à Sande lib.*1.*rer.jud.tit.*7. *def.*2. In quibusdam Provinciis & Municipiis hæc beneficia ordinis & divisionis consuetudo non recepit. *Gudelin.de jure noviss.lib.*4.*c.*7.*in fin.*

XI. Ad *d.*§.4. quærit.an fidejussor, qui se ut principalem obligavit, ordinis beneficio renunciasse censeatur? Affirm: *arg.l.si quando* 109.*pr.de leg.*1.junct. *l.pen.C.de pact.* quæ sententia in foro receptior est, teste *Harpr.ad d.*§.4.*n.*30.*Gail.*2. *obs.* 28. Disl. vide apud *Fachin.*8.*c.*54.*Harpr.d. loc.* Quid,si jurejurando fidejussor se obstrinxit? beneficio ordinis minime renunciasse intelligitur. *arg.l.ult C. de non num. pec. & arg.l.*19.*D.de reb. cred.* junct. *Auth. præsente C. de fidejuss.C.veniens.c.Quinta vallis.ext.de jur.* Diss. vide apud *Fachin.l.*3.*c.*15.*Gail.*2.*obs.*27.*Harpr.ad d.* §.4.*n.*41. An cedi actiones debeant etiam post solutionem,aut si actiones non cedantur,actio saltem negot.gestor.competat. Vide *Harp.hic ad d.*§.4.*& disp. nost.præced.thes.*13.An sufficiat generaliter renunciasse istis beneficiis, vide *Schultz.ad h.t.*

XII. Ad §.5. quæritur, an fidejussor,qui fidejussit in majorem summam,saltem in eam obligetur,quam ipse debitor debet? De eo apud Veteres nunquam dubi-

dubitatum fuisse arbitror. *arg.l.1.§.4.D.de V.O.* Itaque dixerim, hoc duntaxat in quæstione fuisse, num teneatur etiam in ipsam summam excurrentem, seu duriorem causam. Sed placuit eos in duriorem causam omnino non obligari. *l.8.§.7.D.h.tit.* Obstat enim rei natura, ne scilicet plus sit in accessoria obligatione, quam in principali. §.5. *Inst.h.t.* Et hoc ita non tantum in fidejussoribus, sed etiam in cæteris, qui pro aliis obligantur. *d.§.7.l.8* junct.*l.1.§ ult.D.de constit. pecun.l.33.D.mandat.* Utut sit, fidejussor qui pro majore summa fidejussit, quam reus debet principalis, si non in summam excurrentem, saltem in concurrentem obligatur. *d.l.1.§.ult.& l.33.* junct. *l.8.§.7.D.h.t.* Ratio est in *d.l.1.§.4.D.de V.O.* Quæ sententia absque dubio Moribus servatur, quibus nulla est differentia inter fidejussorem & constitutorem. *Gudelin.d.lib.3.c.11.Vinn.ad d.§.5.h.t.* Diss. *DD. plerique*, teste *Fachin.lib.8.c.5.* Novissime distinguit *Bacchov.ad d.* §.5. Moribus etiam in ipsam summam excurrentem obligatio nascitur. Vide *nostr. Censur. ad d.§.5.& §.5.Inst.de inutil.stipulat.*

XIII. Ad *d.*§.5. quærit. an ex mora rei principalis augeatur obligatio fidejuss. ad usuras, pœnas aliasque accessiones? Neg: *l.8.D.de eo quod cert.loc.l.68.§.1. D.h.t.* nisi fidejusserit in omnem causam. *l.10.C.eod. & l.quæro 54.D.loc.Joan.à Sande lib.3.tit.10.def.4.* Diss. *DD. Varii variè.* Sed quid, si creditor terminum obligationis aut solut. debitori prorogaverit, inscio fidejuss. liberabiturne fidejussor? Liberabitur utroq; casu à periculo futuri temporis, non præteriti, modo debitor ad certum tempus obligatus fuerit, vel intra certum tempus solvere debuerit; quia hoc casu & ipse fidejussor ad certum tempus datus intelligitur. *l.7.C.locat.l.13 §.11.D.eod.*junct.*l.99.pr.D.de V.O.* Quod si simpliciter debitor debeat, & nullum tem-

pus certum obligationi ab initio præfixum eſt, creditor vero dilationem ad ſolvendum debitori conceſſit, fidejuſſ. ignorāte, neutro periculo liberabitur fidejuſſ. Imputet enim ſibi, cur nō vigilaverit, & ſe ab obligatione fidejuſſ. liberare non ſtuduerit. Adde *arg.l.24.* §.1. *D. de uſur.l. ſi quis 56.§.2.D. h.t.l.91.§.t.D.de V.O.* Vide *Mynſ.cent.6.obſ.53.Schultz. ad h.t.ſub fin.* Diſſ. *DD varie*, ut videre eſt apud *Fachin. lib. 2. c. 88.&* *lib.12.de 33. Joann. à Sande lib.3.tit.10.def.5. Fabr. ad lib.1.Cod.tit.28.def.25.Harpr.ad §. 6.n. 27. & ſeqq.Hænon.diſp.15.q.14.* Sed quid de fidejuſſore, qui fidejuſſit pro judicato, quando reus vel actor appellavit? Vide *Chriſt.decis.79.vol.1.Bart.&Buſ.ad l. pen.D.judicat.ſolv.*

XIV. Ad *tit.* 22. quæritur, an dicta literarum obligatio Veterib. incognita fuerit? Aff: *l.1.§.1.l.4.l. 52.pr.D.de O.& A.l.1.§.3.D.de pact.* Diſſ. vide apud *Hæn.diſp 15.q.15.* Exceptio autem non numeratæ pecuniæ tantum in contractu mutui & dotis, ubi res numeratæ vel datæ conſcribuntur, locum habet. *l.5. l.14.pr.l.15.C.de non num.pecun.* junct. *l.2.§. 2.D. de reb.cred.& l.pen.§.1. C. de conſt.pecun.* Diſſ. vide apud eund. *Hænon.d.diſp. 15.q.17.* Quid ergo de eo, qui ſub ſpe futuræ numerationis teſtibus præſentibus pecuniam accepiſſe confeſſus eſt? Idem quod de illo, qui literis confeſſus eſt. *arg.l.4. D.de fide inſtrum.* Adde *§.2.Inſt.de except.& l.9.C.h.t.* Diſſ. vide apud *Fachin.lib.2.c.85.*

XV. Sed poteſtne illa exceptio nō numeratæ pecuniæ opponi poſt biennium, debitore ſuſcipiente onus probandi? Neq; à debitore per chirographum obligato poteſt. *pr.h.t.Inſt.l.10.l.14.pr.§.3.& 4.C.de non num.pec.* Neque à debitore verbis obligato poteſt. *d.l.4.D.de fid.inſtrum.* Deinde eadem ratio in utroque debitore militat, ut ſcilicet puniatur negligen-

tia,

tia, qua neglexerunt condicere, quod indebite promiserant. Diss. vide apud *Fachin.d.c.* 85.& *lib.*2.*c.*81. *Ant.Fab.ad tit.Cod.de non num.pec.def.*1. *Harpr. ad pr.Inst.h.t.n.*12.& 34.*Tim.Fab.* disting.*disp.*23.*thes.* 13. Moribus quid servetur circa hanc exceptionem, videre licet apud *Rebuff.ad const.reg.de chirog.art.*2. *Christ. vol.*3.*decis.*37.*Ant.Fab.Cod.suo d. t. def.*1.& *ult. Grot.Introd.*3.*c.*5.*Gudelin.*3. *de jure noviss.c.* 6. *Vinn.ad.h.t.Zyp.tit.de except.in Notit.jur.Belg.*Quid si quis renuntiaverit exceptioni de non numerat.pecun.?Vide *Joan. à Sande lib.*3.*tit.*2.*def.*1.*Deckher.lib.* 1. *diss.* 6.

XVI. Ex eodem capite punitur creditor,qui intra 30. dies apocham sive quietantiam suam nō repetiit, etiamsi onus prebandi in se recipere velit. *d.l.*14.§.2. *C.de non num.pecun.* Diss. vide apud *Harp.ad h.t. n.* 59. Usum vide apud *Auctores thes.*15.*allegatos.* Sed quid de debitore, qui condemnatus bis solvit creditori, & postea invenit quietantiam? Debitum solutum per condiction. sine causa repetere potest. *arg. l.si sponsus* 57.*D. de donat.int.vir.& uxor.* Ratio est, quia reperta quietantia, sententia ad non causam reducitur. *Bald.in l.*2.*D. de condict.sine caus.* Diss. vide apud *Jason.in l.*35.*D.de re jud.Paul.de Castro consil.* 257.*part.*2.*n.*3.& *seq.Berlich.dec.*62.*Fach.*1.*c.*51.& *lib.* 10. *c.*83.

# DISPUTATIO JURIDICA
## DECIMA-OCTAVA
## *DE EMTIONE ET VENDITIONE.*
### Ad Titul. 23. & 24. Lib. 3. Inſtit.
### *Reſp.* EVERARDO de WEEDE *Ultraject.*

I. AD *tit.* 23. quæritur, an hodie omnes contractus ſint bonæ fidei. Aff: quia omnes actiones ſunt bonæ fidei, ut probavi ad §. 28. *Inſt. de act.* Vide *Tulden. ad h.t.*

Ad *rubr. tit.* 24. quæritur, an emptionis & venditionis vocabulo Veteres promiſcue uſi ſint? Aff: *l.* 19. *D. de act. empt.* Unde ſæpe emere pro vendere, & vice verſa ponitur. *l. unic. C. ſi ſerv. ext. ſe emi mand. l.* 34. *D. de cont. empt. & paßim.* Diſſ. *Cujac.* 9. *obſ.* 15. Præterea venditionis verbum interdum ex paritate rationis omnem alienationem, omnemque contractum deſignat. *l.* 29. §. 1. *D. de ſtat. lib. l.* 8. §. 11. *D. quib. mod. pign.* Diſſ. *DD. Alii aliter*, ut videre eſt apud *Treutl. diſp.* 28. *vol.* 1. *th.* 1. *lit. b.* Cæterum hic proprie ſignificat cõtractum juris gentium nominatum, ſolo conſenſu initum, bonæ fidei, de merce emptori tradenda certo pretio nummario conſtituto. *l.* 7. *pr. &* §. 1. *D. de pact. l.* 2. *D. de O. & A. l.* 8. *pr. D. de cont. empt. l.* 2. §. 1. *D. eod.* junct. *l.* 7. §. *ult. D. ibid. &* §. 1. *&* 2. *Inſt. h. t.* Diſſ. *DD. Varii varie*, ut videre eſt apud *Treutl. d. diſp. theſ.* 1. *Harp. ad tit.* 23. *Inſt. n.* 12. *& ad pr. tit.* 24. *Lib.* 3. *n.* 6. *& ſeqq.*

II. Ad *pr.* quæritur, quoniam conſenſu conſtat emptio & venditio, an valeat inter Medicum & ægrotum contracta; an vero officio judicis reſcindi debeat? Aff: prius, niſi lex vel conſuetudo prohibeat. *arg. l.* 3. *D. de*

*D.de extraord.cogn.* & *l.9.C.de profess.* & *medic.* Sed rectius sub pœna pecuniaria, non vero nullitatis. *DD.aliter*, quos vide apud *Matth.de Afflict. decis.* 123. & *ibi adnotat.Fachin.* 2.*c.*25.*Harp.ad d.pr.n.*12. & *seqq.* Sed quid, si erratum in nomine tantum, aut qualitate rei? Valet emptio, si in parte materiæ error sit, secus si in totius materiæ qualitate. *l.* 9. §. 1. & *l.* 14.*D. de cont.empt.* ita tamen, ut venditor ad interesse teneatur. *l.si sterilis* 21.§.2. *D.de act. empt.* Dist. *Cujac.* 2.*observ.*5.*Connan.*7.*Comm.*6. & *Plures Alii*, quos vide apud *Pet.Fab.in l.* 67.*de R.J.* quorum sententia in rei veritate, & juxta simplex jus gent. verior est, & in Gallia servatur. *Autumn. in Cens. Gall.ad d. l.* 21. Quid, si in accessionibus mercis erratum sit? Ipsa venditio subsistit, & ea res emptori debetur, de qua sensit venditor. *l. si in empt.*34.*D. de cont.empt.* Est enim hic, quod sibi imputet emptor, cur legem contractui non dixerit apertiorem, ut in *l.*7.§.1.*l.*72. *l.*80.§.1.*D.eod.* Dist. *Cujac.lib.*1.*obs.*10.*lib.*9. *obs.*37. *lib.*23.*c.*31.& *in l.*83.*D.de V.O.* & *Alii plures*, quos vide apud *Hænon.disp.*16.*quæst.*4.

III. Sed quum diximus, emptionem contractum esse bonæ fid. *d.l.*2.§.*ult.de O.*& *A.* sequiturne, eam ipso jure nullam esse, si dolus eidem causam dederit? Aff: *l.*7.*pr.D.de dol.mal.* Ratio est in *l.*3.§.*ult. D. pro soc.* Adde *Neost.dec.*5.*sup.Senat.* Dolus vero incidens purgatur, vel actione ex principali contractu, vel exceptione doli. *d.l.*7.§.3 *l.*9.*pr.eod.*& *l.*11.§.5.*D.de act. empt.* junct. *l.*2.*D.de dol.mal.except.* Dist. *Ultram.Bellapert. Raven.Joan.Fab.* quos sequitur *Coras.* 2.*misc.* 8.& 9.*Wesenb.parat.de dol.Rob.*1.*animadv.c.*1.2.3.4. Moribus vix nullitates in usu sunt, sed quoties quis factum suum irritum fieri vult, à Curia restitut. in integrum petere solet. *Zyp.tit.de in integ.rest.in Not. jur.Belg.Christ.ad ll.Mechlin.tit.*19.*art.*21.

IV. Ad *d.pr.* & *§.1.* de merce tradenda gravis quæstio est, & herba parietaria Dd. an eam venditor præcise teneatur tradere, an vero liberetur solvendo interesse, quanquam facultatem tradendi habeat? Nostro judicio insignem injuriam faciunt Veteribus JCtis, qui posterius affirmant, quasi cordatissimi illi juris Antistites venditori permisissent, ut fidem datam fallere posset, præsertim in conventione ultro citroque obligante, & contra *l.1.pr.D.de const.pecun.* Dixerim itaque, nunquam controversum fuisse apud Antiquos, num venditor ipsam rem venditam, quæ exstat, tradere teneatur; sed an emptor, si venditor tradere nolit, agere possit ad interesse; an vero præcise debeat contendere ad ipsam rem venditã tradendam. Placuit autẽ, ut venditor ad interesse conveniri possit, vel propter contumaciam suam, vel quia culpa ejus res interiit. *l.ex empt.11.§.2.l.30.§.ult.D.act.ẽpt.* *§.1.Inst.h.t.§.2.Inst.de donat.* junct. *l.4.&10.C.de act.* *empt.l.1.pr.& d.l.11.§.9.D.eod.* Quæ sententia communis frequentiori praxi recepta est, teste *Vinn. ad pr.Inst.h.t.n.5.* Diss. vide apud *Fach.lib.2.c.30.Christ.* *decis.324.vol.1.Ant.Fabr.decad.85. error. 4. Treutl.* *d.disp.28.thes.2.lit.c.Hænon.disp.16.q.12.* Venditorem quoque necessario teneri ad vacuam possessionem tradendam, etsi se non adstrinxerit, verius est. *l.2.§.1.l.3.§.1.D.de act.empt.l.8.C.eod.Mynſ.cent.1.* *obs.53.* Diss. *Fabr.de mont.pr.q.6.n.66.Donell.4.com.* *l.30.ult.c19.Castr.in.d.l.2.Hæn.d.disp.q.13.* Sed non necesse habet venditor, ut rẽ emptoris faciat. *d.l.11.§.* *2.& de act.empt.* Diss. *Hotom.ad tit.D.de cont.empt.* *pr.Fab.de mont.q.pr.4.* Quomodo & quando vẽditor teneatur de evictione, vide apud *Caballin. de evict.* *§. 3. Trentacinq. var. resol.lib.3. resol. 4. de empt. &* *vendit.Gomez. tom. 2. var. resol. cap. 2. num. 33. &* *seqq.*

V.

V. Verum ad *d.pr.* & §.1. quæritur, an saltē cum dispendio arrharum à venditione resilire liceat? Nos distinguimus, ut ab imperfecta liceat. *l.contractus.*17. *D.de fide instrum.* à perfecta non liceat. *arg. l.6.C. de rescind.vend.* Ratio est in *l.5.C.de O.* & *A.* Diss. *Dd. com.*teste *Soarez. in thesaur. recep. sent.in verb. arrhas.n.*274. Sed quid de interesse, si à perfecta venditione resiliat emptor vel venditor? Etiam in id præter mulctam arrharum actio datur. *d.l.* 1. *D. de act. empt.*&*l.*4.*C.eod.* junct.*arg.l.pen.D.de transact.* &*c. l.*115.*in fin.de V.O.* Quum enim arrharum datio, & emptio venditio distincti sint contractus.*leg.* 3. *C. de Spons.*& *arrh.* quid mirum, si producant diversos effectus. *arg.l. ult.D. de calumn.*? Diss. vide apud *Harpr. ad pr.h.t.n.*91. *Hænon. disp.* 16. *quæst.*6. *Fachin.* 2 *cap.*28. ubi in fine testatur, sententiam suam, quæ statuit, arrhas tantum amitti, vel duplicatas restitui, Moribus receptam esse. Qui mores profecto juri Divino adversantur. *Rom.*1. *v.* 31. Nisi dicamus, venditiones hodie datis arrhis celebratas solummodo sub conditione contrahi, ut si emptor non steterit conventioni, arrham datam amittat, venditor duplum reddat. Vide etiam *Sichard ad.l.*17.*C.de fide instrum.* Sed quid de venditione contracta, de qua statim convenit, ut redigantur in scripturam? In ea ante instrumentum confectum pœnitentiæ locus non est, quia contrahentes scripturam duntaxat ad rei memoriam requisivisse videntur. *arg. l.* 4. *de pign.* & *hyp.* Secus est, si ab initio vel in ipso actu contrahendi hoc actum est, ut in scriptis fieret. *d.l.contract.*17. *C.de fid.instrum.* quæ sententia rebus judicatis confirmatur. *Anton.Fab.C.suo de testib.d.* & 33.*fide instrum.def.*23. Diss.*Salicet.in d.leg.*17.& *plures Alii*, quos vide apud *Tessaur. decis.* 197. & *Fachin.* 2.*cap.* 97.

VI.

VI. Ad §.2. quæritur, an pretium rei in uno nummo consistere queat? Neg: *l. pretia rer.* 63. *pr. D. ad l. Falc.* unde etiam pretio nummus opponitur in *l.* 10. *in fin. D. de adq poss.* Diss. *Cont.* 1. *disp.* 16. *Treutl. d. disp.* 28. *th. ult. lit. b.* Quin tamen conventio valeat instar donationis, si illa acta fuit, nemo dubitet. *l.* 36. & 38. *D. de cont. empt. l.* 3. & 9. *C. eod* licet res necdum tradita sit. *l.* 35. *C. de donat.* modo nihil tentatum in fraudem legis. *d. l.* 38. Diss. *Dd. Alii aliter.* Sed quid, si res vendita est pro justo pretio? Valet venditio, quando pretium vel communi consensu populi, vel auctoritate Magistratus definitū est, aut à tribus peritis æstimatoribus definiri potest. *arg. l.* 1. *pr. D. de insp. vent.* quia his casibus pretium certum est, atque adeo emptio valida. *d.* §. 1. *h. t.* junct. *l.* 12. *D. de reb. dub. Dd. aliter,* quos vide apud *Fachin.* 2. *c.* 1. *Gomes.* 2. *resol.* 2. *Hænon. d. disp.* 16. *q.* 9. 10. Pretium quoque certum constitutum intelligitur, cum emptor emerit eo pretio, quod in arca habet. *l.* 7. §. 1. *D. cont. empt.* Diss. vide apud *Fachin. d. loc.* An & quomodo instrumentum venditionis, in quo nulla quantitas expressa est; vel testes, qui de certo pretio non testificantur, probent, vide apud *Gail.* 2. *obs.* 13. *Fachin.* 2. *c.* 13.

VII. Definitionem vero pretii arbitro commissam ad arbitrium boni viri redigi posse in casu manifestæ iniquitatis, consentiens est fere omnium *Dd.* opinio, sed invita. *l. ult. C. de cont. empt.* & §. 1. *Inst. h. t.* Ubi Justin. jus novum constituens arbitrio omnino standum esse voluit. Quod Moribus servandum puto in omni genere arbitriorum, quum unusquisque suæ conventioni adquiescere debeat. *Proverb. c.* 6. *Matth. c.* 5. nisi dolus probetur, aut magnis conjecturis præsumatur. *l.* 1. §. 1. *D. de dol. mal.* Vide *disp. nost. ad tit. D. de recept. qui arbitr.* Quid ergo, si in pretio emptor vel venditor ultra dimidium deceptus sit?

No-

Nostro casu sciens prudensq;favori pro se introducto renunciasse intelligitur, juxta *l.pen C.de pact.* Sed si absque atbitrio tertii venditor vel emptor contraxit, & ultra dimidium justi pretii læsus sit, competit beneficium. *l.2.C.de rescind. vend.* Quæ lex propter eandem humanitatis rationem locum habet in omnibus bonæ fid. contractibus. *l.12. & 13. D. de ll. &* SCtis. Vide *Christ.decis.* 144.& 164.*vol.1.& Joan. à Sande.lib.3.tit. 4. def* 11. *& seqq.* Moribus, quibus omnes contractus & actiones bonæ fidei sunt, etiam *d.l.2.* in transactione obtinet, aut saltem obtinere debet. Quinimo infra dimidium circumventus in integr. restituendus est, qua de re egimus.*disp.1. thes. 5.* Diss.*Dd.varie*,quos vide apud *Fachin.lib. 2.c.16.q 7. Papon.lib.16 tit.3. arrest.6.* Quid si emptor in re vendita thesaurum invenerit? Jure civili fit emptoris. *l.A.tutore 67.D. de R.V.* Sed Moribus rectius Principi adjudicatur.*Christ.vol.5 dec. 6.& Cens.nost. ad §.39.Inst.de rer.divis. & adq. rer.* Diss. vide apud *Fachin.2.c.20.*

VIII. Ad *d.§.2.* quum in venditione reditus annui facile expediri possit, quæ rei venisse, quæ pretii nomine data videatur,quid sollicitiInterpretes,an juste valeat.*Matth.7.v.12.§.2.Inst.h.t.l.8.D.eod.* junct. *arg.l.8.§.ult.D.de per.& commod.rei vend.Nov.72.c. pen.&Nov.160.c.1.c.regim.extr.de empt. & vend.?* Quæ sententia passim usu servatur. *Gail. 2. obs. 7.& seqq.Gudelin.de jure noviss.lib.3. c.3. Zyp. notit. jur. Belg.t.de empt.& vend.§.de reditib. & eor. luit* Diss. vide apud *Gail.d.loc.Fachin.2.c.43.&44.& lib.8.c.2. Harpr.ad §.5.h.t.n.39.*

IX. Res pro alterius pecunia empta emtoris est.*l. 6.C.de R.V.* excepta pecunia militis proprie sic dicti. *l.8.C.eod.* Item pupilli & minoris, *l. 2. D. quando ex fact.tut.* Diss.*Ant.Fab.lib.5.conject.c.9.Sichard.in d.*

*l.8.*

*l.* 8. *Treutl. disputat.* 15. *volum.* 1. *thes.* 5. *lit. d.*

X. Ad §. 3. quæritur, an periculum rei venditæ ad emptorem pertineat, simul ac de pretio convenit etiamsi res vendita nondum sit tradita? Aff: *d.* §. 3. *h. t. l.* 7. *l.* 8. *l.* 11. *pr. D. de peric. & com. rei vend. l.* 2. *& ult. C. eod.* Ratio decidendi est in *l.* 10. *D. de R. J.* repetita in *d.* §. 3. vel potius, quia res vendita est, atque adeo venditor desiit esse dominus. Vide *Grot. de jure bell. & pac. lib.* 2. *c.* 12. §. 15. Diss. *Cujac. in l.* 33. *D. locat. & in Tract. ad African.* 8. *Bocer. in l.* 23. *de R. J. cap.* 4. *n.* 7. *Borcholt. ad d.* §. 3. *Vultej. ad pr. h. t. n.* 71. Moribus sententia nostra in rebus mobilibus servatur, sed in rebus soli contraria, propter constitutionem Caroli V. anno 1529. edit. ubi venditio nulla dicitur, quæ non est facta coram Lege loci. Vide *Neostad. decis.* 32. *Sand. tractat de Effestucat. Vinn. ad h.* §. *n.* Sed cur pacta non servantur, & malo in *d. constit.* expresso occurritur mulcta pecuniaria? *Nehem.* 19. 8. *Rom.* 1. *v.* 31. *& Deut. cap.* 19. *v.* 15. *Matth.* 18 *v.* 16. Vide *Cens. nostr. ad h.* §.

XI. Qui promisit, se vendere aut venditurum esse, nõ intelligitur periculum rei venditæ aut dominium in emptorem transtulisse, licet rem tradiderit pretio accepto; quia illa venditio tantum pactum de vendendo continet, ut in *l.* 21. §. 5. *D. de act. empt.* Rei autem traditio ac solutio pretii duntaxat in securitatem emptoris, & per provisionem (quod ajunt) facta intelligitur ne interim alteri venditor venderet. Facit *l. veteribus.* 39. *D. de pact. l.* 19. *pr. D. de reb. credit. Jason. in l.* 6. *D. sol. mat. & cons.* 117. *lib.* 1. Diss. *Dd. comm.* teste *Fachin. lib.* 2. *cap.* 5. *Harpr. ad* §. 2. *h. t. n. & seqq.*

XII. Actus agentium non oportere extra illorum intentionem extendi, communis & vera regula est in *l. non omnis* 19. *pr. D. de reb. credit.* Qua itaque ratione jus accrescendi, vel potius commodum ejus in em-

emptorem hereditatis translatum dicitur, de quo minime cogitatum fuit? Hinc ipse JCtus. Ulpianus in *l.2.§.1.D.de hered.vel act.vend.* ait, in venditione hereditatis plerumque hoc agi, ut quod ex hereditate pervenit in id tempus, quo venditio fit, id videatur venisse. Utique contractus strictiori modo interpretandi. *arg.l.39. D. de pact.* ultimæ voluntates benignius & plenius. *l.12.D.de R.J.* in quibus ob verisimilem voluntatem testatoris jus accrescendi locum sibi vindicat. *l.un.§.10.Cod.de caduc.toll. & l.7.de R.J.* Deinde violaretur analogia & proportio (quæ esse debet inter rē & pretium rei) contra *l. 63.ad l.Falc* Diss. *Bart. in l.89. de leg. 3. Duar.lib.2.de jure accresc.c.6. Rob.3.anim.12.Arum.exerc.14. th. 7. Anth. Matth. disp.Pandect.24.Harpr.ad §.5.h.n.23.& Alii plures.*

XIII. Ad §.4. quæritur, an ut ex contractu actio nascitur personalis. *§.1.Inst.de act.* ita nascatur ex pacto de retrovendendo? Aff: quia in conitnenti adjectum pars est principalis contractus. *l. 7. §. 5. D. de pact.* Adde *l.2.C. de pact. int.empt. & vendit. & l.6. C.de rer.perm. & l.qui fundum 75.D. de cont. empt.* atque ita in Camera Imperii servari, testantur. *Mynf. cent.6.obs.69. & Gail. 2.obs.* 16. Diss. vide apud *Fachin.lib.2.c.15.* quos sequitur Gallia, teste *Argent.ad consuet.Brit.art.266.c.9.* At quæritur, an isti actioni præscribatur 30. annis? Nos negantium partibus accedimus. *arg.l.2.D.de via publ.& arg.l.7.§.4.Cod.de præsc.30.ann.* Sane ubi non est negligentia, ibi non procedit præscriptio, & satis expressim ita convenit, ut quandocunque idem pretium offerretur, res vendita restitueretur. *d.l.2.C.de pact.int.empt.* junct. *l.1. D.de constit.pecun.Mynf.cent.1. obs.16. & 6.obs.70. Gail.2.obs.2. &* 18. Diss. vide apud *Fachin. d.lib.2. c.* 13. quos sequitur *Wesenbec. ad tit. de rescind. vend. Bronch.centur.2.ass.62.* Quod emptor non teneatur

fru-

fructus computare in sortem, Moribus certum est, teste *Bus. ad l.2. & 3. de in diem addict.* Quæstionis itidem est, an hæc actio extraneo cedi queat? Quod nos affirmamus, si in genere pactus est venditor; negamus vero, si sibi & heredibus prospicere voluit; quo casu de se conqueratur, quod non pactus sit apertius. *d.l.39.D.de pact. Dd.aliter*, quos vide apud *Fach.d.lib.2.c.11.* An unus ex duobus venditoribus, qui cum pacto redimendi vendiderunt, possit redimere, si totum pretium offerat, vide apud *Fachin. 2. c.2.* Moribus multorum locorum receptum est contra *l.22. & seqq.C. mandat.* ut emptor actionis ultra quantitatem soluti pretii ad integrum debitum agere possit, quos probo *arg.l.21.C.mand.* modo venditio non sit facta ex malitia. Vide *Ant.Fab.ad d.tit.C. def.9.Zyp.notit.jur.Belg.tit.de hered. vel act. vend. in fin.* Plures quæstiones cum sententiis Pragmaticorum vide apud *Ant.Fabr. de error.pragmat.decad. 22. & seqq.*

XIV. Jure Romano prædia avita indistincte vendere licet. *l.dudum 14.C.de cont.empt.* Sed Consuetudine generali introductum est, ut prius proximis agnatis offerantur, aut venditio rescindi potest jure προτιμήσεως sive retractus, vulgo **naestinge.** Ratio consuetudinis; quia lugubre est, paternas domos & antiqua majorum prædia in alienas manus devenire. *arg.l.22.vers.nec vero C.de adm.tut.& l.35.D.de minor.* Præterea jure sanguinis hoc cognatus cognato debet, ut, quum ejus nihil intersit, à quo pretium accipiat, prærogativam concedat proximo. *Levit.25. v.25.Ruth.c.4.v.4.Jer.32.v.7 & 8.c. constitutus. ext. de in integ. rest.lib.2.feud.tit.3.c.1.§.si Titius.* Vide *Berlich.conclus.pract.part.2.conclus.39.n.11.& seqq. Gail.2.obs.19.Zyp.notit.jur.Belg.tit.de empt.& vend. §.de retract.Christ.ad ll.Mechlin.tit.11.art.4.Treutl. d.disp.*

*ad disp.28.thes.5.lit. d.* Sed quid si istiusmodi prædium in solutum datum sit? Si solutio spontanea fuit, idem dicendum est. *arg.l.eleganter 24.D. de pignor. act.& l.4.C.de evict.* si vero necessaria & à judice imposita est, secus statuendum, propter rationes jam allegatas. Adde quod alienatio prohibita regulariter intelligatur voluntaria, non necessaria. *arg. l. 5.D. de petit.hered.& l.13.D.fam.ercis.*Diss.vide apud*Harp. ad §.ult.h.t.n.282. & seqq.Bronch.cent.1. miscell. ass.* 68.Quid si donatum sit? Retractui nullo modo locus erit.*arg.l.1.C.de fund.patrim & l.ult.C.de jur.ēph.*Ratio diversitatis evidenter ex dictis constat. Diss. *Coras.lib.3.miscell.jur.civil.c.3.n.4.* Plures quæstiones cum usu vide apud *Argentr.ad tit.15.consuet.Britan. Chassan.ad consuet.Burg.Rub.10.Franc. Grimand.de retract.gent.Papon.lib.11.tit.7. arrest. Joan. à Sande Lib.3.titul.5.definit.1. & seqq. Jacob. Coren observat. 32.*

XV. Emptor post rem venditam acceptam in mora solvendi pretii existens, usuras velut interesse præstare debet, quamvis nullos ex merce vendita fructus perceperit.*l.cum quidam 17.§.3.in fin.& l.32. §.de usur. l.2.C.eod.& l.13.§.20.D.de act.empt.* Diss. vide apud *Fachin.2.c.32.Harpr.ad§.ult.h.t. n. 326.* Sed quid, si venditor rem non tradidit liberam; aut fidejussores, quos evictionis causa promisit, non dedit? Nihilominus emptor usuras solvere debet.*dd.ll.*junct *l.Julian.13.§.19.& 20.de act.emp.*Diss.vide apud *Fachin. d.lib.2.c.32.q. 2.Harpr.ad d.§ ult.n.329.* Plures quæstones cum usu ad hanc materiam pertinentes vide apud *Christin.decis.53.& seqq.plur.vol.3.Ant. Fabr.ad lib.4.Cod.tit.28.& seqq.*

# DISPUTATIO JURIDICA
## DECIMA-NONA
## *DE LOCATIONE ET EMPHITEVSI.*
### Ad Titul. 25. Inſtit. Lib. 3.

*Reſp.* CORNELIO van HEEMSKERCK *Ultraject.*

I. AD *pr.tit.*25. quæritur, quomodo definienda ſit locatio conductio? Eſt contractus jurisgentium nominatus bonæ fidei ſolo conſenſu initus de rei alicujus uſu vel opera hominis præſtanda pro mercede certa confeſtim definita. *l.* 5.*D. de juſt. & jur.l.*7.*§.*1.*D. de pact.* §. 28. *Inſtitut. de act.pr.Inſt.h.t.l.*15.*§.*1.*D.eod.§.*4.*h.t.l.*2.*pr.D.eod. Alii aliter.*

II. Sed quomodo ſubdividitur locatio rei immobilis? Duplex eſt, expreſſa vel tacita. *l.*13.*§. fin. & l.* 14.*pr. de locat.* Niſi in ſcriptis certum tempus conductioni præſcriptum ſit. *d.l.*13.*in fin.* Unde emphyteuſis ad tempus conſtituta tacite renovata dici nequit. *l.*1.*C.de jure emphyt.* junct.*d.l.*13.*in fin.* Diſſ. vide apud *Fachin.lib.*1.*c.*84. Apud multas gentes locatio agrorum non procedit abſque interventu inſtrumenti, vulgo **huerſcedulle** ex Conſtitut. Caroli V. promulgati anno 1515. Quæ quidem conſuetudo juſte (ob multas rationes in eadem expreſſas) ſcripturam deſiderat, & neglectum ejus recte punit, ſed male nullum declarando ipſum contractum locati, quia pacta quæ non ſunt contra bonos mores vel conſcientiam, cuſtodienda ſunt. *Nehem.c.*9.*v.*8. *Rom.*1. *v.*13. & in ore duorum vel trium omne verbum conſiſtit. *Deut.*19.*v,*15.*Matth.*18.*v.*16. Vide *Grot.Introd. h.t.Vinn.ad pr.h.t.n.*3. ubi etiam de abrogatione *l.*

43.

34.*C.h.t.Zyp.in notit.jur. Belg. tit. de pæn. Christin. vol.3.decis.109.n.2.* Quare illa quæstio, an censeatur tempus redimendi prorogatum, si finito tempore locationis conductor in conductione manserit, Moribus nullum usum habet, nisi in locis, ubi scriptura non requiritur; quo casu tempus locationis minime prolongatum intelligitur.*arg.l.eum qui.56.§.4.D.de V.O.*Diss.vide apud *Fachin.1.c.83.*

III. Ad *d.pr.* quæritur, an in longum & perpetuum tempus locatio contrahi possit? Aff: ex *l.10.C. h.t.l.32.D.eod.* Sed inde tacitam emphyteusin, aut utile dominium in conductorem translatum præsumi, nusquam traditum est. Adde *dd. ll.& arg.l. 19. pr.D.de reb. cred.* Ut & versa vice emphytensin ad tempus constitutam degenerari in locat. & conduct. Adde *l.3.D.si ag.vectig.Pinel.part.3.l.1. C. de bon. mat.n.66.Connan.2.comm.12.n.2.* Diss. *DD. comm.* teste *Bronch.cent.2.ass.67.* Hinc locatio feudi etiam ad longum tempus sine consensu domini licite facta. *c.un.§.donare. qualit.olim.pot.feud.* nequaquam speciem alienationis vel emphyteuseos continet.*l.39.D. locat. Bus.ad l.44.D.eod.* Atque ita Moribus servari, testis est idem *Bus.ad d.l.* Diss.*DD côm.* teste *Treutl. disput. h.t.thes.2.lit.f.* Sed quid,si homo liber operas suas in perpetuum locaverit? Valet locatio. *d. l. 10.C.h.t.* Verum ad ipsas operas præstandas non tenetur. *l.13.§.ult.D.de re Jud.Bus.ad l.3. de stat. hom.* Moribus tamen dixerim teneri. Vide *disp. nost. 16. thes.9.* Diss. vide apud *Schneid.ad tit. Instit. de jure person.Harpr.ad pr.Inst.h.t.n.37.*

IV. Ad *d.pr.* quæritur, an merces in locatione consistere debeat in pecunia numerata? Disting: merces in locatione faciendi consistere debet in pecunia numerata. *l.1. §. 9.D. depos. l. 5. §. 2. D. præscript. verb.* Idem dicendum in locationibus fru-

Hhh endi,

endi, quando prædium urbanum conductum est *l.* 2. *d. loc.* Secus est, si prædium rusticum locatum est; quia tunc merces in alia qualibet re fungibili consistere potest, nec tamen locatio in aliam speciem contractus transibit. *l.* 19. §. 3. *l.* 35. *in fin. D. locat. l.* 8. & 21. *C. eod.* Ratio videtur, quia ex fundo fructus nascuntur, qui cum pecunia symbolisant. Vide *Gregor. Lopez. lib.* 10. *anim.* 15. *Bus. ad d. l.* 2. *D. h. t. Grot. de locat. & conduct.* Diss. *DD. varie*, ut videre licet apud *Fach.* 1. *c.* 82. *Harpr. ad* §. 2. *h. t. n.* 3. *Hænon. disp.* 16. *q.* 17. *Christin. vol.* 3. *decis.* 109. Quid si nulla merces expressa sit? locatio contracta non est, *d. pr.* §. 1. & 2. *instit. h. t.* & *l.* 2. *l.* 25. *D. eod. l.* 22. *de præsc. verb.* Diss. vide apud *Treutl. d. disp. thes.* 1. *lit. f.* Sed si non est locatio, saltem est conventio, quæ servanda est. Nos hodie de nominibus actionum non magnopere solliciti sumus.

V. Quæritur autem, num prædii conductor, qui ad plures annos conduxit, & unius anni mercedem non solvit, expelli possit? Nos biennium hic præfixum fuisse, arbitramur. *l. quæro.* 54. §. 1. & *l.* 56. *D. h. t. Auth. qui rem hujusmodi. C. de SS. Eccles.* Diss. *Coras. ad l.* 2. *C. de jur. emphyt. Harpr. ad d. pr. Inst. h. t. n.* 71. & *seq. Bronch. cent.* 1. *misc. ass.* 73. quorum sententia vera est, & in multis locis usu recepta, si cõductor nec pensionem unius anni, nec fidejussores aut pignora sequentium annorum gratia præstitit. Quo facit. *c.* 22. *Matth. v.* 41. *Baro ad h. t. Inst.* Cæterum propria auctoritate dominus Conductorem expellere nequit. *d. l.* 56. ne quidem emphyteutam, qui intra binnnium aut triennium non solvens canonem ipso Jure emphyteusi privatus intelligitur. *l.* 2. *C. de jure emphyt* junct. *l. non est singulis.* 176. *R. J. Mynſ. cent.* 3. *obs.* 65. *Jacob. Coren. obs.* 5. & 22. Diss. *DD. varie*, ut videre est apud *Fach.* 1. *c.* 63. & 95. *Tiraquell. ad. leg.* 8. *Cod. de revoc. donat.*

*Bronch.cent.*1.*aß.*82. Mores Galliæ vide apud *Thol. Syntagm.lib.*27.*c.* 1.*n.* 6.*Dec.Neapolit.* apud *Matth. de Afflict.decis.*97.*Imbert.Enchirid.lit. c.*

VI. At quid, si post cessationem biennii aut triennii dominus canonem pœnam adjectam acceperit sine protestatione? Juri expellendi renunciasse videtur. *arg.l.pen.D.de lege commiß.l.*23.*vers.sin autem.D.de recept.qui arbit l.ult. in fin. D. de eo quod cert.* junct.*l. pen.D.de pœn.Ant.Fab.in C.h.t.def.* 16. *Guid.Pap.quæst.* 171.*Grot.*2. *Introd.* 40. Diss. vide apud *Fachin.*10.*c.*99.& *lib.*13.*cap.*77.*Bronch.cent.* 1. *aß.*83. Sed potestne dominus pœnam & canonem simul exigere? Non potest. *arg.l.*12.§.2.*D. de pact. dotal.l.*115.*in fin.D.de V.O.Diß.Balduin.in* §.3.*Inst. h.t.* Moram tamen celeri satis factione purgari posse, ad exemplum *c.ult.ext. de locat.* Moribus Hollandiæ receptum, testatur *Grot. d. loc.* Verum rectius *DD.comm.* negant.*d.l.*23.& *l.*23.*D.de O.A.*& *l.*113. *pr.D.de V.O.* Atque ita judicatum, refert *Afflict.decis.*174.*Christin.vol.* 1.*dis.*157. Diss. vide apud *Fachin.*1.*c.*98. quos sequuntur *Myns.*& *Schneid.ad d.* §. 3.*Inst.h.t.* Vide quoque *Jacob. Coren Obs.*5.& 22. In Gallia ne quidem mora amittitur emphyteusis, nisi in traditione aliter convenerit. *Tholosan.lib.* 28. *cap.* 1. *num.* 6. Sed quid, si dominus aliquid quidem per triennium, non tamen totum canonem acceperit? Potest nihilominus emphyteutam privare emphyteusi.*d.l.*2.*C. de jure emphyt.* junct. *arg.l.* 85. §. 6. *D. de V. O.* Quid denique, si unus ex heredibus, inter quos emphyteuticus ager divisus est, non solverit? Totus ager amittitur. *d. l.* 2. & *arg.l.*5.§.*ult. de V. O.*& *l.* 85. §. *pen. D. eod. l.* 12.§. 11. *D. famil. ercisc.* Vide *Christin.dec.*107. *vol.*1. Diss.*Coras.in d. l.* 2.*n.*11.*Myns.cent.*3. *Obs.*66.*Fach.*1.*c.* 97. Quorum sententia juri Canon. convenientior est. *arg. c. suam.*

*ext.de pœn.* & Moribus, quod illi æquitatem potius, quam rigidum jus attendant.

VII. Ad §.3. quær. quid sit emph.? Est contractus nominatus, jure gentium introductus, bonæ fidei, quo prædium in perpetuum vel longum tempus datur utendum fruendum ea lege, ut colatur meliusque reddatur, nec liceat conductori successorive ejus id prædium auferre, quamdiu pensio annua domino solvitur. *l.1. & 2.C.de jure emphyt.* junct. *l. 19. de V.S. & l.15.§.26.D.de damn.infect.§.3. Instit.h.t. & l.1.§.1.D.si ager vectig.* junct. *§.28.Inst.de Act.l.1.pr. & l.ult.D.si ag.vectig.pet.* Diss. *DD. Varie.* Vide *disp.14. Pandect. Ant.Matth.Treult.disp.26.Thes.9.* Ubi quoque de usu hodierno circa censualem contractum & emphyteuticum loquitur.

VIII. Emphyteusin contractum esse, qui scripturam desiderat, aperte evincit *l. 1. C. de jure emphyt.* Quin tamē, amissa scriptura, probari possit per testes, nulli dubium videri debet. *arg.l.1.5. & 11.C. de fide instr. & l.4.D.eod.* Sed quid, si sine scriptura initus sit? Non valet, quia Zeno scripturam requirit, facilioris probationis & litium excludendarum causa. *d.l.1* junct. *nov.78.c.3.* quod tamē contra jus Divinum determinatum videtur. *dd.loc.SS.Script.in thesi 2.alleg.* & cōtra communem consuetudinem, testibus *Mant. decis.57.n.3. Bart.Ang.in d.l.1. Socin.cons.169. n. 12. Roland. à Vall.cons.87.n.11. Christin. vol.3.decis. 119. n.5. Grot.2.introd.40.* Dissl. *DD.Varie.* Vide *Connan. lib.7.c.12. Harpr.ad §.3.h.t. num. 57. & seqq. Ant. Matth.d.disp.14.* Adquiritur autem traditione, non solo contractu seu consensu. *d.§.3.* junct. *l. 20. C. de pact.* Dissl. *Multi.* quorum sententia Moribus respondet, quibus sola voluntas sufficit ad dominium transferendum. Vide *cens.nostr.ad §.40.de rer. divis. & §.3.de empt.* Porro adquiritur emphyteusis præ-

scrip-

criptione longi temp. *arg.l.un.C.de usucap.transf.l.* 10.*D.si serv.vind.l.2.C.de serv.l.ult.in fin.D. de præscript.long temp.* Diss. *Bartol.in l.6.D. de præscript.* 10.*ann.Bronch.cent.*1 *ass.*81.Quid Moribus servetur, dixi in *disput.de usucap.* Sed adquiritne emphyteuta directum dominium & liberationem à solutione canonis in futurum præstandi, si per 30. vel 40. annos pensionem annuam non solvit? Nequaquam. *arg.l.2.& l.7.§.9.C.de præscrip.30.vel.* 40.*ann.*quod maxime procedit de jure Canonico, quo bona fides requiritur, etiam in præscriptione immemoriali. *c. ult.ext.de præscrip.* Diss. vide apud *Fachin.* 8. *c.* 99. *Torbul.de jure emphyt.c.*15.*limit.*31.

IX. Constituitur vero emphyt.in agro tam fertili, quam sterili. *l.*1.*C. de jure emph.*quod Consuetudine confirmatur. *Harpr.ad d.§.*3 *n.*139. Sed in ædibus non constituitur, nisi improprie & ex consequentia. *tot.tit.D.si ag.vectig.& tot.tit.C.de jure emphyt.l.*15. *l.*26.*D.de damno.infect.& nov.*120. *c.* 1. *§.* 2. Adde, quod forma emphyteuseos, in insitione & melioratione consistat, quæ in prædium urbanum vix cadit. Diss. *DD.comm.* Quid juris emphyteuta hodie in agro vectigali consequatur, vide apud *Bus. ad.l.*1.*§.* 1.*D.si ag. vectig.pet.*

X. Illud etiam circa definitionem emphyteuseos notandũ,quod cum fundus in emphyteusin datur ea conditione, ut colatur & melioretur, meliorationes, finita emphyteusi,quæ ad certum tempus vel certam generationem concessa est, ad ipsum dominum pertineant, non vero ad descendentes emphyteutæ. *d. §.*3.*Inst.& l.*2.*&* 3.*C.de jure emphyt. l.*55.*§.* 1. *l.pen. ff.D.locat. & Auth.si quas ruinas. C. de SS. Eccles.* Diss.*Jas.in d.l.*2.*n.*27.*Clar.lib.*4.*§. emphyteut. quæst.* 15.*Bronch.de feud.c.*3.*n.*31.*& DD.comm.*teste*Harpr.ad d.§.*3.*n.*569.Distinguit *Molin.in consuetud.Pa-*

*ris.* §. 1. *gloss.* 5. *n.* 37. *Coras. in d. l.* 2. *num.* 20. An ergo dominus emphyteusin, quæ ad eum reversa est morte emphyteutæ & liberorum ejus, proximo cognato deferre non tenetur? Non tenetur; quia extincta generatione, res emphyteutica ad dominum rediit, qui de ea disponere potest, prout libet. *arg. l. in re mand.* 21. *C. mandat.* Adde *Nov.* 7. *c.* 3. §. 3. Diss. vide apud *Fachin.* 1. *c.* 100. *Harpr. ad d.* §. 3. *n.* 208. Sed quid de emphyteusi Titio & filiis ejus concessa? Filiabus quoque data videtur, nisi aliter constituentes sensisse, probatum sit. *l. qui duos.* 62. *D. de leg.* 3. *l.* 195. & 241. *D. de V. S.* junct. *l. non aliter.* 69. *D. de leg.* 3. Adde *Nov.* 7. *c.* 3. junct. *l.* 34. *de R. J.* Diss. *DD. comm.* teste *Fachin. lib.* 8. *c.* 97.

XI. Ad *d.* §. 3. quæritur, an inconsulto domino emphyteuta jus suum vendere queat? Negatur. *l. ult. C. de jure emphyt.* Ratio est in natura dominii, quæ quum emphyteutæ nihil intersit à quo pretium accipiat, dictam prærogativam domino tribuit. Unde hac ratione cessante in donatione, legato & permutatione, quid mirum, si statuamus emphuteutam invito domino jus suum donare, legare ac permutare posse? Adde *l.* 1. *C. de fund. patrim. l. si domus* 71. §. *ult. D. de leg.* 1. *Arum. exercit.* 14. *thes.* 14. Diss. vide apud *Fachin. lib.* 3. *c.* 97. *Bronch. cent.* 1. *ass.* 80. *Treult. d. disp.* 29. *thes.* 13. *lit. e.* Moribus Galliæ, Sebaudiæ, Hollandiæ emphyteuta, inscio domino, fundum emphyteuticum vendere potest, salvo tantum jure retractus domino intra annum & diem competente. *Treutl. d. disp. th.* 13. *lit. ead. Grot.* 2. *Introd.* 40. *Neost. dec.* 59. In quæstionibus, an divisio rei emphyteuticæ inter emphyteutas sine consensu domini fieri queat si nova sit emphyteusis, in qua juri accrescendi locus non est, & uni tota res per divisionem adjudicata est. Item, an plures emphyteutæ inter se rem emphyteuti-

ticam alienare possint irrequisito domino? Item an emphyteusi duobus concessa ea lege, ut uno mortuo portio ad alterum pertineret, si facta divisio est inter eos, & alter alteri renunciavit omne jus, quod sperabat in alterius portione, postea vero contigit alterum absque liberis mori, dominus an superstes admittatur ad portionem deficientis, recte sentire existimo *Fachin.l.*10.*c.*49.50. *&* 51. *sub* temperamento tamen *thes.nost.* Adde *Bus.ad leg.*7.*D.comm. divid.*

XII. Ad *d.*§.3. quæritur, an ob sterilitatem, inundationem, vel incursum hostium dominus remissionem canonis indulgere teneatur, si canon magnus & qui fructibus fere respondet, præstandus sit? Negatur. *Nov.*7.*c.*3.§.1.*l.*1.*C. de jure emphyt.*junct.*arg. l.*15.§ 4.*D.locat.* Ratio est, quod magnus canon mutet naturam emphyteuseos, in qua emptio magis conspicitur quam locatio, ideoque ad heredes transferri, & aliis donari & vendi potest, ut supra dictum: Diss. vide apud *Gail.*2.*obs.*23.*Fachin.*1.*c.*90. *Treutl. d. disp.thes.*11.*lit.a.*

XIII. Ei tamen, qui ob pestem grassantem, vel spectra domum conductam deserit, de mercede pro rata temporis remittendum judico. Loca enim vitanda, ubi pœnæ cadunt. *Matth.*24.*l* 15.§.2.*&l.*33.*in fin.D. locat.Covarruv.c.*30.*pract. quæst.n.*3.*Papon. lib.* 10. *tit.*3.*arrest.*10. Diss. *Bald.in l.*1.*C.eod.Ant.Matth.d. disp.*25.*thes.*15. *Matth. de Afflict. decis.* 25. *& Alii plures.* quos vide apud *Gail.*2. *obs.* 23. *Harpr. ad pr. h.tit. n.*83. Quid, si conductor prædium conductum sine causa deseruit, & locator idem alii locavit, aut locare potuit? Itidem pro quota temporis, non de integra mercede tenetur. *l. dominus* 55. §. *ult.D. locat.l.*19.§.9.*&* 10.*D.eod.arg.l.*2.§.1.*D.si quis in jur. vocat.*junct.*l.*44.*D.de condict.indeb.Pauscin.*1.*quæst.*

*pract.*16.*n.* 10. & 11. Diss. *Castrens. in l.* 24. §. 1. *D. eod.* Sed quid, si magna fuerit ubertas, potestne augeri pensio, ut propter sterilitatem remittitur? Non potest, quia illo casu de lucro cerratur, hoc de damno. *l. si merces.*25.§ 6.*D. locat.*Diss. *Costal. in d. l* 25.§. 6. *Gom.*2.*var. res.*3.*n* 19. & *plures*, quos vide apud *Treut l. d. disp.*29.*thes.*7.*lit. e. Pinel. part.*1.*l.*2.*C. de rescind. vendit.*

XIV. Ad §.5. quæritur, an conductor, qui casus fortuitos in se recepit, etiam de insolitis teneatur? Aff: *l. si quis domum.*9.§.2.*D. locat.* junct. *l.*15.§.2.*D. eod. l. fistulas* 78.§.*ult. D. de cont. empt.* Diss. *DD plerique*, quos vide apud *Fachin.*1. *c.* 86. *Harpr. ad* §.5. *Inst. h. t. n.* 15. Sed quid de eo, qui periculum rei conductæ in se suscepit? Etiam de casu fortuito cogitasse intelligitur. *l.*1.10.& 14.*D. de peric. & commod. rei vend. l.*39. *D. mand. l.* 5. §.2. & *seqq. D. commod.* Diss. vide apud *Harpr. ad d.*§.*n.*31.& *seqq. Pausch. d.*1.*q. pract.*6. quos sequitur. *Ant. Matth. d. disp.* 25. *thes.* 13. Vide *disp. nostr.* 15. *thes.* 13.& 14. An & quando in cendium à conductore præstetur, mirifice variant & Interpretes & judicum sententiæ, quas vide apud *Joan. à Sande lib.*3. *tit.* 6. *def.* 9. *Christin. v.*2.*decis.*112.*Gail.*2.*obs.*21.*Myns.*6.*obs.*88.*Mascard. lib.*2.*de probat. in verb. in cendium. Fach.*1.*c.*87. *Matth. de Afflict. decis.*57.

XV. Heres defuncti Professoris, Advocati, vel Alterius, qui dignitate functus est, anni salarium duntaxat pro rata tẽporis petere potest; quia nec totius anni munere functus est, nec culpa conductoris impeditus. *l. ex cond.* 15.§.6.*D. loc. l.*19.§.*pen.*& *ult.*& *l.* 38.*D. eod.* nisi fuerit hæres Patroni fisci. *l.*15.§.1.*C. de Advocat. divers. judicior.* aut domestici præsentalis. *l.*4.*C. de domest.* Hinc 't **Jaer van gratie**: quæ tamen gratia juste in hæredibus, Professorum & similium

lium usu servatur, propter singularia illorum in Rempubl. merita. Vide *Christin. vol.* 5. *decis.* 118. *n.* 14. *Zyp. Not. tit. de dign. & nob. DD. aliter.* Cæterum honorarium acceptum heres reddere non cogitur. *d. l.* 38. §. 1. *D. locat. & l.* 1. §. 13. *D. de extraord. cogn.* quod jus non probo, si nihil in causa actum est. Rationes facile eruuntur ex propositis. Aliud obtinet in eo, qui morbo impeditus operas in annum locatas non præstitit. §. 5. *h. t. & l.* 4. §. 5. *D. de stat. liber.* Moribus non solum heres, sed etiam emptor locationi stare tenetur, **Huyr gaet voor koop.** *Gudelin. de jure noviss. lib.* 3. *cap.* 7. quos Juri civili in *l.* 32. *D. & l.* 9. *C. locat.* præferendos duco. *Prov.* 6. *Rom.* 1. *v.* 31. Cautelam seu exceptionem, qua jus Civile impediri possit, vide apud *Papon. lib.* 1. *tit.* 3. *Arrest.* 1. *Imbert. in Enchirid. jur. Gall. lit. l. pag.* 207. *& seq.* Plures controversias cum usu ad hanc materiam spectantes videsis apud *Christin. decis.* 109. *& seqq. usque ad fin. vol.* 3. *& Joan. à Sande lib.* 3. *tit.* 6. *def.* 1. *& seqq. Ant. Fabr. ad lib.* 4. *Cod. tit.* 42. *&* 43.

## DISPUTATIO JURIDICA VIGESIMA

## *DE SOCIETATE ET MANDATO.*

Ad Titul. 26. & 27. Inst. Lib. 3.

*Resp.* DEDER. VICTORINO *Amstel Batav.*

I. AD *pr. tit.* 26. quæritur, quomodo definienda sit societas? Est contractus, juris gentium, nominatus, bonæ fidei, solo consensu initus, de re vel negotiatione honesta, ejusque lucro & damno communicando. *pr. Inst. de Oblig. ex cons. l.* 5.

*pr.D.h.t.& pr.Inst.eod.§.1.2.& 3.Inst.ibid.& l.29.D. d.t.* Diss. *DD.varie.*

II. Quotuplex est? Duplex, universalis & particularis. *d.pr.h.t.& d.l.5.pr.D.eod.* Universalis autem rursus subdividitur in coitam specialiter,& coitã simpliciter. *l.3.§.1.& l.7.D.h.t.* in qua posteriori ea duntaxat communicantur, quæ ex quæstu veniunt. *d. l. 7.* Diss. *DD.diversimode.* Sed Moribus societati omnium bonorum,quæ inter virum & uxorem simpliciter contracta censetur, simul ac matrimonium coram facie Ecclesiæ celebratum est, etiam hereditas, legatum,donatio,& quicquid quaqua ratione adquisitum est, adquiritur, ac si expressis verbis societas universorum bonor. inita esset,juxta *l.3.§.1.D.h.t.* Ratio consuetud. est in *c.2.Gen.v.24,Matth. c.19. v. 5.* Adde *Bus.ad d.l.3.§.1.& l.7. & 8.D.eod. Vinn. ad h. pr.Inst.n.3. & Christin.ad ll.Mechlin. tit. 16. art.29. & seqq.& decis. 51. & 52. vol.3.* Porro quæritur, an societas omnium bonorum, in qua scilicet omnia communicentur, tacite contrahi queat? Quidni, si reipsa talis societas exerceatur. *l.4.D.h. t.* junct. *l.2. D.de pact.?* Utique non tantum verbis, sed etiam facto voluntas declaratur. *l.25.D. de testam. milit.* Diss. *Menoch.cons.12.n.10.& cons.222. n. 1. Roland.à Vall.cons.40.n.28.29.& 51.vol.1. Arum. exercit. 15. thes.1.Treutl.vol.1.disp.27.thes.8.lit.f. & plures Alii,* quos recenset *Harpr.ad d.pr.n.13.Fachin.12.cap.14.* Unde quoque apparet, fratres eo ipso non statim contraxisse societatem, quod bonis paternis indivisis cohabitaverint. *d.l.4.& l.ex parte 39.§.3.D.famil. ercisc.Ant.Fab.ad lib.4.Cod.tit.27.def.3.* Diss. *Bart. in l.4.C. comm.utr.jud.*

III. An ergo & illud,quod unus ex sociis filiæ in dotem vel filio in subsidium studiorum impendit, societati universorum bonorum imputabitur? Aff: *l.si*

*l.ſi ſocietatem.73.§.1.D.pro ſoc.*junct.*l.1.D.ſolut.matrim.l.32.§.2.D. de condict. indeb.* Facit quoque *d.l. 39.§.3.D.famil.erciſ.& l.52.§.ult.D.h.t. Menoch. 2. arb.jud.cent.2.caſ.127.Chriſt.vol.3.dec.41.n.9.* Diſſ. vide apud *Fach.lib.8.c.4.& lib.12.c.13.Gothof ad l.8. c.h.t.Harpr. ad d.pr.n.24.Treutl.d.diſp.d.theſ.8 lit.h. Bus.ad l.81.h.t.*

IV. Ad §.1. quæritur, an tum demum jure civili partes lucri inæquales eſſe poſſint,cum merita ſociorum ſunt imparia? Aff: *l.5.§.1.& 2.l.ſi non fuerint. 29.pr.D.pro ſoc.* Diſſ. *Joan.Gloſſ.& Dec. in l.8.C.de pact.Vinn.ad §.2.Inſt.h.t.* Verum enim vero pactum potius quam rei natura attendi debet. *Matth.5 v.37. Rom.1.v.31.* præſertim ſi periculi pretium reſpiciat. *arg.l.5.D. de naut.fœn.* & nullum dolum redoleat. *arg.l.80.D.h.t.* Fruſtra itaque quæritur, an ſocietas donationis cauſa contracta ſaltem jure donationis valeat. Vide *Buſ.ad l.5.§.ult.D.h.t.& Gail. 2.obſ.24.* Sed quid de pacto, quo ille, qui contulit pecuniam, pactus eſt, ut ſors periculo eſſet accipientis,& tamen lucri partem ferret? Jure Cæſareo hoc pactum non ſubſiſtit.*d.l.29.h.t.& l.5.§.1.eod.*Diſſ.vide apud *Gail. 2.obſ.24.Treutl.d.diſp.th.9.lit.b.* Cæterum & hoc pactum Jure Divino ſervandũ eſt.*dd.capp.* Atq; ita uſu ſervari,poſt *Angel.& Porc.*teſtatur *Weſ.ad h.t.n.7.*

V. Ad §.2. pecunia in ſocietatem collata,ut alter operam conferret, non fit communis, ideoque nec periculum ejus commune eſt, nec finita ſocietate dividi debet, niſi expreſſe opera collata ſit cum ipſo dominio pecuniæ. Ratio eſt, quia priori caſu uſus ſortis non proprietas communicata dici poteſt, atque adeo cum opera ibi comparatur periculum amittendæ ſortis, & lucrum quod ex ea ſperari poterat. In poſteriori operæ pretium habetur quaſi ſorti adjectum, & pro eo quod valet, in ipſa ſor-

forte partem habet, qui operam præstat. §. 2. *Inst. h. t.* & *l. 29. §. 1.* & *l. 52. §. 2. verss. si in coeunda. D. eod.* junct. *l. 9. C. de pign. act.* & juncto temperamento *d l. 29. pr.* & *§. 1. h. t. Grot. 2. de jure. bell.* & *pac. 12. n. 24. Covar. ruv. 3. var. resol. 2.* Diss. vide apud *Fach. 2. c. 64.* & *95. Hæn. disp. 17. q. 2.* & *3. Harp. ad §. 1. 2.* & *3. h. t. n. 20.* & *26. Treut. disp. 27. thes. 9. Gail. 2. obs. 24.* Usum vide apud *Bus. ad d. l. 29. §. 1. h. t.*

VI. Ad §. 5. solvitur societas morte socii, eoque heres ejus in societate non succedit. *d. §. 5. h. t.* & *l. 35. D. eod* Quinimo nec ab initio pacisci licet, uti heres societati succedat. *l. adeo. 59. D. pro soc.* Ratio est in *d. §. 5.* Adde *l. 70. D. eod.* Diss. *Hotom. hic Thoming. decis. 13.* Mores hoc casu pacta, non rei naturam sequerentur. *Matth. 5. vers. 34.* At quid dicendum de decoctione bonorum? illâ quoque socii dissociantur, si scilicet unus ita decoxerit, ut ad manifestam egestatem pervenerit. *d. l. 4. §. 1. D. h. t.* Dissent. vide apud *Treul d. disp. 27. thes. 11. lit. c.* & *ibi Bacchov. Harpr. h. ad §. 7.* & *8. Institit. n. 28.*

VII. Ad §. *ult.* Quod primum placuit in societate omnium bonorum, ut socius non teneatur socio, ultra id quod facere potest, postea transductum est ad societatem unius rei. *l. 16. D. de re jud.* junct. *l. verū 63. pr. D. pro soc.* Et sic nulla pugna est inter *dd. ll.* Diss. *Ant. Matth. disp. 23. Pand. th. 12* & *Alii plures.* Sed quam culpam præstare debet socius socio? Levem, non etiam levissimam. *§. ult. Inst. h. t. l. 5. §. 2. D. comm. l. 23. D. de R. J.* Diss. *Hot. in epit. D. h. t. Bronch. cent. 2. ass. 33. vers. quart. argum.* Sed quid, si plures socii per institorem aut magistrum negotientur? Non pro collatæ sortis quantitate, sed in solidum teneantur. *l. 1. §. fin. l. 2.* & *4. §. 1. D. de exercit. act.* Diss. *Azo in sum. C. d. t. Gail. 2. obs. 24. n. 9.* & *plures Alii. à Gail. d. loc.* allegati, quorum sententia in foro servatur.

Grot.

*Grot.lib.3.c.1. & 2.c.11.n.13.de jure belli & pac.Vinn. ad §.2.Inst.quod cum eo qui in alien.*

VIII. Ad *pr.t.27.*quær, de definitione mandati? Est contractus nominatus jurisgent. bonæ fid. solo consensu constans de negotio aliquo gratis exequendo. *l.1.§.ult.D.mand.& dd.ll. & §§. in thes. 1. adscripti. Alii aliter*, ut videre est apud *Treutl.d.disp.27.thes. 1.Arum.exercit.15.thes.5.*Sed quid, si honorarium promissum sit? Illud actione mandati exigere non licet.*l.7.D.mand.& l.1.C.eod.*nisi in continenti mandatarius pactus sit.*l.6.D.h.t.*junct. *l. 5. §. 4. D. præscript.verb.& l.7.§.5.D.de pact.*Diss.*Accurs.in §.ult. Inst. mand. Harpr.ad d.§.n. 3. n.& 4.& plures Alii.* Quod si plane incertum est, ne quidem extra ordinem peti potest.*l.17.C.h.t.& l.56.§ pen.D.eod.*junct. *l.1.§.4.D.de extraord.cogn.* Nec Advocati aut procuratores ad litem excipiuntur. *d.l.1.§.4. & l. 15. C. de procur.*Diss.*Wesemb.ad tit.D.mand. in fin.* Cujus tamen & *Accursii* sententia Juri Divino magis consentanea est. *Matth.10.v.10.1.Corinth. c.9.v. 13.* & Moribus, quibus salaria petuntur, facta declaratione vacationum. Vide *Bus.ad l. 1.§.10.de extraordinar. cogn.& Christ.decis.40.vol.3.Gail.1.obs.44.* Quid de mandato rei incertæ? Non valet, quando res plane incerta est: secus si res certa est, licet pretium incertum sit.*l.3.§.1.D.mand.Salicet.in l.2.§.3.D.eod.*Diss. *Gloss.in d.l.3.& Bart.in d.l.2.§.3.*

IX. Ad *§. 1. & seqq.* quæritur, an inter personas, quæ mādare prohibentur, referendus sit deportatus, vel excommunicatus? Negatur.*l.17. §.1. D. de pæn.* junct.*t.Inst.de oblig.ex conj.l.si mandavero.22.§.5.D mand. l.15.D.de interd. & releg.* Diss. *Cujac in l.8. D.qui testam.fac.Gothof.in d.l.22.§.5.Treutl. d. disp. 27.thes.2.lit.a.Bronch.miscell.cent. 1. ass.65.* Quando autem mandatum cōtrahitur vel aliena tantum,

vel

vel tua & aliena gratia, mandatarius quidem contrariam actionem habiturus est. *l.* 2. §. 2.*&* 3. *D .mand.* sed non directam mandans, nisi postquam ejus cæpit interesse. *l.* 6.§.4.junct.*l.*8.§.6.*D*. *eod.* Ratio est in §.20.*Inst. de mutil stip.*Diss.*Hotom.* 5.*obs.*10.*& plures Alii aliter*. Sed quoniã Moribus alteri & stipulari & pacisci licet, dabitur mandatori actio directa, etiãsi nihil ejus intersit, modo mandatarius susceperit mandatum. Vide *disput.nost* 16.*thes.pen.* Quid de consilio? Alias non contracturo datum, obligatorium est. *l.*6.§.5. *D. mand.* Diss. *Peck in c. nullus. de R.J .in* 6. *Fab.in* §.5 .*Inst.h.t.*

X. Ad §.7. quæritur, an inter res mandari vetitas sit merum imperium, quod neque jure civili, neque canonico mandari potest? Aff: *l.* 1. *D. de offic. ejus cui mand.* junct.*l.*2.§. 23.*D.de orig.jur.& l.* 11. *D. de offic.procons.c.*3.*ext.de offic.& potest. jud. de leg.* ubi exceptio est, quæ confirmat regulam. Rationem vide apud *Bronch.cent* 1.*ass.*16. Diss. refert *Fachin.*9.*c.* 99.*Hænon.d.disp.*17.*q.*12. Moribus ex Const. Caroli V.*cõst.crim.art.* 2.aliis mandari potest.*Hæn.d.loc.*Sed quid de imperio mixto? Mandari potest.*l.*4.§.1.*& l.*5. §.*ult.D.de offic.ej.cui mand.* Diss. *DD. comm.* teste *Bronch.cent.*1.*ass.*18. Quid de actibus legitimis, qui nihil aliud sunt, quam ritus, ubi solemnia verba adhiberi solent .*l.manumiss.*23.*D.de manumiss.vind.*? Etiã mandari possunt. *l.*17.*D.eod.* junct. *l.*13. *D. de offic procons.* nisi desiderant singularem industriam ob favorem Reipub. & ætatis.*l.*4.§.1.*D.de offic.ejus DD. aliter.* Vide *Treult.d.disp.thes.* 4. *& ibi Bacch.* Moribus omnino mandari possunt, ut dixi *hac thes.*

XI. Sed quid, si mandans mandavit & mandatarius executus est negotium turpe, quod certa pœna punitur? Utrumq; eidem pœnæ subjacere oportet, etsi mandatarius etiam sine mandato facturus fuisset. *l.*

*non*

*non solum.* 11.§.3.*D.de injur.l.*7.§.*fin.D.de jurispr.l.*1.
§.1.*D. de eo per quem fact. Hartman. Hartman.lib.*
2.*pract. forens.tit.*26.*obs.* 5. Diss. vide apud *Treutl.*
*d.disp.thes.*3.*lit.h.Hænon. d. disputat. q.* 10. Verum
quid, si quis mandaverit vulnerari, & mandatarius
occiderit? Mandans non tenebitur de occiso; quia
non habuit animum occidendi, qui tamen inprimis
requiritur, quando quis afficitur ordinaria pœna homicidii.
*l.*1.§.3.*D.ad l.Cornel. de sicar. l. qui injuriæ*
53.*pr. D. de furt.* Atque ita judicatum, testatur
*Christin. volum.*3.*decis.* 49. Diss. vide apud *Fachin.*
1.*c.*36.*Treut.d.thes.*3.*d.lit.g. Hænon.d.disp.q.* 11. ubi
recte adstipulatur communi *DD.* opinioni, quæ statuit,
mandatorem puniendum in loco, ubi delictum
perpetratum est. *arg.l.heres* 19.§.3.*D.de judic.&* 61.
*D.de fidejuss.* junct. *l.*5.§.3.*de administ.tut.* Diss. vide
apud *Fach.* 9. *c.* 25. Postremo notandum est, offensi
famulum vel amicum, qui offendentem occidit, non
præsumi mandatum habuisse. *l. ult.C.de prob* junct.
*l.*4.*C.de edend.* Diss. vide apud *Treutl.d. thes.*3.*in fin.*

XII. Ad §.8. Quamvis mandatarius, qui utiliter
fines mandati excessit, non habeat actionem mandati.
*l.*3.§.*ult.l.*4. *& l.*5.*D.h.t.* dixerim tamen, ei dandā
actionem negot. gestor. *l.*1.2.9.*vers. & quemad.l.*45.
*pr.D de neg.gest.l.*50.*pr. D.mand.* junct. *l.*39.*D.de ll.*
*& SCt.* Diss. *Bulgar. & Accurs.* quos novissime sequuntur
*Bacchov.& Vinn.ad* §.8.*Inst. h. t.* Sed videturne
mandatarius, qui habuit mandatum ad vendendum,
egressus fines mandati, si pretium solutum
acceperit? Minime. *arg.l.quod servus.* 35.*D.de solut.*
junct. *arg.l.*2.*D.de jurisd.* Diss. vide apud *Fachin.* 2.
*c.*93.*& Joan.à Sande lib.*3.*tit.*16.*def.*2. Quid, si procurator
rem minoris vendidit emptori, qui supplere
vult, quod justo pretio deest? Emptor ille dominum
rei vindicatione agentem repellere potest. *l.*7.§.4. *D.*
*mand.*

*mand.* Diss. vide apud *Harpr. ad.* §.8.*Inst. h. t. n.* 3.

XIII. Ad §.10. morte mandantis solvitur mandatum. *d.*§.10.& *l.* 26.*pr.D.mand.* nisi jam desierat integrum esse. *l.* 27.§.8. *D eod.* Moribus mandatum procuratoris ad lites exstinguitur, licet re non integra mandator mortuus sit. *Bus.ad l.*15.*D.de procur.Zyp. in notit. jur. Belg d.tit.* Sed quæritur, si procurator venditoris mortem ejus ignorans fundum tradat, an possessionē in emptorem trāstulisse intelligatur? Nos non tantum possessionem, sed etiam dominium trāslatū arbitramur. *d.l.*26.*pr.* & §.10.*Inst. eod. l. fundi D. de adq.poss.l.*19.§.3.*D.de donat.l.*14.*D.de Pub.in rem act.* Quod de Moribus servandum esse existimo, etiamsi mandatarius sciverit, dominum in fata concessisse. *Matth.*5.*vers.*37.*Rom.*1.*vers.* 31. Diss. *DD. varie*, ut videre est apud. *Bronch.cent.*3.*ass.* 92. *Hæ. non.d. disputat.*17.*qu.* 14. Adde *Grot.de jure belli & pac.lib.*2.*c.*11.§.17.& *cens.nost.ad d.*§.10.

XIV. Ad §.11. quum plures mandatum susceperunt, singuli in solidum conveniri queunt, quamvis unus duntaxat gesserit. *l. creditor* 60. §. 2. *D. mand.* junct. *l.*3.§.1.*D.de duob.reis const.* Diss. *Gloss.* & *Salicet.in d.l.*60.*Bacchov.adTreutl.d.disp.*27.*thes.*2.*lit.d.* quorum sententia moribus convenientior est, ut dixi ad *tit de duob. reis.* Et quia mandatū expressim in se susceperunt, tenētur etiam ex levissima culpa. *l.*13. *l.* 21.*C.mand.DD.aliter.* quos vide sis apud *Treutl.d. disp.thes.*7.*lit.c.*& *ibid.Bacchov.* Contraria mandati actio datur mandatario, quoties ex ipsa damnum passus est.*l.*61.§.5.*D.de furt.l.*26.§.7. *D. mand.* ubi nihil mutandum. Diss. *Ant.Fab.*3.*conject.*5.*Treutl. d.thes.*7.*lit.f.* Sed si aliter damnum obvenerit, puta per vim latronum, aut maris naufragium, actio denegatur. *d.l.*26.§.6.*D.eod.* Quem tamen Juris articulum de stricto jure, non de æquitate probandum judico. *arg.*

*arg.l.17.pr.D.de in rem. verſ.Accurſ.ad d.* §. 6. Vide tamen *Zyp.Notit.jur.Belg.tit.mand.* Diſſ. *DD.varie*, quos videre integrum eſt apud *Treult.d.theſ.7.lit.f.* & *ibi Bacchov.Tim.Fabr.diſp.anniverſar.24.theſ.18.* Plures quæſtiones huc pertinentes cum rebus judicat. videre eſt apud *Ioan.à. Sande.lib.3.tit.7.def.1.* & *ſeqq.*

# DISPUTATIO JURIDICA
## VIGESIMA-PRIMA
## *DE OBLIGATIONIBVS EX quaſi contractu, & modis quibus tollitur obligatio.*

Ad Titul, 28. &30. Inſtit. Lib. 3.

*Reſp.* JACOBO vander DUSSEN *Ultraject.*

I. AD *pr.tit.*28.obligationes,quæ quaſi ex contractu competunt, naſcuntur ex negotio ſeu facto, quod quidem ſine conventione geſtum eſt, ſed quod tamen cauſam obligandi ex æquo & bono continet. Unde quaſi contractus definiri poteſt, quod ſit quaſi conventio , quam lex ex æquitate propter factum ali quod interveniſſe præſumit.*tot.t.noſt.*junct.*l.66.D.de condict.ind.* Diſſ. *DD. Alii aliter*,ut videre licet apud*Tim.Fabr.diſp.25.theſ.* .*lit.a.Harpr.Vinn.ad pr.d.tit.*

II.Ad §.1. ſpecies quaſi contractus eſt negotiorum geſtio , quæ regulariter ultro citroque producit obligationem,quando abſentis negotia utiliter geſta ſunt. .1.&2.*l.*10.§.1.*D de negot geſt.*§.1.*Inſt.h.t.* Diſſ.*DD. varie*, ut videre eſt apud*Fab.d.theſ.lit.b.Harpr.ad d.* .1.*Vinn.ibid.* Quoniam vero negotior. geſtor. actio

ex utilitate introducta dicitur, & absentium negotia plerumque ex commiseratione &amicitia geruntur, dixerim negotior.gestorem ex culpa levi, non etiam ex levissima teneri. *l.tutori.* 20.*C.de negot.gest.l.* 11. *D.eod.l.contract.* 23.*de R.I.* Diss.*Cujac.in not. ad lib.* 1.*sent.Paul.tit.*4.*Donell.lib.*15.*comm.*15.*Tim. Fab. d, thes.*1.*lit.c.Vultej.* 1. *discept.* 15. *Harpr. Bacchov.* & *Vinn.ad d.*§.1.*h.t.* Quæ cum ita sint, apparet negotior.gestorem ob ratihabitationem absentis non posse conveniri directa actione mandati, quia ea etiam levissimam culpam persequitur. *l.in re mand.* 21.*C. mand.* Deinde vel invitus fieri posset infamis. §. 2. *Inst.de pœn.tem.litig.* Qua ergo actione conveniri debet? Actione negot. gestorum. *l.*2.& 9.*D. de negot.gest.* Sed ille qui ratum habuit, contraria actione mandati conveniendus est. *l.semper.* 60. *D. de R. I. Gregor.Lopes.animadv.c.*31.*n.*2.Diss.*DD.varie*,quos vide apud *Tim.Fabr.d.thes.lit.b.Harpr.ad d.*§.1.*n.*81. *Treutl.disp.*10.*thes.*6.*vol.*1.&*ibi Bacchov.Bus.ad d.l.* 9.*Pac,cent.*2.*q.* 53.*Bronch.cent.* 2.*ass.*47.

III. Est autem negotior.gestor aut necessarius aut voluntarius. *l.* 3.§ *pen.D de negot.gest.* Necessarius ad omnia negotia gerenda tenetur. Spontaneus ad id duntaxat quod suscepit, licet ut omnia gesturus accesserit. *l.*20.*C. eod.* nisi alius forte se obtulerit, qui non gesta gesturus fuisset. *l.*6.§.*ult.D.eod.* Diss. vide apud *Treutl.d.disp.*10.*thes.*7.*lit.a.Arum.exercit.*15. *thes.* 12. Sed quæritur, an ille,qui pro tutore res pupilli administravit, cum tamen tutor non esset, voluntarius negotior. gestor dici queat? Nos negandum putamus, quia datur ei actio protutelæ, quæ opponitur actioni negot. gestor. *l.pen.D.de tut.* & *rat. distrah.l.*1.§.6.*D.de eo qui pro tut.* Diss.*Cujac.in not.ad recept.sent. Paul.* 1. *tit.* 4. §. *fin. Irner. Azo. in l.* 3. § *pen.D.de negot.gest. Gothof. in* l.4.*C.qui dar.tut.*

IV.

IV Pater quoque vel mater res liberorum administrans voluntarius præsumitur negot. gest. si in res liberorum impenderit; secus, si in personam. *l.* 11. *C. de neg.gest.l.*34.*D. eod.* Vide *Christ.dec.*112.*& seqq.* Sed in avia & vitrico tantum distinguitur, num animo repetendi, an donandi erogatum sit. *l.*15.*C.eod. & d.l.*34. Et quidquid vel in personam vel in rem nepotis vel privigni impensum est, animo repetēdi impensum præsumitur. *d.l.*34.*& d.l.*15.Diss. *Treutl. thes.*3.*lit.b. &c.& ibi Bacchov. Bus. ad d. l.* 34. *Accurs.in d.l.*15.*& Alii varie.* Plane vitricus, etsi non haberet actionem negot. gest. ad alimenta repetenda, tamen alimenta reputare potest, quando bona restituit.*d.l.*34.*vers.igitur in re facti.* Diss. *Roman. Cons.* 255.*n.*2.*Ruin.*5.*Cons.*94.*n.*7. Sed quid, si privignus fuerit in servitio vitrici, eidemque operas præstiterit? Dixerim, operas cum alimentis compensandas. *arg. l.in rebus.*18.§.2.*D.commod.* Diss. *Treutl.d.thes.*3.*lit. c.* Porro filius quoque negotior. gestor. actionem habet, si pro patre solvit: nisi animo donandi solverit, qui non præsumitur.*l.*12.*C.de negot.gest.& arg.l.*33. §.*ult.D. de leg.* 3. Diss. *Ioan. Gloss. & Alii in d. l.* 12. Quod maritus erogavit in uxorem ægram, non repetit. *l.* 13. *C. eod.* Quæ lex nullo modo explicari debet ex *l.*15.*C.ibid.* Diss. *Bocer. ad d.h.tit. thes.*7.*in allegat.lit. d.* Nec video, qua ratione *DD.* id quod de uxore traditum est in *d.l.*13. extendant ad ægrum famulum, nisi postea diligentiori opera damnum domino resarcierit. Vide *Fab.ad lib.*4.*Cod.tit.*7.*def.* 19. Diss. post. *DD.Treutl.d.thes.*3.*lit.e. Bus.ad d. l.* 34. ubi Moribus *DD.* sententiam servari, testatur. Quo etiam facere videtur *c.*7.*Luc.vers.*2.*& seqq.* Uberiorem usum circa action.negot.gest.vide apud *Eund. Bus.ad leg.*21.*&* 31.*D.de negot.gest.Zyp. in notit. jur.Belg.tit. de pœn. & tit. de empt. & vend.* §. *de cambiis.*

V. Ad §. 2. tutor quoque ex quasi contractu pupillo obligatur, & levem culpam præstat. §. 2 *h.t* junct. *l.1 pr. D. de tut. & rat. distrah.* Diss. & dubia vide apud *Vinn. ad d. §. 2. Tim. Fab. d. disp. 25. thes. 5. lit. c. vol. 2.* Sed ad reddendam pecuniam pupilli ante redditas rationes administrationis minime cogendus videtur; quia pecuniam forte impendit in rationes pupilli. *Cravet. cons. 275. n. 13.* Diss. vide apud *Fach. 8. c. 58.*

VI. Ad §. 3. rem à duobus emptam jure societatis non communionis judicari, evidenter apparet *ex l. 2. D. comm. divid.* Dubia vide apud *Harpr. ad §. 3. Inst. h.t.* Hinc vel actio pro soc. vel comm. divid. competit, si ad præstationes personales contenditur. *l. pro soc. 38. §. 1. D. pro soc.* si ad divisionẽ rei, actio comm. divid. tantum. *l. 1. D. comm. divid. DD. aliter.* Quomodo actio, negot. gestor. concurrat cum actione comm. divid. & famil. ercisc. vide apud *Pac. cent. 3. q. 77. Bronch. cent. 2. ass. 13.* Diss. vide apud *Treult. disp. 19. th. 14. lit. f. (& Bach. ibid. & ad th. 3. disp. 10. lit. g.)* Jure civili neque pacto, neq; voluntate testatoris effici potest, ut quis invitus detineatur in communione. *l. 1. §. 2. D. comm. divid. l. ult. C. eod.* Ratio est in *l. 77. §. 20. D. de leg. 2.* Diss. *Alex. de Imol. in l. 26. §. 4. D. de condict. indeb.* Ergo multo minus præscriptione 30. annor. *arg. l. 6. §. 1. vers. sed. si is, D. quemad servit. amit.* Adde *l. 1. D. fam. ercisc. & arg. l. 2. C. de præscript. 30. annor.* Atque ita Moribus servari, collige ex *Bus. ad d. l. 1 fam. ercisc.* Diss. *Gloss. cũ pluribus Aliis in l. 1. C. de annal. except.* quos vide apud *Treutl. d. disp. 19. th. 8. lit. b Hænon. disputat. 17. quæst. 20 & Christin. ad ll. Mechlin. titul. 16. artic. 44.* ubi plura insignia huc pertinentia vide. Sed quid, si juramento conventio firmata sit? Ea servanda est. *c. cum conting. ext. de jurejur.* Diss. *Alex. de Imol. cons. 18. vol 2.* Moribus etiam pactum servandum est, atque adeo multo magis

voluntas testatoris. *Matah.* 5. *vers.* 37. junct. *l.* 1. *C. de SS. Eccl.s.*

VII. Ad §. 4. actione famil. ercisc. institutâ à fratre contra fratrem, Legistæ dividendam hereditatem arbitrio judicis. *l.* 3. 4. 5. & 27. *D. fam. ercisc.* Canonistæ minori fratri electionem concedendam esse, statuunt. *arg. l.* 1. *ext. de parochi.* Atque horum doctrina usu Gemaniæ comprobata est, teste *Wesenb. in parat. ad tit. D. fam. ercisc. n.* 6. *Gail.* 1. *observ.* 126. *n.* 13. *Bus. ad d. l.* 3. Cæterum illis non obstantibus, jus Civile retinendum puto; quia fratri natu majori potius, quam minori favendum est. *Genes.* 27. *v.* 29. *Deut.* 21. *v.* 17. *Tholos. syntagm. lib.* 5. *c.* 4. *n.* 17. *Perez. ad lit. c fam. ercisc.* Vide tamen *Zyp. notit. jur. Belg. tit. fam. ercisc.* & *Schultz. ad tit. Inst. de act. lit. n.* ubi simul de læsione, ob quam Moribus restitut. in inregrum dandam esse, etiam insta dimidium decepto, supra ostendimus in *disp.* 1. *thes.* 5. & *disp.* 18. *thes.* 7. Vide *Treutl. disp.* 16. *thes.* 12. *lit. c.* Quid, si forte divisio facta sit? Vide *Sande lib.* 4. *tit.* 11. *def.* 1. Vix quoque Moribus servatur *l. quæ pater* 90. *fam. ercisc.* quod alioqui nimia inæqualitas inter liberos induceretur. Vide tamen *Christ. ad ll. Mechlin. tit.* 16. *art.* 3. Sed simplex tamen donatio in collationem non venit, teste *Wesenb. ad tit. de collat. dot. n.* 2. quoniam summa sæperatione pater uni plus alteri minus donare potest: Quæ consuetudo etiam legibus consentanea est. *l. ben.* §. 1. *C. de collat.* Diss. vide apud *Treutl. d. disp.* 19. *thes.* 13. *lit. a* & *ibi Bacchov.* Quoties & quomodo actio famil. ercisc. intentari possit, vide apud *Cujac.* 23. *obs.* 1.

VIII. Ad §. 5. & 6. heres legatariis tantum, non etiam creditoribus ex quasi contractu obligatur. *d.* §. 5. *h. t.* junct. *l.* 62. *de R. J.* Diss. vide apud *Arum. exercit.* 15. *thes.* 13. & *Tim. Fabr. d. disp.* 25. *thes.* 4. Condi-

ctio indebiti itidem ex quasi contractu nascitur. § 6. *Inst. eod.* sed si subest naturalis obligatio, cessat. *l.* 13. *l.* 26. § 12. *D. de condict. indeb.* An ergo & ei non competit, qui ad ἀντίδωρα seu remunerationes obligatus erat? Sic sentio, quia naturaliter obligatus erat. *l.* 25. § 11. *D. de petit. hered.* Diss. *Donell. lib.* 12. *comm. c.* 2. *Duar. ad tit. D. de O. & A. c.* 2. *Wesenb. in parat. ad d. tit. num.* 5. *Costal. in d. l.* 13. Sed hæc ita de jure civili, nam Moribus probabilis ignoranria excusat.

IX. Ad §. 7. ex quibus tamen causis inficiando lis crescit in duplum, ex iis non debitum solutum repeti non potest. §. *ult. h. t. l.* 4. *C. de condict. indeb.* Verbi causa: Titius, qui damnum injuria dedisse dicitur, & (ut conjicitur) per ignorantiam reparavit, solutum repetere non potest, licet postea se non fecisse, probare queat. Ratio est, quia alias facile in duplum condemnatus fuisset. Præterea de casu dubio transegisse videtur. Diss. *DD. varie*, ut videre est apud *Arum. exercit.* 15. *thes.* 16. Verumenimvero hæc sententia repugnat communibus regulis & præceptis jurisgent. quæ dictitant, probabilem ignorantiam mereri excusationem, & neminem condemnandum, qui se reum non esse, probat. Quare Moribus dicta opinio rejicienda est, quibus sequimur simplex jus gent, & sequi oportet, ut in *superioribus disp. passim demonstravimus.*

X. Ad *pr. &* §. 1. *tit.* 30. quæritur, an aliud pro alio invito creditori solvi possit? Neg: *d. pr. & l.* 2. § 1. *D. de reb. credit.* Vide tamen *Hænon. disp.* 17. *q.* 26. ubi inter cæteras singularem exception. notat, quæ in praxi servatur. Hinc fit, ut nec debitum per partes nolenti creditori obtrudi possit. *d. l.* 2. Adde *l.* 3. *fam. ercisc.* junct. *l.* 74. *de R. J. & Deckher. lib.* 1. *dissert.* 10. *Bus. ad l.* 21. *de reb. cred.* ubi testatur, hanc sententiam Moribus receptam esse. Diss. *Alciat. in l.* 21. *D. de*

*reb*

*reb.credit.Coraſ.in l.2.§.1.D.de V.O. Molin.in tract. de divid.& individ.* Quod Moribus contra. *l.40.D. mand.* ille qui pro invito ſolvit, juſte repetere poſſit, innuit *c.7.Matth.v.37.* junct. *Zyp.Notit. tit. de pæn.* At quid, ſi debitor totam ſummam debitam idoneo loco & tempore obtulit? Liberatur à periculo ſortis. *l.30.l.39.l.7.2.D.de ſolut.* Diſſ. *Tiraquel.de retr.conv. §.4.gloſs.6.n.7.Hartm.Hartm.tit.28.obſ.pract.obſ.1.* Sed non ſiſtitur curſus uſurarum, nec plena contingit liberatio, niſi poſt oblationem ſequuta ſit obſignatio ac depoſitio. *l.9.C.de ſolut.l.illud 17.D.de peric.& comm.rei vend.l.1.§.ult.D.de uſur.l.7.& l.41. §1.D.eod.Ant.Fabr. ad lib.8.Cod.tit.30.def.7.* Diſſ. *Molin.q.39.n.296.& q.41.n.135.de uſur.Goedd.c.12. de cont.& comm.ſtip.concl.4.n.31.& ſeqq.*

XI. Sed diſquiritur, an debitor ſaltem invito creditori ante diem ſolvere poſſit? Nos affirmantibus de jure Romano adſtipulamur. *l.ſtipul.38.§.26.D. de V.O.l.137.§.2.verſ. nam & quod.D.eod.l.70 D.de ſolut.* Diſſ. *Cujac.in d.l.38.Borch.de V.O.cap.6.n.33. Bocer. claſſ.1.diſp.16.theſ.54.Æmil.Ferret.ad d.l.38.* quorum ſententia ex ſimplici jure gent. verior eſt. Deinde creditori ſic iniqua conditio offerretur, quia res ſoluta interim per furtum ſubtrahi poteſt. Quid, ſi per errorem ante diem ſolverit, poteſtne repetere? Non poteſt. *l.10.de condict. indeb.* Sed *d.l.10.* Moribus nequaquã ſervandam exiſtimo, quia probabilis ignorantia excuſat, & revera etiam necdum debuit. Adde *Joan.à Sande lib.3.t.16.def.1.* Quod maxime locum habet ratione interuſurii, quamvis etiã *d.l.10.* uſum haberet. *§.10.Inſt.mand.* junct. *l.14.D.cond.indeb.* Diſſ. vide apud *Buſ. ad d.l.10. Arum.exercit.16. theſ.5.*

XII. Ad §.1. & 2. quæritur, an acceptilatio juris civilis ſit? Aff: *d.§.1.& 2.h.t,l.147.D.de ſolut.l.1.D de*

*accept.* Diff. *Ferret.* & *Alii in l.1.D.de V.O.* Moribus, ut nullus est usus stipulationis, ita nec aceeptilationis; ideoque etiam nulla hodie differentia est inter acceptilationem & pactum de non peteudo. Confer. *Gudelin. de jure noviss. lib.3.c.5.* & *disp. nostr.16. thes.3.* Cessant itaque quæstiones, an simplex acceptilatio sit species actus legitimi? An & cur acceptilatio diem non recipiat? An inutilis acceptilatio vim pacti habeat? Vide *Arum.d.exercit.thes.* 12. & 12. *Hotom. illust.quæst.*34. Plures quæstiones de solut. & liber. cum reb. judicat. vide apud *Ant. Fab.ad lib.* 1. *Cod.tit.*20.*def.*1. & *seqq. plur.*

XIII. Ad §. 3. nimis operose disputant *DD.* an olim per pœnæ stipulationem prior obligatio novetur? an in certis quibusdam casibus animus novandi exprimi debuerit? quia jure novo non intelligitur facta novatio, nisi contrahentes expresserint, se novandi animo convenisse. *d.§.3. h.t.l.ult.C.de novat.* Vide *Arum.exerc.thes.*15.16.*Tim.Fab.d.disp.thes.*8. Sed ut Imperatorem nostrum vindicemus à sordida & falsa quadam imperitia & absurditate. *arg.l.*19.*D. de ll.* & *SCtis* dicendum est, eam non solum novationem esse inter contrahentes expressam, quæ verbis exprimitur; sed etiam, quæ perspicuo facto & verisimilibus conjecturis exprimitur. Quippe voluntas non tantum verbis, sed etiam facto declaratur. *l.*25.*D. de testam. milit.* Atque ita in Camera Imper. & multis aliis locis usu receptum esse, testis est *Heig.ad d. §.3. Vinn. ibid.n.7. Mant.decis.*36.*n.*2. Diss. vide apud *Fachin.3.c.92.Hæn.d.disp.q.ult.Treutl.disp.thes.9.lit.f. volum.*2. Quod si neutro modo animus novandi expressus est, ne quidem ope exceptionis facta novatio censetur. *d.l.ult.pr.de novat.* Adde *Fachin.3.cap.*91. Diss. vide apud *Eund.d.loc.Tim.Fabr.d.thes.8.Gail.*2. *obs.*30. Plures res judicatas circa *novat.* & *delegat.* vide

vide apud *Ant. Fab. ad lib.* 8. *C. tit.* 29. *def.* 1. *& seqq.*

XIV. Ad §. *ult.* obligationes solo consensu contractæ contrario dissensu ipso jure, re scil: adhuc integra, dissolvuntur. *d. §. ult. h. t. l.* 95. §. 4. *de solut. l.* 35. *de R. J.* nec obstat *l.* 17. §. 2. *D. de pact.* quia illic duo pacta sunt, quorum prius posteriore ideo tantum ope exceptionis eliditur, non ipso jure; quia in pactis factum versatur. *l.* 27. §. 2. *D. eod. DD. aliter*, ut videre est, apud *Cuj. ad d. l.* 17. *Bacchov. ad d. §. ult. h. t. Ant. Matth. ibid.* Quid, si post emptionem perfectam hinc inde pretium & res restituantur? Dixerim, novam venditionem contractã esse. *l. ad empt.* 58. *in fin. D. de pact. l.* 2. *C. quand. lic. ab empt.* & idcirco novas gabellas præstandas esse. Diss. *Gloss. Bartol. Sichard. & Alii in d. l.* 2. quos sequitur *Schneid. ad d §. ult. n.* 2.

## DISPUTATIO JURIDICA VIGESIMA-SECUNDA

## *DE OBLIGATIONIBUS QUÆ Ex delictis & quasi ex delictis nascuntur.*

Ad Tit. 1. 2. 3. 4. & 5. Inst. Lib. 4.

*Resp.* Hummone Huninga ab Oostwalt *Groen-Fris.*

I. AD *pr. tit.* 1. quæritur, an furtum hodie ex Constit. Caroli V. pertineat ad judicium publicum, an verò privatum, seu extraordinarium? Prius affirmo, quia dicta Constitutio directe respicit utilitatem publicam. Quinimò Moribus omnis delicti persecutio ad judicium publicum spectat, sola actione injuriarum excepta, quæ & à privato moveri potest. Vide & *Vinn. ad §. 1. tit. seq. &*

*t.ult.§.1.lib.4.& Schultz.ad t.de injur.Argentr.12.ad Consuet Britan.art.274.* Diss. vide apud *Harpr.ad d.pr.n.37.& seqq.*

II. Ad §.1. quæritur, an liber sit à fraudulosa contrectatione, atq; adeo crimine furti, qui urgente fame esculenta abstulit? Aff: quia in casu necessitatis õnia sunt communia, & animus lucrandi abesse intelligitur. *Matt.12.Act.4.v.32.Prov.c.6.v.36.& 31.c.36.de consec.dist.5.& arg.l.1.D.de bon.eor.qui ante sent.* Diss. *Rober.disp.19.th.4.Dan.l.2.Eth.Christ.c.15. Matth. Steph.cent.4.q.2.Riemer.decad.12.q.illust.4.* Quin tamen æstimationem eorum aut similia restituere teneatur, si ad pinguiorem pervenerit fortunam, nullus dubito. *arg.l.206.de R.I.* Vide *Grot. de jure belli & pac.lib.2.c.2 §.6.& seqq.* Diss. vide apud *Harpr. ad d.§.1.n.22.* Præterea hic quæritur, an furtum lege naturali seu natura probrum sit? Aff: quatenus per naturam intelligimus rationẽ naturalem seu ratiocinationem, quæ opponitur civili. *l.42,de V. S. & d.§.1.* Opus enim hic est ratiocinatione, qua distinctio dominiorum jure gent. introducta adprobatur, contra communionem bonorum, quæ quidem primò bona ratione nitebatur, sed postea tamen fortiori discursu mentis recte abrogata est, quod multas lites, jurgia & homicidia creabat. *l. 5. de justit. & jur junct. c.20.Exod. v.15.Levit. 19.v.18.1.Cor.6.v. 20. Gell.11.c.11.DD.vulgo aliter,* ut apud *Harpr. hic n.52. & seqq. Vinn.Hænon.disp.18.q.1.* videre est.

III Ad §.2. quæritur, an furtum dicatur à ferendo? Aff: per *d.§.2.& l.1.pr.D.de furt.* Quod & Jure divino confirmatur. *Exod.c.22.* Hinc & Moribus, nec creditor qui usus est pignore, nec depositarius, qui usus est re deposita, nec commodatarius, qui aliter re commodata usus est, quàm cujus gratia utenda data erat, furtum committit; quia rem non abstulit; ideoque

que tantum datur actio ad id quod intereſt. *Zyp in notit.jur.Belg.tit. de furt.* Diſſ. *Alii aliter*, quos vide apud *Treutl.diſp.30.theſ.1.lit b.vol.2.Ant.Matt.diſp. de privat.delict.theſ.25.*

IV Ad §.3. & 4. quæritur, an ſola viſio, vel viſio cum clamore furem faciat manifeſtum? Negatur, ſed requiritur, ut deprehenſus ſit; vel ſaltem conatus interceſſerit ad comprehendendum. *l.3.&l.7 §.1.ſeqq. D.h.t.* Diſſ. *DD.Varie*, quos videre licet apud *Harp. ad dd.§§.n.4.Baron.Hotom*, & *Aliosibid.Cujac.l.11. obſ.38.Tim.Fab.diſp.26.theſ.3.* Sin quis furem occidere maluit, quàm adprehendere, tenetur Cornelia. *l.5.pr.C.ad l.Aquil.* niſi cum clamore diurnum occiderit, qui ſe telo defendebat; aut nocturnum cum clamore, ſeu cui aliter parcere non poterat. *l 4. §. 1.D. eod.junct.l.9.D.ad l.Cornel.de ſicar.* Quod juri Divino conſonans eſt. *Exod.22.* Diſſ. *Cujac.14.obſ. c. 15* & *Alii aliter.* Vide *Arum.diſp.10.theſ.1.* Receptatores furum eadem pœna affiiciuntur, qua ipſi fures. *l. 14 C.ad l.Fab.de plag.* Diſſ. *Gloſſ.Bart.* & *Alberic. in l.1.D. de recept.* quorum ſententia haud injuſte tamen in foro ſervatur, quia mitiori pœna digni ſunt, qui minus graviter deliquerunt. Porrò hic quæritur, an rem furtivam in alienis ædibus perquirere liceat? Aff: ſi ſubſint indicia & probabilis ſuſpicio. *arg.l.51. §.1.D.ad l.Aquil.Schneid.ad.d.§.4.* Diſſ. *Abb.in c.qui cum fur.n.6.hic.* & *vulgo DD.* teſte *Claro. d. §. n. 3.* Poſtremò & hic diſquiritur, num re furtiva apud aliquem reperta, judex ſatis ſufficiens indicium habeat ad torturam? Nos ex ſacti circumſtantiis & perſonæ ſtatu hoc determinandum arbitramur. *arg. l. 10. §.5.D.de quæſt. Clar. in §.fin.q.21.n.41.* Diſſ. *Lud.Roman.ſing.323.Kirchov. comm. opin. cent.2. concl. 62. Hippol. de Marſil.in pract.crim.§.diligat.n.92.*

V Ad §.5. quæritur, an actio furti manifeſti ſit ex jure

ure prætorio, actio vero furti nec manifesti ex Lege 12. tabul.? Aff: *per pr. Inst. de perpet. & tem. act. in fin.* Diss. vide apud *Hænon. disp.* 18. *q.* 6. Moribus utrumque furtum capitale est, si ter quater ve quis furatus est, turbator pacis publicæ, vagabundus, & in quo nulla emendationis spes superest. Alias fur non manifestus mitius puniri solet, quam manifestus. *Carol.* 5. *P. H. O. cap.* 157. Ex his apparet, pecuniariam pœnam recte mutatam esse in capitalem. Adde *lib.* 2. *Reg. cap.* 12. *vers.* 5. *Jos. cap.* 7. *vers.* 24. *& seq.* Dissent. *Theologi & ICti complures*, quos vide sis apud *Ioann. à Sande lib.* 5. *titul.* 9. *def.* 9. *Harp. ad h. §. n.* 8. *& seqq. Hænon. d. disp. q.* 7. Ex iisdem requisitis satis superque etiam constat, furem ob unicum & simplex furtum (licet ingens & enorme) laqueo puniri non posse. Adde *l.* 11. *& pen. de pœn.* junct. *nov.* 134. *c. ult.* Diss. vide apud *Harp. ad. h. §. n.* 56. Sed quid, si tria distincta furta perpetrata sunt in diversis territoriis? Puniuntur ultimo supplicio, juxta *d. art.* 157. junct. *l.* 8. *de Publ. in rem act. Gomez. tom.* 3. *var. resol. c.* 5. *n.* 8. Diss. *Alexand. cons.* 71. *p.* 2. *Soaz. in comm. opin. verb. fur. Viv. lib.* 2. *comm. opin. verb. judex domicil.* Quod tamen ita accipi velim, ut ob primũ & secundum furtum jam punitus sit. *arg. l. capitales* 28. *§.* 3. *D. de pœn. Chass. ad consuetud. Burgund. rub.* 1. *§.* 5. *verb. quod si incidat. n.* 1. *Harpr. hic. n.* 69. Diss. vide apud *Eund. d. loc.* Sed non, nisi in loco delicti puniri debet, quamvis alibi cum re furtiva adprehensus sit; quia & ratio naturalis & civilis hoc docent, ut quis puniatur ad exemplum, ubi deliquit & se obligavit. Adde *l.* 7. *de custod. & exhib.* quæ sententia etiam communior est, teste *Fachin.* 9. *cap.* 19. Diss. Plurimi, quos refert *Fachin. d. loc. & Harp. hic, n.* 83. quosque & Mores sæpius sequuntur. *Gail.* 1. *de pac. publ. c.* 16. Haud aliena hic & illa quæstio, an fur ru-

rupto laqueo, denuo sit strangulandus, donec mors sequatur? Aff: *arg.l.ingen.25.D.de stat.hom.& l.1.in fin.de quæst.Const. Carol.* 5. *art.*163. Diss. vide apud *Harp.hic.n.*86.*Hænon.d.disp.qu.* 11. *Treutl. disp.* 30. *vol.*2.*thes.* 3. *lit. g.* Idem judicium esto de puella vel meretrice, quæ petit surem in maritum. *Paul. de Castro in l.*3.*C.de Episc.aud.* Diss.vide apud *Harp.ad d. n.§.n.*92.*& Hænon.d.loc.*

VI Ad §. 6. & 8. quæritur, an creditor, qui rem sibi debitam vel aliam ei æquivalentem clam sive furtive sustulit, furtum committat? Dixerim, proprie furtum non committi, quia nec rem alienam proprie amovet, nec lucri faciendi gratia amovet. *d.§.*6. *& §.* 1.*Inst.h.t.arg.l.*14.*§.*1.*h.t.Soaretz.in thes.recept.lit.f. n.*298.Diss.vide apud *Treutl.d.disput.* 30.*thes.*1.*lit.e. Harp.hic.n.*8.*Hænon.d disp.q.* 12. Sed tenebitur tamen mulcta pecuniaria arbitrio judicis fisco applicanda.*Zyp.d.tract.tit.de vi & vi arm.in fin.*Sic etiam volente domino proprie furtum non committitur. *d.§.*8.*& l.*46.*§.*7.*D.de furt.* Sed contrectans punitur, ut supra.*Zyp.d.loc.* Diss.*DD.Alii aliter*,ut videre est apud *Hænon.d.disp.q.*13.*Bachov.& Vinn.hic.*

VII. Ad §. 10. quæritur, an debitor, qui pignus creditori subtraxit, liberetur pœna furti, si paratus sit ipsum debitum solvere? Neg: *arg.l qui ea mente* 65. *D.h.t.& l.*45.*D.pro soc.* Diss.*Bart.in l.*66. *&* 79. *D. h.t.* Moribus puniretur pœna arbitraria, ut constat ex *thes.*1 .*&* 6. nisi dicamus, voluisse debitorem ex bonis creditoris auferre, ut sibi luctum faceret, & pignus repeteret.

VIII. Ad §.11. quæritur, an & ille furti teneatur, cujus consilio furtum factum est? Neg: nisi consilium fuerit instructum, & ipsa contrectatio secuta. *l.* 36.*l.*50.*§.*3.*& l.*52.*§.*19.*h.tit.* Diss. *DD.varii varie*, quos vide apud *Harp.hic.n.*3.*seqq.& Hænon.d. disp.*

q.

*q.*15. Moribus puniretur ut ſupra. Adde *Treutl. dict. diſp.*30.*theſ.*3.*lit.d.*

Ad §.12. quæritur, an Moribus famulus, ſeu mercenarius, ſeu tabularius pecuniam ad alium perferendam in ſuos uſus convertens, faciat furtum? Aff: niſi probet, ſe non lucrandi animo feciſſe. Quare habita ratione perſonarum & probationum, leviorem pœnam adhibendam cenſeo. *d.Conſt.Carol.* 5. *& d. Rub.*39.*Tuld.hic.c.*2. Diſſ. vide apud *Harp.hic. n.* 20. *& Schultz.ad h.t.lit.m.*

IX. Ad §.18. quæritur, an hodie pubes minor tamen 25. annis, poſſit furca ſuſpendi propter furta? Puto hanc cauſam committendam arbitrio judicis, ſed ita tamen, ut judex in caſu dubio clementiam potius, quam rigorem commendatum cogitet. *Matt.* 5. *& arg.l.auxil.*37.§.1.*D.minor. & l.ſi minor* 36. *ad l. Jul. de adult.* Pubertati vero proximum nullo modo puniri poſſe capitaliter, ſtatuo; quia vix deliberato animo, ſed potius impulſu aliorum deliquiſſe videtur. *Gomez.*3.*reſol.*1.*n.*63.*Clar.*§. *ult. q.* 60. Diſſ. vide apud *Eosd.& Harpr.hic.n.*9.*& Vinn.n.*3.

X. Ad §.*ult.* quæritur, an condictio furtiva adverſus heredes furis detur in ſolidum? Aff: *per h.§.n.l.* 7.§.*fin.& l.*9.*D.de condict.furt.* Diſſ. vide apud *Fachin.*9.*c.*5. Jure Canonico idem conſtitutum eſt circa actiones pœnales, etſi lis ſuper illis non ſit conteſtata, nec quidquam ex delicto defuncti ad heredes pervenerit. *c.ult. ibique Gloſſ.& DD.de ſepult.c.*5.*de raptor.* Quod & Mores in foro etiam Cæſareo recte ſequuntur, quia bona defuncti pro reparatione damni obligata intelliguntur. Adde *l.*206.*de R.J.* Quamobrem omnes actiones pœnales rei perſecutoriæ factæ dicuntur, excepta actione injuriar. *Chriſtin.vol.* 3.*deciſ.*22.*n.*2.*& ſeqq.Vinn.ad tit.Inſt.de perp.& temp. act.Gudelin.lib.*3.*c.*13.

XI. Ad *pr.tit.2.* quæritur, an bon. raptor quoque actione furti manifesti conveniri queat? Neg: nisi in ipsa rapina deprehensus sit. *l.3.l.52. §.ult.D.de furt. & l.1.D.h.t.Myns.Ant.Mat.Giph.hic.*Diss.vide apud *Harpr.ad d.pr.n.11.&Hæn.d.disp.12.q.19.* Deterior autē conditio raptoris quā furis manifesti in eo est, quod raptor semper in quadruplum cōdemnetur, sive in ipsa rapina deprehensus sit, sive non: fur autem non sit manifestus, nisi in ipso furto adprehensus est. *d.l.3* junct. *h.pr.* Ad hæc raptor ex l.Jul.de vi pub.vel priv. tenetur. *tot.tit D ad l. Iul. de vi priv. & publ.* Denique ex Const. Principum *§.h.t.& l.7.C.unde.vi* Diss. *DD.varie,* quos vide apud *Harpr.d.loc.& Hænon.d.disp.q.20.* Moribus raptor, præsertim violentior, ultimo supplicio punitur. *d.Const.Caroli art.129.* & res rapta, (ut & res furtiva) pristino domino restituitur. *d.const.art.207.Schneid.ad §.fin.tit.1.Treutl. disp. 30.thes.4.*

XII. Ad §.1. quæritur, an Constitutio hujus §. 1. *& d.l.7.C.unde vi* Consuetudine abrogata sit? Alii ajunt, alii negant, ut videre est apud *Harpr. hic.n. 4. Vinn. ibid. n.2. & Tholosan.lib.22.c.5.n.3.* Ut ut sit, antiquata esse debet, ne quis ex errore vel delicto alterius sentiat lucrum & justum titulum adquirendi. Puniatur itaque temeritas errantis vel delinquentis, sed domino reddatur res sua. *Christin.vol.3.decis.15.* Quæ cum ita sint, frustra hic quæritur, an rusticus, mulier, similesque personæ præfatæ pœnæ subjaceant. Item an sententia Judicis opus sit? Item an *d. const.* pertineat ad filiumf. qui possessorem de bonis adventitiis dejecit? Vide tamen *Harpr.ad tit.de interd.§.6.n.40.& seqq.* Vide hic *Schneid.& Harp.*

XIII. Ad §. 6.*tit.3.* quæritur, an ille, qui ab armato petatur, teneatur fugere? Tenetur, si sine discrimine vitæ fugere potest. Quod si tamen hoc casu

non

non fugeret, noxius damni dati erit. *d.* §.2. *& l. scient.*45.§.4.*D.eod.* Rationem elegantem reddit *Balduin.ad d.*§.2. Vide & *Schultz. ad h.t. late* Diss. *Tim. Fab.disp.*26.*thes.Wesemb.ad d.*§.2.

Ad §.7.*&* 13. quæritur, an *dd.*§§. etiam procedant in aliis Doctoribus, Consiliariis & Advocatis? Neg: *arg.l.*2.§.*fin.D.mand.& l.*47.*de R.J.* Deinde *dd.* §§. non procedunt, nisi quando damnum datum est in corpore, quod vel peremptum est, vel vulneratum, vel deterius factum; quod de supradictis personis dici nequit. Adde *l.*6.§.7.*D.de offic.Præsid.l.*27.§. 29. *D.h.t.& l.*9.§.5.*D.locat.* Sed quin in hos propter sordidam quandam imperitiam subsidiaria in factum actio dari possit, nullus ambigo. *Bacchov. in not.ad Treutl.pag.*709.*vol.*1. Diss. vide *ibid. & apud.Harpr. in* §.7.*n.*5. *& Hænon.disp.*17.*q.*9.

XIV. Ad §.9.quæritur, an actio l.Aquil. saltem in heredes detur,quatenus est rei persecutoria? Negat: *l.inde Nerat.*23.§.8.*D.h.t.l.*4.§.*ult. & ll.seqq.D. de alienat.jud.mut.caus.fact.* Diss. vide apud *Ant. Fabr. de error pragmat.docad.*76.*err.*8.*Harpr. inpr.tit*1.*n.* 35.*& Fachin.*9.*c.*5. quos Mores sequuntur.Ratio est in *thes.*10.*&* 12. Adde *Vinn.ad d.*§.9.*& Gudelin lib.* 3.*c.*13.*Wurms.pract.forens.lib.*1.*miscel.obs.* 3.

Ad §.10. quæritur, an illud interesse, quod hic ex interpretatione legis aliquando præstandum est, possit excedere duplum rei peremptæ vel deterioratæ, non obstante *l.un.C.de sent.quæ pro eo quod int. prof.* Aff: quia *l.un.*duntaxat loquitur de casibus, qui certam habent quantitatem vel naturam.*d.l.un.*Huic accedunt ll. generales, quibus evincitur, eum qui ex delicto tenetur ad interesse, in totum interesse condemnandum esse. *l.*13.*pr.D.de act.empt.l.*22. *&* 23.*D.h.t.l.*6.*de vi & vi.arm.* Imò Moribus in omnibus casibus totum verum interesse præstandum est.

*Zyp.*

*Zyp. d. tract. tit. de empt. & vend.* Diss. à thesi *DD. comm.* teste *Harpr. ad d.* §.10.*n*.3.

XV. Ad §.11. quæritur, an occiso homine libero, uxor ejus & liberi utili saltem actione l. Aquil. agere queant nomine corporis interempti, quo nunc carent & imposterum carituri sunt? Alii affirmant, Alii negant, ut videre est apud *Treutl. vol.* 1. *disp.* 18. *thes.* 10. *lit. g. Harpr. ad* §.10. *n.* 11. *Schultz. ibid.* Moribus certum est, omne damnum homini datum, etiam casu fortuito, reparandum esse. *d. thes.* 10. & 15. eòque & deformitatis & dolorum ratio habetur. *Grot.* 3. *Introduct. Jurisp. Holl. c.* 33. & 34. *Bus. & Costal. ad l.* 3. *D. si quadrup. paup. Vinn. ad pr. Inst h. t. Christ. vol.* 2. *decis.* 178.

XVI. Ad §.14. quærit. an & ille culpæ reus sit, qui incendii arcendi causa vicinas ædes demolitus est? Aff: nisi incendium ad eas jam pervenerat, & aliâs perituræ fuissent *l.* 5. *D. quod met. caus. junct. l.* 7. §.4. *D. quod vi aut clam.* Diss. vide apud *Harpr. hic n.* 6. *Gail.* 2. *obs.* 22. *n.* 3. Sed si domnus nondum ardens, aut incensa quidem, sed quæ facili diligentia potuit salvari, destructa sit, communibus impensis viciniæ hoc damnum resarciendum judico. *arg. l.* 1. & 2. *D. ad l. Rhod. de jact.* & *l.* 14. *D. de condict. indeb. Gail. d. obs. n.* 5. Diss. vide *ibid & apud Harp. d. loc. Hænon. d. disp. q.* 23. Ad plerasque præcedentes & alias quæstiones vide *Christin. decis.* 178. *vol.* 2.

XVII. Ad §.1. *t.* 4. quær. an actio injur Christ. licita sit? Aff: vide *Tim. Fab. hic disp. anniv.* Item quæritur, an veritas? convitii injur. excuset? Neg: *l.* 3. §.1. *D. h. t. l.* 3. *C. de offic. rect. pro. Joan a Sande lib.* 5. *tit.* 9. *def.* 7. nisi tale objectum sit crimen, quod Reipub interest, ut puniatur, *l. eum qui* 18. *pr. D. eod.* & nisi probet injurians, se non convitii consilio dixisse. *l.* 5. *C. eod.* quæ distinctio passim in judicando servatur.

*Christin.vol.4.dec.*202.*n.*32.*Ioan.à Sande lib.*5.*tit.*8. *def.*7.*Bus.ad l.*18.*D.de injur.Gail.*2.*obs.*99. Diss.vide apud *Fach.*9.*c.*10.*Harpr.hic n.*101.*Hœnon d.disp q.* 27. Sed quid, si protestatio præmissa, aut statim sequuta sit? tenebitur tamen injuriarum, quum sit protestatio ipsi actui contraria. *d.l.*3. atque ita etiam pronunciari solet, *Gail.* 2.*obs* 101.*n.*1.*Guid. Pap. decis.*465.*Ant.Fab.ad lib.*9.*Cod.tit.*20.*def.*10.& 12.*Papon.lib.*8. *tit.* 2. *arrest.* 15. nisi protestatio illa vim pœnitentiæ habeat, quo casu saltem palinodiæ non erit locus. *arg.l.*7.§.*pen.D.ad l.Iul.majest.* Vide *Ioan. à Sande d.lib.*8.*def.*8.*DD.vulgo aliter.* Quid, si honoris sui conservandi gratia dixit, tu mentiris? Nō tenebitur, quia se purgare ac defendere voluit.*d. l.*3.§.1.*h.t.l.*25.*D.de procurat.l.*14.§.6.*D. de bon. libert.*& *DD.comm.Mynf.cent.*5.*obs.*17. Sed an hæc sententia juri Divino conveniat, vehementer dubito, propter *c.*3.*v.*9.*Petr.*1.*Matth.*5.*Rom.* 12. Vide quoque *Clar. in §.quæro etiam. vers.injur.Bus.ad dict.l.* 18. *de injur.* Circa famosum libellum (quem nos vulgo pasquillum vocamus) multæ & variæ sunt DD. sententiæ ad *l.*5.§.9.*D.h.t.*& *l.un.C. de famos. libell.* Sed quoniam jure Canon, pœna mitigata est.*c.*1.& 3. *caus.*5.*q.*1. Moribusq; pœnæ in arbitrio judicis sunt. *Zyp.de notit.jur.Belg.tit.de pœn.* frustra hic longe lateque exciterentur. Vide tamen *Perez.ad lib.*9.*Cod. tit.*36.*n.*5.*Harpr.hic.n.*157.& *seqq.*& *Vinn.n.* 7. *Tholosan.syntagm. lib.*38.*c.*6. ubi Constit.Carol.V. refert.

XVIII. Ad §.10. quæritur, an ille, qui injuriarum nomine civiliter egit, possit nihilominus criminaliter agere, & vice versa? Negatur, quia utraque actio est ad vindictam. *l.*6.*l.*7.§.1.*D.h.t.l.un.C. quand. civil. act.crim.* Idē dicendum de cæteris delictis privatis. *l. interd.* 56.§.1.*D.de furt.* junct.*l.*14.*D. de accusat.l.*41.*in fin.de pœn. Bart.ad d.l.un.Gail.*1.*obs.* 65.

Diss.

Diss. *Gomez. 3.resol. c.5. n. 4. Bronch. cent. 4. ass. 67. Treutl. disp. 18. thes. ult.* Confer *Fachin. 9.c.2.* Ex his aperte liquet, actionem ad palinodiam esse civilem, ac cumulari posse, vel cum actione civili injuriar. vel criminali; quia illa tendit ad restitutionem honoris, hæc ad vindictam. *Gail. d. obs.* Adde *Schultz. ad h. t. lit. f. Myns. cent. 2. obs. 98. Hartm. Hartm. tit. 49. de injur. obs. 3. Wurms. lib. 1. tit. 47. obs. 8.* ubi ita judicatum refert. Diss. vide apud *Hænon. d. disp. q. 33.*

XIX. Ad § *ult.* quæritur, an sola dissimulatione actio injur. exstincta intelligatur? Aff: *per d. § ult. & l. 18. §. 1. D. eod.* Diss. *Hotom.* Quæritur itidem, an actio injuriar. ex l. Corn. descendens etiam annalis sit, an perpetua? Aff: posterius. *arg. pr. Inst. de perpet. & temp. act.* junct. *l. ita vulneratus 51. ad l. Aquil. & DD. comm.* quos res judicatæ comprobant. *Mynsing. cent. 1. obs. 84. Joan. à Sande lib. 5. tit. 8. def. 3. Neostad. decis. 13.* Diss. vide apud *Fachin. 9. c. 7. Christin. decis. 202. vol. 4. Hænon. d. disp. qu. 32.* Sed injuria scripta anno terminatur. *l. 5. C. h. t. Fachin. 9. c. 9.* Vide tamen ad hanc & præcedent. quæstiouem *Schultz. ad h. t. lit. i. Wurmser. pract. forens. lib. 1. tit. 47. obs. 1.* Diss. vide *ibid. & apud Gail. 2. obs. 104.* Intellige autem annum continuum à die illatæ injuriæ. *d. l. 5. & arg. l. ult. C. de dol. & l. 8. D. de his qui not. inf.* quæ sentẽtia usu quoque forensi recepta est, teste *Vinn. hic. n. 5.* Diss, *Gail. 2. obs. 105. Vinn. d. loc. & plures*, quos recenset *Fach. 9. c. 8.*

XX. Ad *pr. tit. 5.* quæritur, quæ sit ratio differentiæ, cur judex propter imperitiam suam tantum ex quasi delicto teneatur, medicus ex vero? Præter rationes in *thes. 13.* allatas, reddi & hæc potest, quod judex vel invitus publica auctoritate ad munus judicandi vocetur. *DD. Alii aliter.* Moribus nec errata Medicorum, nec Judicum in jus vocantur, teste *Tuldeno hic c. 1. & Vinn. ibid.* quos probo, quia Medicina

ars conjecturalis est, in qua vel ipse Æsculapius barbatus sæpius errat; quod tamen nolim dictum in contemptum Artis necessariæ & utilis. Ratio pro judicibus jam dicta est, cui & illa accedit, quod illorum errori alio juris remedio occurrere licet. Quid, si judex contra communem DD. opinionem judicavit? Vide *Harp.& Schultz.ad h.t.*

## DISPUTATIO JURIDICA

### VIGESIMA TERTIA

## *DE ACTIONIBVS.*

### Ad Titul. 6. Instit. Lib. 4.

*Resp.* ADOLPHO HENRICO RIPPERDA *Geldr.*

I. AD *pr.tit.* quæritur, an actiones, id est jura persequendi in judicio, quod debetur, proficiscantur ex jure Gentium, an ex jure Civili? Prius affirmo ex definit. juris. gent. §. 1. *Inst.de jur.nat.gent.* junct. *l.1.§.ult.l.5.& 9.D. de just.& Iur.* Sed modus varius agendi à jure civili inventus seu additus est. *l.2.§.6.his leg.D.de orig.jur.* junct. *l.6. D. de Iustit.& jur.* Diss. *DD.Comm.& Alii aliter*, ut ut videre licet apud *Harpr. ad d.pr. n. 17. Hænon. disp.19.q.1.Tim.Fab.in disp.anniver∫.27.thes.1 & 5.* Item quæritur, an sub definitione actionis tam personalis quam realis comprehendatur? Aff: per *l.pecuniæ 178.§.ult.de V.S.* junct. *§. 1.Inst.h.t. & l.25.& 28.D.de O.& A.* Diss. Vide apud *Bronch.cent. 4. ass. 30. Hænon.d.disp.d.q.lit h.* Quid de actionibus popularibus? Etiam continentur. §, 12. *pœnal.h.t. & tot. tit.de popular.act.* junct. *l.12.de V.S.* & pœna applicatur actori, præsertim si ejus privatim intersit. *d.§.12. l.5.§ 5.hæc act.D.de his qui effud.l.ult.D.de litig.l.3.*

ed

*de sepulchr.viol.l.12.de V.S.l.7.& 9.D·de jurisd.* nisi à Prætore aliter cautum reeperiatur, ut in *l.25.§.ult. D.ad SC.Syllan.* Diss. *DD. varie*, quos vide apud *Treutl.vol.1.disp.4.thes.9. & ibi Bacchov. Hænon. d. d.disp.q.1.lit.b.Bronch.cent.4.ass.* 69. Moribus actiones populares non sunt in usu, sed Prætor agit nomine populi, unde partem pœnæ sibi retinet, partem publico ærario infert. Vide etiam *Gudel.lib.4.c. 1.in fin.* Quod Christianis non liceat actiones & judicia exercere, stolide putant Anabaptistæ. *Rom.* 13.

II. Ad §.1. quæritur, an prima divisio actionis in duo genera, scilicet in rem & personam, mutila sit, si agnoscantur vel actiones mixtæ, vel in rem scriptæ? Negatur, quia hîc duntaxat summa & principalis distributio proponitur, & a parte principaliori fit denominatio. Pleræqne enim actiones aut in rem sunt, aut in personam, paucæ sunt mixtæ. *d.§.1. & l.25.D.deO.& A.junct* §.20.*Inst.h.t.* Actiones in rem scriptæ personales sunt. §.*præterea* 31.*h.t. junct.l.9.* §.8.*D.quod met.caus.DD.Alii aliter.* An verò dentur actiones mixtæ, vide in *d.*§.20.*h.t.* Quæritur autem hîc, an per illa verba, *& aliis quibusdam modis*, designentur qnasi contractus & quasi delicta? an actiones in factum? an actio commodati, depositi, pignoratitia? Quod libet. Dissent. *DD. varie.* Vide *Tim.Fab.d.disp.th.3.Vinn.hic.n.19.* Porrò quæritur, an institutâ rei vindicatione, possessor teneatur asserere, se esse dominum rei possessæ? Negatur, *arg.l. 4.C.de edend.l.ult.C. de R.V.* Diss. vide apud *Hænon. d.disp.q.3.lit.a.Arum.ad.l.73.de R.V.* Quæritur denique, an prӕter actionē confessoriam & negatoriam aliâ vindicatione res incorporales vidicentur? Aff. *arg. rubr.si serv.vindic.&l.1.& 2.D eod.Vultej.hic. n.* 27. Diss. vide apud *Hænon.d.disp.q.2.lit.b.* Usum vide apud *Bus.ad.l.2.D.si servit.vind.*

III. Ad §.2. quæritur, an etiam usufructuario competat vindicatio pro vindicanda servitute fundo fructuario debita? Nego, per *l.1.pr.& l.5.§.1.D.si usus-fr.pet.* imò non nisi procuratorio nomine novum opus nunciare potest. *l.1.§.ult.D.de nov. oper.nunt.* & sic intellige *l.1.§.4.D.de remiss.* scilicet, quòd usufructuarius habeat jus vindicandarum servitutum nuntiando novum opus procuratorio nomine, aut saltem quod fructuarius possit vindicare ut nũciare scil: procuratorio nomine, vel quod Sententia Iuliani in *d.l. un.* tantum narrattive referatur: vel quod in *d.l. un.* fructuario detur viudicatio servitutis scil: per consequentiam vindicãdo usumf.*d.l.1.& 5.DD.aliter*, quos vide sis apud *Bronch.cent.1.ass.90.Treutl.part. 1. disp,16.thes.7.tit.6.& ibi Bacchov.Cujac.1.obs.16. & Hæn.d.disp.19.q.2.lit.b.* An competat confessoria ei, qui prætendit jus altiùs ædes tollendi? Aff: *per h. §.nostr.& l.2.& 11.D.si usus fr.pet.junct. l.2.in pr. D.si servit.vindic.* Vide *disput.nost.6.the.5.* Diss. vide apud *Hænon.d.disp.q.2.lit.b.* An & ei, qui agit cum alio, ne tollat altius ædes suas, ne luminibus officiat? Aff: si hoc ex sententia verborum & re petita appareat.*l.2.in pr.& §.1.& l.4.§.7.D.si servit.vind.* Diss. vide apud *Hænon.d.loc.Vinn.ad h.§.2.num.4.* Postremò quæritur, quis sit ille unus casus, ubi ille qui possidet, partibus actoris fungatur? Sanè si attendere volumus, quâ mente quid dicatur, facilè quilibet animadvertet hic agi de eo casu, quando reus opponit exceptionem, quam probare debet. *l.19. D. de probat.* & ideo actor est, seu partes actoris obtinet.*l.1.D. de except.* Diss. *DD. Alii aliter.* Sed exiguus harum quæstionum usus est, quia hodie nomina actionum exprimere necessum non est.

IV Ad §.3.& 4. quæritur, num ei etiam actio Publiciana competat, qui justo errore seductus putavit, se

se ex justa causa accepisse? Distinguo cum *Accursio in l.7.§.2.D.de Puplic.in rem act.* Vide hic *Vinn. n.*10 *Hænon.d.disp.q.4.lit.a.* Jurene Canonico sublata hæc actio propter *c.ult.extr.de præscrip*? Negatur *arg.c.* 1.& 2.*de nov.oper.nuntiat.* & *l.27.C. de testament Schneid.hic n.*56. Diss. vide apud *Hænon.d.loc.* Quin Moribus vero domino Publiciana actio dari, & cum rei vindicatione cumulari possit, nullum est dubium. *Gail.*1.*obs.*62.*n.*5.*Bronch.cent.*1.*ass.*76.*Harpr.hic ad* §.4.*n.*18. An Publiciana detur contra eum, qui pro hærede possidet? Negatur *per tot.tit.pro hæred.vel poss.* quia pro hærede usucapere potest. *tot. tit. pro hæred.* junct. *l.*9. §.4.*D.de Publ in rem act.* Sed rectius meo judicio antiquior tanquam justior possessio restituenda ac defendenda esset. *arg.c. licèt extr. de probat.DD.aliter*, quos videre est apud *Harpr. ad d.* §.4.*n.*24 & 25.& *Hænon.d.disp.q.*4.

V. Ad § 5. quæritur, an actio usucapionem rescindens differat ab actione rescissoria? Aff. quia hæc in rem, illa in personam est, & ideo distinctim institui possunt. *l.*35.*in honorar.in fin.D. de O.* & *A.* Rescissoria perpetuo.*d.l.*35.*pr.* rescindens jure novo intra quadriennium.*l.ult. C.de temp. in integ.* Sed & cumulari posse, certo certius est. Quid? existimabimusne, Veteres JCt. fungos aut lapides fuisse? Disjunxisse, quæ optimo jure conjungi possunt? Sumptus injunxisse inutiles? Atque ita in foro servatur, teste *Vinn.hic.*& *Fabr.de error.pragm.decad.*7.*err.*1. *Imb.in enchirid.jur.Gall.lit.r.* Adde *disput.nost.* 11. *thes.*2.*DD.aliter*, quos vide apud *Harpr.ad.h.* § *n.* 7. *Vinn.n.*5.*Hænon.d.disp.q.*4.*lit.b.*

VI. Ad § 6. quæritur, utrum hic agatur de actione rescissoria in rem, an verò de Pauliana in personam? Prius statuo per *d.* § 6. Utique hic creditores missi sunt in possessionem bonor. jussu Prætoris, er-

go & in rem actio nata. *l. ult. C. de Prætor. pign.* eoque & perpetua est. *d. l. 35. & l. 4. C. de prescript.* 30. *ann.* & contra quemcunque possessorem competens. § 7. *h. t. & d. l. ult. C. de præt. pig.* Actio verò Pauliana personalis est. *arg. l. 1. § 26. D. si quid in fraud. patron.* 38. § 4. *de usur.* & datur etiam non missis creditoribus, modo debitor aliquid in fraudem creditorum alienavit. *l. 17. pr. § 1. D. quæ in fraud. cred.* Sed non datur nisi contra doli participem. *l. 1. l. 7. & 10. § 2. D. eod* donatarium, licet doli ignarum. *l. 6. § 11. D. eod. & l. pen. C. eod.* Diss. *DD. Alii aliter*, quos vide apud *Deckher. lib. 1. diss. 10. Hænon. d. disp. q. 4. lit. c. Ant. Matth. hic in not Harpr n. 3. & seqq. Vinn. ibid.* Plures quæstiones huc spectantes cum praxi vide apud *Joan. à Zande lib. 3. tit. 13.*

VII. Ad § 7. quæritur, an Serviana actio ad inquilium, qui bona sua expressim oppignoravit, referri queat? Nego *per h. § n.* ubi inter se opponuntur. Diss. *DD. comm. teste Harpr. hic. n. 1.* An ergo res iuvectæ & illatæ in prædium rusticum non æque oppignorantur tacite, ac invecta in prædium urbanum? Nequaquam. *l. 4. & 9. D. in quib. caus. pign.* Ratio differentiæ est in *l. 7. D. eod & l. 61. § 1. D. de furt.* Diss. *DD. comm. teste Treutl. disp. 29. th. 4. vol. 1.* quorũ tamen sententia nõ male Morib. recepta est in ovibus & bovibus, quoniam gramen Domini depasti ex alimentis alterius pigniores facti sunt. Ratio pro tacito pignore, quod inhæret reb. in prædium urban. illatis, hæc est; quod ibi custoditæ & asservatæ sunt. Hinc apparet & libros Studiosorũ tacite obligari pro mercede cubiculi. *d. l. 4. & 6. & l. 11. § 5. de pign. act.* quod Mores sequuntur. *Zyp. in notit. jur. Belg. tit. de execut. rei jud.* Diss. vide apud *Harpr. hic. n. 11. Hænon. d. q. 4. lit. e. Tholosan. in syntagm. lib. 22. c. 9.* Quando hodie supellex tacite obligata conseatur, vide apud *Bus.*

*Bus.ad.d.l.4.& Zyp.dict.tit.* An ſtatutum de pignore loquens etiam de hypotheca intelligatur, vide apud *Bus.ad l.1. de pignor. act.* ubi & uſum proponit. Plures quæſtiones cum uſu videbis apud *Ioan.a Sande.lib.3.tit.12.def.1.& ſeqq.*

VIII. Ad §.8. & 9. quæritur, an Conſtitutum ſit contractus, quum detur actio? Nego, ſed ajo eſſe nudum pactum. *l.1.pr.de conſt.pecun.& d.§.9.* Dat tamen ex eo actionem Prætor, quia hic duplex vinculum eſt, & priori obligationi altera accedit. *d.l.1. §.6. & ſeqq.* Sed nec inde ſequitur, jure prætorio ſemper ex pacto actionem dari. *l.7.§.1.D.de juſtit.& jur.* Diſſ. *DD.varie*, ut videre eſt apud *Harp.hic Hænon diſp.20.3.lit.a.* An conſtitutum accedere poſſit civili obligationi tantum? Civili, quæ infringitur per exceptionem, accedere non poteſt, ſed civili ex mera ratione civili introductæ accedere poteſt. *d.l.1.& l.3.§.1.eod.DD.aliter*, quos refert *Hænon.d.loc.*

IX. Ad §.11. quæritur, an actio ex jurejurãdo ſit ex contractu? Neg: ſed eſt tanquam ex pacto, quod factum eſt ſuper negotio præcedenti. *l.3.pr.& §.1. de jurejur.* Diſſ. vide apud *Hænon.d.q.3.lit.c.* De quo juramento ergo hic agitur? Duntaxat de voluntario, non tamen promiſſorio, ſed deciſorio, ut aperte conſtat ex hoc textu, & *l.17.l.28.§.ult.& l.34.§.ult.de jurejur.* Diſſ. *Harp.& Vinn.hic & plures Alii.* Poteſtne retractari? Nec hoc, nec judiciale. *l.admonendi 31. D.de jurejur.l.1.C.de reb.cred.* Ratio eſt in *l.1.quar.rer.act.* Diſſ. *Cujac 11.obſerv.35.* Quum Moribus omnes actiones concipiantur in factum, fruſtra hic ſunt ſolliciti Interpretes de actione, quæ ex jurejurando oritur. Antiquitatis Studioſos remitto ad *Buſ. in l.9.de jurejur. Mynſ.& Vinn.hic Donell.24.comm.9.* At cur Prætor hic nullam rationem habet perjurii? Cur merum de eo ſilentium Doct.? Plures quæſtio-

reb. judicatis illuſtratas, vide apud *Fab ad lib* 4 *Cod. tit* 1. *def.* 1. *& ſeqq.*

X. Ad § 12 quæritur, an vaſallus patronum abſque ſpeciali venia in jus vocare queat? Aff: *c.un circ. fin.de milit.vaſall.qui contum & c un.§ ult conſuetud. rect feud.* atque ita Moribus Germanorum & præjudiciis Cameræ obſervatur. *Borch. de feud.c.* 10. *n.*38. *Clar.in.§ feud.q.*25. Diſſ. vide apud *Hænon.dict.diſp.* 20.*q.*4. *lit. b.* Idem Mores Holland.admittunt circa vitricum & novercam. *Merul.lib.*4.*diſt.*5 *ſect.*1.*tit.* 4. *c.*12. Quinimo multi autumant, idem dicendum de ipſis parentibus naturalibus. *Gubelin.ad R.J.c.* 25. *n.* 16.*Zyp.d.tract.tit. de in jus voc.* Et ſane, quid opus hic venia in re licita? quid meretur pœnam, quod divina lege fit permittente? inutiles ergo hic moventur quæſtiones de patria, patre ſpirituali, ſocero, ſocru, præceptore, diſſoluta affinitate & durante, citatione reali & verbali. Vide *Vinn. hic & Tulden.ad tit. Inſt.de pœn.tem.litigant.Schultz.ad h.t.lit.l*

XI Ad §.13. quæritur, an actiones præjudiciales ſint in rem, an in perſonam? Reſp: nec proprie in rem ſunt, quia in iis non petitur aliquid reſtitui; nec proprie in perſonam; quia nihil petitur quod debetur ex contractu. Sed tamen magis in rem ſunt quam in perſonam, quippe vindicamus quod noſtrum eſt, & ideo hic Imperator tradidit, eas in rem videri. Diſſ. *Vultej.hic n.*12.*Arum. exerc.* 18. *theſ.* 1. *& Plures*, quos numerat *Hænon.d.diſp.*19.*q.*5.*lit. a.* Quæſtiones, an actio de liberto, de partu agnoſcendo, civilis an Prætoria ſit, an dentur plures quàm hæ tres, non ſunt magni momenti. Vide tamen *Giphan Pac.Vin.Harp.hic.*

XII. Ad §.14. quæritur, an hodie actionum formulæ ita ſublatæ ſunt, ut ne quidem actionis nomē in libello conventionali exprimere neceſſe ſit? Negatur

gatur. *l.ult. C.de interd. l.* 1. *&* 2. *C.de form. sublat. junct. argum. l.* 32. *in fin. C. de appell.* Diss. vide apud *Treutl.disp.4.vol.1.th.10.* Verũ secus est Jure Pontific.*c.6.de judic.c.ult de libell.oblat.*& Moribus nostris *Merula.d. lib.4.dist.4.sect.3.tit.1.c. 2. Christin. ad ll. Mechlin.tit.1.art.6 n.7.& vol.2.decis.146.Vinn.ad.d.* §.*n.1.& Harpr.n.7.*

Ad §.15. quæritur, an sublata pristina denunciatione hodie debitor sine præcedenti interpellatione in judicium vocari possit? Aff: *Auth.offeratur.C. de lit.cont.*junct.*l.6.C.Theod. de denunc.vel edict. rescript. & l.12.magn.C.de cont.stip.Schneid.ad* §. 1. *l. t.n.* 122.quanquam etiam non improbem limitationẽ & conciliationẽ *Tuld. ad h.t.c.4.Bald.ad h.*§ præsertim si dies solutioni non sit adjectus. Diss. vide apud *Harpr.hic n.9.& Hænon.d.disp. 20. q.1. lit.a.* Idem pronunciandum de Moribus, nisi quod usuræ non debeantur,nisi juridica præcesserit interpellatio. *Zyp. d.tract.tit.de usur.in fin.* Quod tamen quisque teneri debeat ex sua mora, & nemo locupletari cum alterius jactura, æterni juris est.Errat itaq; *Ant.Fab.*quod Pragmat. eo nomine deprehendat. Vide *Fab.de. err. pragm.dec.11.err.1.*Quo pacto fiat Moribus citatio & editio actionis, vide hic apud *Vinn.n.3.Gail.1.obs.74. n.16.& seqq.Gudelin.lib.4.c.5.Zyp. d. tract. tit. de edend.&tit.seq.*

XIII. Ad §.19. quæritur, an pœna dupli evitari possit, si hoc legatum,vel reparatio damni post inficiationem, sed tamen ante sententiam offeratur?Aff: §.*ult.Inst. de perpet. & temp. act. & arg. l. ex hoc edict.8.*§.*pen. D.de alienat.judic.mutand.* Diss.*Harpr. hic n.8.* Sed quæritur, an ab ipso judice heres interpellatus esse debeat, ut incidat in pœnam *Auth. hoc amplius C. de fideicom?* Negatur, sive legatum ad pias causas intra 6.menses, *Nov.131.c.12.* sive aliud

intra

intra annum ſolvendum ſit. *Nov.*1.*c.*1. §. 1.*pr.* junct. *arg.l.*5.§.3.*de adm.tut.* Diſſ.*P.de Caſtro. Angel.& Iaſon.in d. Auth.* Uſum videre licet in *diſp.noſt.*21.*theſ.* 9.*& diſp.*22.*paſſim.*

XIV. Ad §.20. quæritur, an actiones hic enumeratæ revera ſint mixtæ & diſtinctæ ab actionibus in rem & in perſonam? Aff: quia nec ſimpliciter inperſonam ſunt, nec ſimpliciter in rem, ſed ex duobus conſtant. *d.* § 20.*& l.*22.*Item Labeo* § *pen.D.fam.erciſc.* Principaliter tamen in perſonam ſunt, propter præſtationes perſonales, quæ hiſce actionibus primam occaſionem præbent, & ſic intellige *l.*1.*D. fin. regund.* Petitio autem hereditatis ſua natura à vindicatione rei incipit; ſed & in perſonam eſt, ob præſtationes perſonales. *l.*25. § 18.*D.de petit.hered.* Eleganter *Tim.Fab.diſp.anniverſ.*27.*theſ.* 2. Diſſ. vide apud *Harp.hic Vinn.ad* § 1.*h.t. Ant.Fab.decad.*94.*error.*3.*Hænon.d.diſp.*20.*q* 7 *lit.e.* Verum hujus quæſtionis utilitas hodie exigua eſt, ut colligere eſt ex *theſ.*9.*&* 12.

Ad §. 21. quær. an pœnæ conventionales quadruplum excedere poſſint? Aff: per *l.* 38. § *alteri* 17.*D. de V.O.* quod & Mores ſequuntur, ut diximus in *diſp.* 22.*theſ.*14.*& diſput.*16.*theſ.*11. Diſſ.vide *ibid.& hic apud Harpr.*

XV Ad § 28. quæritur, an hic omnes actiones bonæ fidei recenſeantur? Aff: *d.* § *verſ.bon.fidei ſunt hæ*: unde ſatis conſtat de ſcopo Imperatoris, quem & attigiſſe eum jam ſtatuimus, modo non excludantur actiones ſimiles. Diſſ.*Hotom.Baro,Coraſ.hic.* Cæterum hæc diſtinctio in actiones bonæ fidei & ſtricti jur. ſi non jure Canonico, ſaltem Moribus ſublata eſt; quod manifeſte evincitur ex illa communi & ſalutari clauſula (*vel prout judici bonum & æquum videbitur*) quam Advocati cunctis ſuis concluſionibus adjice-

jicere ſolent. Adde *Vinn. hic n.4. in fin. Gudel. pag.* 137. 182. 201. Diſſ. *Zyp. in not. jur. Belg. tit. de dol. Schultz. ad h.t. lit. t. Deckher. lib. 2. diß. 12. & Alii plures*, quos vide apud *Hænon. diſp.* 21. *q.* 1. *lit. a.* qui in eo decepti ſunt, quod exiſtimarunt, bonam fidem hic opponi dolo ſeu malæ fidei. Nam in § 30. *h.t.* per bonam fidem intelligit Juſtinianus liberiorem & uberiorem quandam facultatem judicandi. *l.* 2 § 3 *l.* 5. *pr. de O. & A.* Diſſ. vide apud *Hænon. d. diſp.* 21. *q.* 1. *lit. b. Anton. Fab. de error. pragm. decad.* 9. *err.* 1.

XVI Ad § 29. quæritur, an mulier in repetitione dotis etiam creditoribus, qui expreſſam & priorem habent hypothecam, præferatur? Aff: per *l.* 12. *aßid. C. qui pot. in pign. Mynſ. cent.* 4. *obſ.* 13. Diſſ. *DD. com.* ſecundum quos paſſim judicatur. *Schneid hic n.* 58. *Gail.* 2. *obſ.* 25. *n.* 10. *Chriſtin. vol.* 4. *deciſ.* 159. *n.* 8. *Fab. in Cod. ſuo ad D. tit. C. def.* 16. *Wurmſer. pract. forens. lib.* 1. *tit.* 37. *obſ.* 3. Quod probo, quia nemini jus ſuum proprio labore & vigilantia quæſitum auferri debet, niſi Reipub. directe & magnopere interſit, quod hic dici nequit. Quare & illos, quorum tacita hypotheca in fortiori ratione fundata eſt, mulieri præferendos cenſeo. Mores Hollandiæ vide apud *Vinn. hic n.*4. Mores Galliæ apud *Baldum. d.* §. Mores Saxoniæ apud *Schultz. ad h. tit. lit. u.* Idemne privilegium competit liberis mulieris? Minime, niſi concurrant cum noverca. *d. l. ult. verſ. except. & d.* §. 29. *in fin.* Ratio eſt, quia muliere mortua ceſſet cauſa privilegii. *l.* 1. *D. ſolut matr. & l.* 2. *de jure dot. Fab.* 1. *conj.* 13. *A. Matth. hic.* Diſſ. *DD. comm.* teſte *Vinn. hic n.* 5.

XVII. Ad § 30. quæritur, an compenſatio fiat ipſo jure citra factum hominis? Affirmo cum *Arum.* quem vide *exercit.* 16. *theſ.* 6. *& ſeqq. & Fabr. ad lib.* 4. *Cod tit.* 23. *def.* 4. Sed quoniam illa fictio, qua fingitur ſolutio facta ab eo tempore, quo primum ab utra-

que

que parte cepit deberi quantitas liquida, Juris civilis est, vix Moribus usum haberet. Vide *Christin. vol.* 1.*decis.*252.*Fab.in Cod.suo de compensat. def.* 3. At cur compensatio in deposito non habet locum, quamvis res deposita interierit? Resp: propter exuberantiam bonæ fid. propter quam & alia privilegia deposito indulta sunt *Nov.*88.*c.* 1. Et quoniam hic, & in *l,ult.C.de compensat.* ex contractibus solum depositum excipitur, quidni commodato, sed casu habili posito, ut in actionib. in rem *l.*18.§ *ult. D. commod.*? Diss. *DD. varie*, quos vide apud *Harpr. hic Treutl.vol.*1.*disp.*25.*thes.*7.*& seqq.& ibi Bach.* Sed quid, si quis se soluturum juravit? Vide *Bus.ad l.*2.*&* 4.*de compensat.* ubi & usum allegat. Vide & plures quæstiones apud *Ioan. à Sande lib.*3.*tit.*17. *Fabr.ad tit.Cod.de compens.*

XVIII. Ad § 31. quæritur, an actiones arbitrariæ constituant tertium & diversum genus ab actionibus bon.fid.& stricti jur? Aff: *per.d.* § *nost.*ubi vel sola particula *præterea* hoc satis indicat. Adde *l.*3. § 1. *D.usur.l.*5.*de in lit.jur.*Diss.*DD. vulgo*, teste *Vinnio hic.* Sed hæc quæstio hodie vix utilis. Vide *thes.*15. *& Merul.lib.*4.*dist.*4.*sect.*5.*tit.*7.*c.*1.*& Ant.Fabr. de error. pragmat.decad.* 18. *error.* 5. ubi plane novam sententiam defendendam suscepit. Ut & hæc quæstio, an id qoud certo loco dari convenit, actione arbitratria alibi peti possit, quam in loco domicilii; quoniam Moribus aresta fundant juris dictionem. Vide tamen *Arum.exerc.*16.*thes.*4.*A.Fab.decad.*90.*err.*1.

XIX Ad §.32. quæritur, an hæc sententia judicis satis certa sit, *solve quod debes*? Nego.*arg.l. quod tamen* 21.§.3.*D.de recept.qui arbit.* Diss. *Zas. hic num.* 18.*& Myns.n.*12.*Bachov.ad Treutl.ver.*2.*disp.*23.*th.* 3.*lit.a.*

Ad § 43. quæritur, an etiam minori juris Doctori & Ad-

Advocato, qui errore plus debito petiit, succurrendum sit per restitut. in integrum? Distinguo inter errorem juris & facti, hoc si lapsus est, restituitur; illo non item. *arg. l. 2. § 43. de orig. jur. & arg. l. 30. Cod. de transact.* quæ opinio receptior est, teste *Harp. hic n.* 6. Diss. vide apud *Eund. d. loc.* Moribus pœnæ hujus §. non sunt in usu, sed damnũ solummodo reparatur, ne quis lucrum sentiat ex alterius delicto. Vide *Vinn. hic & disput. nost.* 22. Plures quæstiones de materia restitut. in integrum rebus judicatis illustratas, vide apud *Ant. Fab. ad lib. 2. C & in disp. nost. ad lib. 4. D.*

XX. Ad §. 34. & 35. quæritur, an libellum conventionis mutare liceat usque ad sententiam definitivam? Comm. DD. sententia est, emẽdare licere, sed non mutare, nisi usque ad litem contestatam, quæ opinio in foro recepta dicitur. *Gail. 1. obs. 74. n. 4. Christin. vol. 2. dec. 88. n. 11. Merul. 4. disp. 4. sect. 3. tit. 1. cap. 5. & 6. Iaann. à Sande lib. 1. tit. 4. def. 1. & 2.* Verùm & mutationem licitam dixerim, usq; ad sententiam, modo fiat permissione judicis, quæ imploranda est per libellum supplicem, quem vulgo vocant **request civyl**/ quia nullus cogendus est ad sumptus inutiles. Facit *l. 4. §. ult. D. de noxal. act.* Hinc dixerim, judicem ex officio hoc præstare debere. Diss. *Balduin.* hic, qui etiam in Gallia suam sententiam servari asserit.

XXI. Ad §. 37. quæritur, an privilegium competentiæ, quod maritus vel pater ejus non teneatur ultra id quod facere potest, etiam socero mariti, id est patri uxoris ex promissione dotis convento competat? Aff: si manente matrimonio dos petatur, alias secus. *l. sicut. aut. 21. & seq. D. de re iud.* Diss. *DD. varii varie*, quos vide hic apud *Harpr. n. 13. & 14. Hænon d. disp. 21. q. 4. lit. b Bronch. cent. 3. ass. 16.* Præterea quæritur, an propter impensas necessarias etiam jure

novo

novo detur retentio dotis? Nego *per.l.un.§.5.C. de rei uxor. act.* Ratio est in *l.17. Iulian. D. de judic.* Diss. *DD.plerique.* Plura de retentione dotis vide apud *Ioan. Fab.in l. un.C.etiam ob chyrog.pec.Costal. in l.8.D.commod.*

Ad §.38. quæritur, an idem beneficium, quod hic socio contra socium tribuitur, etiam fratri contra fratrem concedendum sit? Aff: *arg.l.verum.63.pr.D. pro soc.Harpr.hic.n.8.* ubi tamen perperam explicat *l.17.de re jud.* Diss. vide *ibid.* apud *Hænon.d.disp.21. q.4.lit.e.* Idemne privilegium, quod militibus *in l. 18.D. de re jud.* Advocatis quoque & Doctoribus nostris adjudicandum est? Negatur, per *d l.18.*quæ & hodie servatur. *Zyp.d.tract.tit.de exercit. rei jud.* Diss. vide apud *Harpr.hic.n.12.*

XXII. Ad §.*ult.* quæritur, an ille, qui bonis cessit, ad peram & saccum (ut loquuntur) excuti possit? Nego *arg.Exod.22.& Deut.24.& arg.l.6.D. de cess. bon.& præf.nov.135.& d §ult.* Diss.vide apud *Harp. hic.n.38.& Vinn.hic.* Deinde quæritur, an & ille debitor qui pœnã debet, quæ respectu creditoris rei persecutio est, ad bonorum cessionem admittendus sit? Aff: nisi vel dolo vel delicto perpetrato debitor sit. Publ. enim interest, ut delicta puniãtur.*l.51.ita vuln. §2. D. ad l. Aquil.* Ergo qui non habet in ære, luat in pelle, præsertim si pacto huic beneficio renunciavit. *l.pen.C.de pact.* Diss.vide apud *Harpr.hic.& Hænon d.disp.21.q.4.lit.d.* Quomomodo Moribus fiat hæc cessio, videre est apud *Gothofred. in præf. nov. 135. Tholosan.synt.lib.22.c.8.& seqq.Gudel.lib.4.cap. 16.Schultz.lit.bb.Zyp.tit.qui bon.ced.Christin. vol.4. decis.123.* Nobis sufficit summa hujus materiæ capita attigisse. An & quando bonis cedens carcere compelli queat, vide apud *Neostad.decis.41.* An liceat renunciare cessioni? quidni, si in abstracto loquamur.

Vide

Vide in *Fabr. ad lib. 7. Cod. tit. 31. def. 8. & Papon. lib. 10. arrest. tit. 13. de cess. bonor.*

# DISPUTATIO JURIDICA VIGESIMA-QUARTA

## Ad Titul. 7. et septem seqq. Lib. 4. Instit.

*Resp.* PAULO à MARCK *Ultraject.*

I. AD §. 1. *tit.* 7. quæritur, an & pater jussisse intelligatur, si contractum filii sigillavit? Nos hoc extra controversiam ponimus. *l. 1. §. 3. & 4. D. quod juss.* Cæterum num & ille pater jussisse dicendus sit, qui duntaxat scit & patitur contractum fieri, merito dubitatur. Nobis sententia negativa placet, quia pater scit, se non teneri ultra peculium, ad quod datur actio de pecul. *argum. l. sicut.* 8. §. 15. *non videtur. D. quib. mod. pig. & l. 1 §. 5. D. quod juss. Harpr. ad § 1. n. 6. Donell. ad d. tit. G.* Diss. *DD. comm.* teste *Hænon. disp. 20. cont. 5. lit. b.*

II. Ad §. 2. quæritur, an contraria actio exercitoria competat exercitori? an institor etiam finito officio conveniri queat? sed frustra, quum actiones exercitoriæ & institoriæ amplius in usu non sint. *Christin. volum. 3. decis. 33. n. 9. Costal. in l. ult. D. de instit. act. Automn. in collat. ad d. tit. Cod. Vinn. ad h. §. 2. & §. ult. h. tit.* Ratio est in *l. 5. §. 3. D. de adm. tut.* Sed exercitor tamen, vel dominus institoris in solidum haud obligatur, nisi creditor probet, magistrum navis, aut institorem tempore crediti tanta pecuniæ summa opus habuisse, sive directe sive ex consequentia ad negotium peragendum sibi demandatum. *arg. l. ult. pr. & §. ult. D. de exercit. act. & ibi. DD. plerique.* Vide *Treutl. disp. 24. thes. 6. vol. 1. lit. i. & Hæn. d. q. 5. lit. c.* Atque ita in praxi servari, testantur plures, quos refert *Vinn. hic.* Atqui, dicat aliquis

 cre-

creditor Eccl. Civitatis, minoris, præter dictam probationē probare debet, pecuniam versam esse in utilitatem civitatis, minoris. Sed ratio differentiæ consistit in favore Civitatis, Ecclesiæ &c, *l.27.civit.D.de reb.cred.* junct.*l.4.C.quib.ex caus.major.* & *l.3.C.de jure Reipub.* Diss. vide apud *Fachin.2.c.76.* Usum vide apud *Bus.ad l.civitas 27.de reb. credit.* Quid, si creditor sciverit, præponentem mortuum esse? valet tamen contractus. *l.17.si quis.* § 2. *D.de instit.act.* Diss. *Ant.Fab.lib.2.conject.jur.civil.c.11.*

III. Ad § 4. quæritur, an creditori quoque danda sit actio de in rem vers. quando filius rem quidem non vertit in utilitatem patris, sed tamen eo animo accepit, ut verteret? Item an dandâ sit, si in rem versum desierit? Sed nos hæc certi juris putamus. *l.4.* § *9.sed si accepit.D.de in rem vers.* & §.*7.* & *s.d.l.3.* & *l.17.pr.D.eod.* Difficultates vide apud *Pac.cent.4.q.68.* & *Harpr.ad h.§.4.* Actionem de in rem vers. & action. de pecul. distinctas actiones esse, quis ambigit, quum habeant distinctas definitiones? sed una actio vocantur, quatenus solent cumulari, & simul & conjunctim in uno judicio proponi. *d.* §. *4.n.* Diss. *D.D.varie*, quos vide apud *Vinn.* & *Harpr.hic.*

IV. Ad §.7. quæritur, an filiusfam. beneficio SCti Macedoniani renunciare possit? Negatur *arg. hujus* § *7.in fin.* & *l.1.D.de SCto Macedon.* junct.*l.38.D.de pact.* Diss.*Zas.lib.2.sing.resp.c.28.* cujus sententia à supremo Senatu Mechlin. adprobata est, teste *Christin.vol.3.decis.35.n.10.* quatenus scilicet filius sibi ipsi, non patri præjudicare potest. Quæ res judicata eo sequenda videtur, quod unumquemque teneri oporteat ex contractu, quem serio & intelligenti animo inivit. *Num.c.30.Matth.5.v.35.* & *Rom.1.v.31.* Hoc, inquam, jus gentium æterni juris est, ideoque effectum sortiri debet. Mallem tamen ob dictam ratio-

nem

nem SCti statui pœnam in eum, qui filiofam. mutuum dederit; & sane haud facile quis cum eo in creditum iturus est, aut ab eo jusjurandum exacturus. Verum quid, si creditor sciens filiofam. in luxum pecuniam dederit? Obligatur ad restituendum, saltem in foro conscientiæ; imo etiam in foro seculari, cum nemo privatus lucrum sentire debeat ex delicto alterius. *l. 15. pr. D. de SCto Syllan. & Claud.* quod usu in aliis similibus receptum est. Malim tamen & hic pœnam statui, ob rationes, quæ cuilibet obviæ sunt. Hæc neminem Veterum aut Recentiorum (quod dicam sine invidia) advertisse, mirari satis nequeo.

V. Ad *pr. & §. 3 tit. 8.* quæritur, an etiam ex quasi delicto servi noxalis actio in dominum detur? an etiam contra bonæ fid. possess. servi competat? Sed inutiliter, quod Moribus harum Reg. nondentur servi, sed liberis utamur ministris, ex quorũ damno nõ nisi ratione mercedis tenemur. *Arn. ab Haersolt. in advers. de act. part. 2. act. 25. n.* 14. *Schultz. ad h. t. lit. a.* Ad *§. ult.* quæritur, an lege vel statuto sanciri possit, ut vivus pater ex delicto filii ad pœnam pecuniariam usque ad quantitatem legitimæ obstringatur? Nego, quia tale statutum est contra rationem, atque ideo nequaquam obligatorium. *Ezech.* 18. *v.* 20. *l.* 22. *C. de pœn.* junct. *l* 39. *D. de ll. & l. 1. C. quæ sit long. consf. & ibi DD.* Diss. *DD. comm.* teste *Harpr. ad h. §. ult. n.* 12. Vide *Schultz. ad h. t. in fin.*

VI Ad *pr. tit.* 9. nota, Mores quarundã Gent. sequi hoc jus civile, quarundam ab eo dissentire, & damnũ datum æstimare arbitrio judicis. Vide *Wes. in par. h. t. n.* 6. *Treutl. disp.* 18. *vol.* 1. *th.* 2. *lit. g. Bus. ad l.* 1. *§. plane eod. Zyp. in notit. jur. Belg. d. tit. Schultz. ad h. t. Bar. ibid. part. alt. Joan. à Sande lib.* 5. *tit.* 7. *def.* 5. Amplectendi videntur Mores posteriores. *arg. l.* 74. *& l.* 155. *de R. I.* Quod Moribus pecus includere liceat, do-

nec damni dati fiat reparatio aut satisdatio, testantur *Wes.& Zyp.ad.loc.Baro & Tuning.hic.* Quod secus tamen de Jure Civili est. *l.Quint.Muc.39.§. 1. D.ad l. Aquil.* Diss. vide apud *Treutl.vol.1.disp.18.th.2.lit.c.*

Ad §.*ult.* quæstiones de concursu & cumulatione actionum, vide apud Eos, qui ex professo hanc materiam tractarunt, ut *Cuj.lib.8.obs.c.24.Hotom.illust. quæst.29.Tim.Fabr.disp.anniv.28.& plures*, quos refert *Harpr.hic.*

VII. Ad *pr. tit.* 10. quæritur, an procurator in causis criminalibus constitui queat? Negatur, nisi ad causas absentiæ allegandas, &in casu quo absens damnari. potest *l.pen.§.1.D.de publ.jud.& l.serv.33.§. 2. D.de procurat.* junct, *l.3.C. de accusat. & l. absent. 5. pr.D.de pœn.* usum vide apud *Clar.lib.5.§. fin. q. 32. §.hæc autem.* Diss. videre licet apud *Fachin.1. c. 24. 25.& 26.* Quæritur itidem, an procurator à tutore vel curatore dari possit ad decretum super bonis minoris alienandis? Affirmatur, quia nusquam prohibetur. *l.mutui 43.§.1.D.procur.* junct. *l.5.§.3.de adm. tut.& arg: l.25.illud.§. 1.de minor. & l. un. C. etiam per procur.caus.in integ.* Diss. *DD. unanimiter*, teste *Harpr.hic.n.15.* Sed ad restitutionem in integ. petendam sufficitne speciale mandatum, an opus est expressione causæ, ob quam restitutio imploretur? Prius verius est, modo procuraror petitionis rationes in promptu habeat. *d.l.25.§.1.de min.* Diss. vide apud *Harpr.hic n.23.*

VIII. Ad §.1. quæritur, an ptocurator ad agendum datus sine speciali mandato debitorem domini arrestare possit? Negatur. *arg.l.39.non solum §.ult.D. de procur.* junct. *l.1.& 2.D.de hom.lib.exhib.& arg. leg.3.§.1. D.quodquisque jur. Socin.cons.129.lib.1. Bart. cons.84.lib.1.* Diss. *Alexand.cons.133. lib.6.Ripa ad c.1.de judic.n.88.& plures Alii*, quos hic adscrip-

sit

ſit *Harpr.n.242.* Quæritur etiam, an procurator ad certam litem datus non ſolum appellare, ſed & appellationem proſequi teneatur? Aff: *l.2.D.an per al. cauſ.appell.l.17.C.de procurat.* Diſſ. *DD.comm.* teſte *Harpr.hic.n.277.* quos praxis imitatur, quaſi in nova inſtantia novo opus ſit mandato, maxime cum hodie procurator per litis conteſtationem non fiat dominus litis. Sufficit ergo appellaſſe, & domino tempeſtive ſignificaſſe. Poſtremo quæritur, numquid procurator ad pecuniam exigendam datus, apocha ſuâ de recepto, domino præjudicet? Aff: *arg. Luc.46.§.5.admin.tut.& l.2.§.fin.C.de quadrien. præſcr.* Ut & procuratoris negligentia ſeu dolus domino nocet quoad adverſarium. *l.10. C.de procur.* niſi tamen ſolvendo non ſit, ne adverſarius commodum ſentiat ex dolo alterius. *arg.l.3.§.1.de eo per quem fact.* quod jus in foro receptũ eſt. *Gail.1.obſ.45.Harpr.Piſt.q.36.* Diſſ. *DD. varie*, ut videre eſt apud *Fach.2.c.56.Harpr.ad h.§.1. n.297.Treutl.vol.1.diſp.9.th.12.d.diſp.22.q.11.* Plures quæſtiones hic ab Aliis motas non attexam, cum vix hujus loci ſint, & pleræq; hodie nullum habeãt uſum. Vide *Vinn.ad d.§1.in fin.Zyp.d. tract.tit.de poſtul.& duob.ſeq.A.Fabr.ad lib.2.C.t.8.Wurmſ.pract.forens. lib.1.tit.5.& diſp.noſt.ad tit.D.de procur.*

IX. Ad §.5.*tit.* 11. quæritur, an defenſor quoque appellare, & appellationem proſequi debeat? Aff: quia eadem eſt ratio, & textus generalis in *d.l.17.C. de procur. & l.2.D.an par.al.cauſ. appell.* An procurator qui ſatis dedit judicat.ſolv. præciſe teneatur dominnm defendere, præſertim ſi dominus factus eſt inſolvendo, vide apud *Bronchorſt.cent.1.aſſ.53. & 54.* Hodiernus ſadisdationum uſus perexiguus eſt. Vide tamen *Gudelin.de jure noviſſ.lib.4. c.3. & 5. & Vinn.ad h.t.in fin.Imbert. lib.2.Inſt.forens.c.30.*

X. Ad §.1.*tit.*12. quæritur, an contractus dolo ini-

initus ad hæredes deſcendat, licet nihil ad eos ex illo contractu pervenerit? Aff: per *l.ad.ea* 157. §. *ult. de R.I.l.7.ſi homin.*§.1.*D.depoſ.* exceptio tamen eſt in actione depoſiti miſerabilis, quæ propter inficiationem non transfertur in duplum, niſi & ipſi heredes falſo negavarint. *l.*1.§.1.*& l.*18.*D. depoſ. Theoph.hic.* Diſſ.*DD.varie*, quos vide ſis apud *Tim. Fabr.d. diſp.* 28.*theſ.*7.*Cujac.*21. *obſ.c.* 2. Quid Mores & Jus Canon.hic introduxerint, dixi in *diſp.noſt.* 22. *theſ.* 10. Vide & *Vinn.hic in fin.*

XI. Ad *pr. tit.*13. quæritur, an exceptio verbo actionis contineatur? Negatur. *l.*8.§.1.*de V.S.*Diſſ.vide apud *Hænon.diſp.*22.*q.*15.

Ad §.1. quærit. an contractus, cui dolus cauſam dedit, ipſo jure nullus ſit? Diſtinguend. inter contractum bonæ fid. de quo egi in *theſ.*3.*diſp.noſt.* 18. & contractum ſtricti jur. qui ipſo jure ſubſiſtit, ſive dolus ei cauſam dederit, ſive in eum inciderit; & datur vel actio vel exceptio doli *l.dolo* 5.*Cod.de inut.ſtipul. l.ſi id.* 22.*& l.*36.*de V.O.* Uſum vide in *d. theſ.* 3.*& theſ.*15.*diſp.*23. At quid, ſi contractui bonæ fid. metus cauſam dedit? Quanquam is, qui metum fecit, & de dolo teneatur. *l.*14. §. *eũ qui* 17.*D.quod met.cauſ.* quia tamen coacta voluntas etiam voluntas eſt.*l.* 21. *ſi mulier.* §.5.*D.eod.* ipſo jure ſubſiſtit, & ideo reſcinditur vel act. vel excep, quod met.cauſ. *l.ult.*§.*ult.D. eod.l.*3.*&* 4.*C.eod.* Diſſ.*DD.plerique*, teſte *Buſ. ad d.l.*21. quos ſequitur *Hænon.d.diſp. q.* 8. Uſum vide in *d.theſ.*3.*diſp.*18. Quæſtiones, ecquid doli exceptio infamet? utrum is, cui doli exceptio competit, repetere poſſit, ſi per errorem ſolverit, vix huc quadrant. Vide tamen *Harpr.hic n.*18. & 28.

XII. Ad §.5. quæritur, an adverſus rem judicatam detur reſtitutio in integr. ob inſtrumenta noviter reperta? Affirmantibus accedendum arbitror.*arg. l.Di-*

*l. Divus 33. de re jud.* Sed tamen cum temperamento *l. 4. C. eod.* id eſt, inventione inſtrumentorum bene excuſſa & examinata, num dolum aut fraudem redoleat. Sane ſi inſtrumenta nulla ſiniſtra ſuſpicione laborant, ſi non reſtitutio, ſaltem condictio ſine cauſa concedenda eſt, ut ſatisfiat juſtitiæ. *tot. tit. de condict. ſin. cauſ.* Vide etiam *theſ. ult. diſp. noſt.* 17. Diſſ. *DD. varie,* ut videre integrum eſt apud *Harpr. hic. n.* 15.

XIII. Ad §. 9. quæritur, an exceptio diviſionis adnumeranda ſit exceptionibus peremptoriis? Aff: quia parit effectum perpetuum. *d.* § 9. unde & poſt litem conteſttaam opponi poteſt. *l.* 10. *C. de fidejuſſ.* Diſſ. *DD. plerique,* teſte *Vinn. ad* §. 10. *h. t.* Item quær. an exceptio excuſſionis ad exception. perpetuas referenda ſit? Aff: per ea quæ modo dicta ſunt, modo debitor ſolvẽdo repetiatur; quod ſufficit, ut perpetua videatur. *l. ſufficit* 56. *D. de cond. indeb.* atque hanc ſententiam ſervari in praxi, teſtis eſt *Zanger. de except. p.* 2. *c.* 15. Diſſ. vide apud *Vinn. ad d.* §. 10. *Fachin.* 8. *c.* 52. *Hænon. d. diſp.* 22. *q.* 13. Porro quæritur, quando exceptiones perpetuæ & peremptoriæ opponi poſſint & debeant? Poſſunt opponi ante litis conteſtat. & probari. *l.* 23. *eleganter* §. 3. *de condict. indeb. &* *l. 9. C. de præſcript. long. temp. c.* 1. *&* 2. *ext. de lit. conteſt. in* 6. Sed non eſt neceſſe, quia etiam poſt judiciũ acceptum objici poſſunt. *l.* 8. *& l.* 9. *C. h. t. l. C. ſent. reſc. non poſs.* ſed non poſt ſententiam *dd. ll.* exceptis quibuſdam, quas vide apud *Gail.* 2. *obſ.* 107. *Harp. ad h.* §. 9. *n.* 14. *Hænon d. diſp. q.* 12. Diſſ. vide apud *d. Hænon. q.* 10. *& Harp. n.* 10. *Gail.* 1. *obſ.* 74. *Bronch. cent.* 4. *aſſ.* 27.

XIV Ad § 10. quæritur, quando exceptiones dilatoriæ opponi & probari debeant? Opponi ante litem conteſtat. *l. pen. & ult. C. h. t. & l. ita demum* 13.

*C.de procurat.* probari post litem contestat. oportet. *l.19.except.C.de probat.* Diss.*vulgo DD*.ut videre est apud *Hænon.d.disp.22.q.13.Vinn. hic n.10.Harpr.n.16.* Moribus rectius cautum est, ut omnes exceptiones simul opponantur in initio litis cum ipsa principali conclusione, ut cunctis rei defensionibus allegatis, judex ex iis causæ statum eliciat, & citius terminet. Excipiuntur quædam, quæ solæ & per se opponi possunt. Vide *Mynf.cent.5 obs.82.Vinn.ad* § 11. *n.11.Gudelin.4.c.7.& 8.Christin.vol.4.decis.174.n. 15. Merul.lib.4.dist.4.sect.3.tit.4.c.1.* Præterea probabili ignorantiæ locum fore, nullus dubito, quia nemini facile jus suum denegandum est. Plures quæstiones huc spectantes cum rebus judicatis & usu vide apud *Ant.Fabr. ad lib.8. Cod. tit. 23. def. 1. & seqq. plur. Wurmser pract.forens.lib.1.tit.8.*

XV Ad § 11.quæritur,an miles ipso jure possit esse procurator? An & nostri temporis milites à procuratoris officio repellantur? Sed vix consulto, quum Moribus extra dubium sit, militem isto munere fungi non posse, ut constat etiam ex iis,quæ supra diximus ad *tit.*10. Idem dicendum de controversia qua quæritur hic,an homo infamis possit esse procurotor. Quis enim ignorat, jure canon. & Moribus neminem ad procuratoris munus admitti, nisi sit bonæ famæ & integri nominis? Vide *Zyp.tit.de postulat. & tit.de procur.* Quinimo dixerim, contrarium ut nunquam à Veteribus, ita nec à Justiniano constitutum esse, *Paul.lib.1.titul.2.l.1.* § *pen.D.de procurat.l.2.de R.I.* junct.*l.2.C.de dign.* Diss.*DD.comm.*sed misere decepti *h.* §.*nostro*,qui magis illis adversatur,quam suffragatur, ut evidenter in ipsa arena demonstrabimus.

XVI Ad *pr.tit.*14. quæritur, cur pactum posterius non tollat pactum prius ipso jure? Respondetur ex *l.si unus 27.* § *2.de pact.* quia in pactis factum versatur

ſatur, quod ad Prætoris cognitionem pertinet. *l. 7. §. 7 eod.* aliâs ipſo jure obligatio naturalis tollitur à contraria. *l Stichum* 95. §. 4. *D. de ſolut.* Vide *diſput. noſt.* 21. *theſ. ult.* Diſſ. vide apud *Fach. lib.* 12. *c.* 24. Uſum vide in *diſp. noſt.* 15.

Ad § *ult.* quæritur, an pactum debitoris, quod prodeſt fidejuſſoribus, poſſit mutari à debitore, ut noceat fidejuſſori citra conſenſum ejus? Neg: *l. ult. D. de pact.* nec obſtat *d. l.* 27. §. 2. *verſ. ead. rat.* quia loquitur de pacto poſteriore ipſius fidejuſſoris : vel reſpondendum, quod variæ hac in re fuerint ſententiæ Veterum JCtorum, ut ex *d. l. ult.* ſatis apparet. Itaque hoc dandum memoriæ labili & feſtinationi Triboniani: vel dicendum Tribonianum ſtudio retuliſſe diſſenſiones Veterum, ut & nobis de illis conſtaret, & ſignificaret ſententiam Juſtiniani, præſertim cum inquit, *probabilius eſt, verius eſt.* Quæritur & hic, an etiam beneficium moratoriæ præſcriptionis, puta quinquennalis dilationis, denegandum ſit fidejuſſoribus? Aff: *arg. d.* § *ult.* ubi ratio perſpicua eſt. *Matth. Brun. de ceſſ. bon. q.* 8. *pr. Wihelm. Anton. de reſcript. morat. ſeu induc. quinquen. tit.* 8. *concl.* 49. Diſſ. *Perez. ad tit. C. de uſur. rei jud.*

## DISPUTATIO JURIDICA
### VIGESIMA-QUINTA
### Ad Titul. 15. 16. & 17. Inſtit. Lib. 4.

*Reſp.* CORNELIO van WYBERGEN *Zelan.*

I. AD *pr. tit.* 25. quæritur, an interdicta dicantur ab eo, quod inter duos dicantur? Aff: *per.* §. 1. *in fin. Inſt. h. t.* Sed hoc per alluſion. juridicam potius, quam per notationem ſeu etymon nom.

notunis. Diss. vide apud *Vinn. ad d.* §. & *Arum. exercit.* 19. *th.* 9. Interdicta sunt formulæ atque conceptiones verborum, quibus Prætor jubebat aliquid fieri, vel fieri prohibebat. *pr. h. t.* junct. *l.* 1. §. 2. *si vent. nom. mul.* & *l.* 3. *pr. D. ne vis. fiat. ei qui in poss.* Diss. *Theoph. hic.* jure novo interdicta nihil aliud sunt, quam actiones quibus de possessione disceptatur. *l. pen* & *ult. C. h. t.* Vide tamen *Cujac.* 5. *obs.* 17. *Donell. ad rupr. C. h. t.* Moribus, ut olim à Prætore, ita hodie à Curia impetrantur, ut hujusmodi controversiæ quam celerrime transigantur.

Ad §. 1. quæritur, an interdict. *de tab. exhibend.* sit perpetuum, an annuum? Aff: prius. *l. locum.* 3. §. *pen.* & *ult. d. t.* Diss. *Cujac. ad Paul. ib.* 4. *recept. sent. tit.* 7 & *lib.* 16. *obs.* 28.

II. Ad § 2. quæritur, an rei familaris causa detur quartum interdictum de conservanda possessione? Negatur. *d.* §. 2. Diss. *Bald.* & *Alii.*

Ad §. 3. quæritur, an interdictum *adipiscendæ poss.* suo heredi quoque detur? Aff: *per d.* §. 3. junct. *l. fin. C. de edict. div. Had. toll. l.* 1. §. 3 & 16. *l.* 23. *de adq. poss.* Diss. vide apud *Hænon. disp.* 23. *cont.* 1. & *in disp. nost.* 11. *thes.* 14. ubi & hæc quæstio decisa videri potest, atque usus practicus subjectus. An ergo interdict. *quor. bonor.* etiam civili heredi competit? Affirmatur, si non directum, saltem utile. *l.* 1. *D. quor. bonor.* junct. *arg. l* 7. §. 2. *de jurisd.* Diss. vide apud *Harpr. hic. n.* 12. & 13. & *Vinn. n.* 2. An competat æque ei, qui decretalem bonorum possess. habet, quam qui edictalem, vide apud *Harp. ad h.* §. *n* 3. 9. & *seqq.* Hodie bonorum possessio, quæ hæreditatis petitioni similis fuit, in usu non est. *Giphan.* & *Vinn. de bonor. poss. Zyp. in notit. jur. Belg. titul. unde lib. unde legit.* juncto tamen *Christin. dec.* 1. *vol.* 4. *Matth. de Afflict. decis.* 14. Sed competitne ei, qui in re certa heres insti-

ſtitutus eſt? Moribus competit, quia ſeu ſolus ſeu cum aliis inſtitutus eſt, ſemper heres eſt, ut dixi in *diſp.noſtr.*9.*theſ.*12. At poteſtne heres ab inteſtato quoque uti remedio *l.ult.C.de edict.Div. Had.*? Nequaquam, quia hoc tantum datur heredibus ex teſtamento ſcripto, vel nuncupativo, quod redactum eſt in ſcripturam, vel acta publica. *d. l. ult* Diſſ. vide apud *Harpr.hic.n.*46. *& ſeqq. Menoch. remed.* 4. *de adipiſc.poſſ.q.*9.*n.*70.*& ſeqq.* ubi plures quæſtiones ad *d.l.ult* pertinentes tractat. Porro quæritur, an interd. *quod legator.* quod etiam adipiſcendæ poſſeſſionis gratia comparatum eſt, extra cauſam Falcid. competat? An in cauſa electionis? An etiam heredi ab inteſtato? An contra fideicommiſſar. tam ſingularem quam univerſalem? An contra eum, qui officio judicis miſſus eſt in poſſeſſionem? Aff: cum *Harpr. hic n.* 65.*& ſeqq.* ubi ll. & rationes vide. Diſſ. *ibid.* Denique quæritur hic, an interdictum Salvianum, ſaltem utile detur contra quemlibet poſſeſſorem extraneum? Aff: *per l.*1.*§.*1.*D.& l.*1.*C.de interd. Salvian.* junct. *d.l.*7.*§.*2.*de juriſd.& l.pen.ſi quadrup.paup.fec.* atque ita judicari, teſtatur *Teſſaur.deciſ.*175.*n.*2. Diſſ. vide apud *Harpr.ad h.* § 3.*n.* 55. *& ſeqq. Vinn. n.* 5. *Hænon.d.diſp.q.*2.

III. Ad §.4. quær. an interd. *uti poſſ.* vulgo **een mãdament van maintenu**/ei quoq; competat, qui vi de poſſeſſione dejectus eſt? Neg: quia contra rei naturã & contra rationem eſt, ut quis defendatur in poſſeſſione, in qua non eſt. *l.*5.*de uſucap.* junct. §.*noſt. Chriſt. vol.*4.*deciſ.* 142.*n.*6.*Ant.Fab.ad lib.*8.*Cod.tit.* 4. *def.* 8. Diſſ. vide apud *Hænon.d.diſp.q.* 4. *& Harp. hic. n.* 14.*Arum.exercit.*19.*theſ.*14. Sed teneturne reus in hoc interdicto ſatisdare, ſe actorem in poſterum non turbaturum? Non tenetur, ſed ſatis eſt, ſi à Prætore prohibeatur vim facere poſſidenti. *l.*1.*§.*4.*D.uti poſ.*

*ſid.*

*sid.* præsertim si hoc fiat sub pœna graviori, ut hodie fieri solet. Diss. *DD.comm.teste Bronch.cent.4.ass.23. Harp.hic n.32* Vide *Gail.1.obs.166.* Quæstionis quoq; est, an agenti hoc inderdicto exceptio dominii objici possit? Neg: *arg.l.2. D. uti possid.* Deinde judex admittendo disceptationem dominii, turbationem adprobare videretur, daretque ansam delinquendi. Sed hæc ita de apicibus juris Romani, Moribus secus foret. *arg.l.8.pr. de dol. mal. except.* Diss. vide apud *Harpr.hic n.38. Fach.8.c.17.* An itidem interdictum *unde vi*, saltem utile, pro rebus incorporalibus itentari possit? Aff: *l.sicut.8.§.5.in fin.D.si serv.vind.l.ult de servit.amitt.& l.si plur 9.§.1.& l.seq.D.de vi & vi arm.* Diss. vide apud *Harp.hic n.26 Treutl.vol.2.disp.25.thes.4.* Sed potestne ab initio cumulari cum petitotio judicio? Nego, quia contra rei naturam est. *h.§.4.& l.3.C.h t.& l.13.C de R.V.* Cæterumm Moribus hæc rei natura non attenditur, sed potius ratio, ne sumptus fiant inutiles, neque lites protelentur. *Christ.vol.4.decis 130.n.3. & seqq.* juncto tamen *n.8.& Zyp.tit.de poss ess. & propriet.* Diss. Vide apud *Bronch.cent.3.ass.85.Fach.8 c.9. Wurmser. 1.tit.46. obs.6.* Postremo quæritur, an interdict. uti possid. & unde vi competant etiam eis, qui naturaliter seu corporaliter possident, seu in possessione & detentione sunt, & de ea dejecti sunt? Affirmat: *l.1.§.dejicitur 9.D.de vi & vi arm.l.3.§13.&17.D.eod.& l.1.§.ult. D.uti possid.l.qui precar.17.D. de precar.* exceptio est in illis, qui alterius nomine possident, ut colonus, inquilinus &c. cum non tam illi, quam domini illorum turbati dejective videantur. *l.1. §. 22. quod serv. D.de vi arm.Iob.Fab.hic.n.3.& c. contig.ext.de dol. & contum.* Diss. *vulgo DD.* Atque hinc apparet, quid dicendum de sequestro, Vasallo, emphyteuta.

IV Ad § 5. quæritur, an possessio natutalis nihil aliud sit, quam possessio corporalis citra opinionem do-

dominì; civilis contra? Aff: *l.22 si serv.§.1. D. de noxal act.& l 1 pr.& l.23.§.1. D. de adq. vel amit. poss* Diss. vide apud *Ant. Matth. disp. Pandect.* 45. An itaque colonus, inquilinus, commodatarius, fructuarius, & qui precario rogavit, possident? Aff: per *l. 15. & habet § 4. D. de precar. & dd.ll. hic & in praecedenti thess. allegat.* Diss. post *Alios Anton. Matth. thes.* 34. Quaeritur praeterea, an duo possint possidere unam eandemque rem diverso genere possessionis? Aff: per *d.l.15. § 4. D. de precar.* cui nullam legem adversari existimo. Diss. *Ant. Matth. d. disp. thes.* 37. An ex pluribus causis una eademque res possideri queat? Aff: *l.3.§.4. D. de adq. vel amitt. poss.* Diss. vide apud *Borch. in tract. de adq. poss. c. 6.* Denique quaeritur, an possessio solo animo amitti possit? Aff: *d.l. 3. §. 6. in amitt. D. eod.* nec obstat *l. 8. D. ibid.* quia explicanda ex *l.153. fere D. de R.I.* Diss. *A. Math. d. disp. th.* 40.

V Ad § 6. quaeritur, an interdictum *unde vi*, quod vulgo **een mandement van complaincte ofte spolii** vocant, detur Titio, qui vi privata & sine armis dejectus est à Sejo, quem primo vi dejecerat Titius? Aff: per *d.§.6.* junct. *l. 8. de publ. in rem act.* Diss. *Balduin. Hotom. & Myns. hic & plures*, quos vide apud *Harp. ad h. § n.14.* Quid de eo, qui compulsus est possessionem tradere? Contrarium. *l. 21. simul § 5. D. quod met. caus.* Sed haec subtilitas vix in foro servanda est. Diss. quoq; vide apud *Harp. hic n.20.* Verum daturne contra singularem successorem? Neg: *l. cum à te 7. de vi & vi arm.* quod tamen jus recte corrigitur *per c. saepe 18. de rest. spoliat. arg. lib. 14. §. 3. de quod. met. caus.* Sed si bonae fid. possessor sit, & spoliator non solvendo, datur in subsidium contra bon. fid. possessorem *arg. d.l. 14. § 5. D. quod met. caus. DD. vulgo in d. l. 7.* Adde *c. redintegrande 3. q. 1.* ex quo & hoc evincitur, etiam extra subsidium contra bonae fid. possessorem

agi posse. Vide *Gail.2.obs.35.Treutl.disp.25. thes. 6.* Diss. vide apud.*Hæn.d.disp.33.q.12.Treult.vol.2.disp 25.th.5.lit.e.* Sed sufficitne in hoc interdicto unde vi, probasse antiquiorem possess. actoris, juniorem rei? Non sufficit, sed actor possessionem & dejectionem probare debet.*l.1.§.1.& 4.D.de vi & vi arm.*Diss.*Covarruv.in c. possess.de R.I.in 6.Menoch.de recup.poss. remed.Mascard.de prob.vol. 3. concl.* 1321. In interdicto *uti possid.* qui antiquiorem probavit possessionem, jure canon. tuendus est. *c. licet ext. de probat.* quod Mores sequuntur. *Wesemb.in Parat.ad tit.D. uti possid.n.5.& in not.ad Schneid.in § pen.h.t.* Plures quæstiones cum rebus judicatis vide apud.*Ant.Fabr. ad lib.8.Cod.tit.3.def.1.& seqq.*

VI. §.7. quæritur, an illa quoque interdicta duplicia sint, quæ recuperandæ vel adipiscendæ possessionis gratia comparata sunt; vel an dentur interdicta recuperandæ & adipiscendæ possessionis? Negatur.*h. § nostr.7.*Diss.vide apud *Harp.hic n.5.* In interd. duplicibus eum haberi pro actore, qui primo convolavit ad actionem, certum est ex *l.2.in fin.C.comm. divid.& l.13.de judic.* & hoc non tantum quo ad litis ordinationem, sed etiam quod ad litis decisionem. *DD.in d.l.13.Christin.vol.4.decis.142.n.9.*Diss.*Vultej. hic n.354.*

VII, Ad §.1.*tit.16.* quæritur, an hodie generale jus jurandum calumniæ sufficiat, quo juratur initio litis, nihil in toto negotio calumniæ factitatum iri? Aff: *per Auth.hoc sacram.C. de jurejur.propt.calumn.& Nov.49.c.3.§ 1.* Diss. *Cujac.in d.Nov.& Donell de jurejur. c.13.n.5.* An ergo in principio litis opponi debet. Aff: *per d.Nov.& l.2.C.d.tit.de jurejur. calumn. in 6.* quia vel ab initio occasio calumniandi præcidenda est. Diss. *Wesemb.ad.d.tit. C.n.9.* Sed potestne hoc jus jurandum statuto vel consuetudine tolli

aut

aut remitti? Potest, si cesset causa exigendi, puta si rarò aut rarissime calumnia litigantiũ manifesta est. Aliam rationem reddit *Harp.hic* 85. Sane jure divino nomen Dei haud temere usurpandum, & jusjurandum non nisi in casu dubio interponendum esse, docet *c.22.Exod.v.*10.11.*c.*.6*Heb.v.*16 Quare & judex pro re nata dubia in qualibet etiam litis instantia injungere potest, ut & jusjurandum malitiæ. Vide *Harpr.hic n.*96.*Wurmser. pract.forens.lib.* 1. *tit.* 14. Diss. *DD.varie*, quos videre est apud *Gail.*1.*obs.*85.*&* 01.*Hænon.d.disp.* 23. *cont.* 14. Cæteræ quæstiones quæ hic in examen vocari possunt, quæque exstant apud *Harpr. hic.* facile decidi possunt, partim ex præmissis nostris, partim ex Moribus generalibus, quos vide sis apud *Vinn.ad h.*§ 1.*n.*4. *Gudelin.*4.*c.* 8. *Zyp.d.tract. tit.de juram.calumn.*

Ad eundum § quæritur, an perjurium jure civili puniatur, sive per Deum sive per Principem perjuratum sit? Aff: si non certa, saltem arbitraria pœna, pro qualitate delicti. *l.si quo* 13.*§.ult D.de jure jur.l. ult. D.de crim.stellion.l.*41.*si quis major.C.de trans.* Vide *Sand.lib.*1.*tit.*9.*def.*2.Diss. & Mores vide apud *Harp.hic n.*95.*&* 96.*Fach.*1.*c.*14.Sed potestne judex victum condemnare in damnum & expensas litis, licet petitæ non sint? Non tantum potest, sed & debet, si temerarius fuit litigator.*d.§.*1.*in fin.& l.* 13.§ 6. *C. de judic.Nov.* 82. *c.* 10. secus si probabilem habuit causam litigandi.*l.pen.§.*1.*C.de fruct.& lit.expen.*Diss. *DD.comm.*teste *Vinn.hic.n.*3.*Vide Treutl. vol.* 1. *disp.* 22.*thes.*16.*Christin.ad ll. Mechlin.tit.*1.*art.*29 *&* 30. ubi usum adjungit.

VIII Ad §. 2. qr. an & is, qui unum ex delictis hic enumeratis in judicio post litem contestatã cõfessus est, infamiæ macula aspergatur, etiamsi judicis sententia nõ fuerit sequuta? Aff: *arg.l.*5.*D.de his qui not. infam.*

*infam.* & *l.* 1. *D.de confess.* Diss. *Bald.in d. l.* 5. & *Angel.Aretin. hic. n.* 13. Usum vide apud *Vinn. hic.* & *Zyp.tit ex quib. caus. infam. irrog.* Quæritur & hic, an recte infamia dividatur in infamiam juris & facti? Aff: *per.l.* 2. *de obseq. parent.* Diss. vide apud *Hænon d disp.q.*17.*Treutlt.vol.*1.*disp.*1 *thes.* 4. & *ult.* & *ibi. Bocchov.*

IX. Ad §.*ult.* quæritur, an vocatio in jus sit initiũ judicii instituendi, an instituti? Aff: prius *d.§.ult.* & *l.* 15.*amplius, D. rem rat.hab. l. un. C. de lit. contest. Geil.*1.*obs.*74. Diss. vide apud *Vinn. hic*, ubi & usum hodiernũ indicat. Quæstiones quo casu tolli & omitti possit, & plures alias huc quadantenus spectantes vide apud *Treutl. disp.*4.*vol.* 1. *Harpr. hic. n.* 6. & 7. maxime cum pleræque excussæ sint in *disp.nost.* 23. *thes.* 10. Adde *Ant.Fabr.ad lib.* 2.*Cod.tit* 2.*Wurmser. pract.forens.lib.*1.*tit.*6. & 7.

X. Ad *per §.tit.*17. quæritur, an judex judicare secundum acta & probata? an secundum conscientiam suã? an officium judicis deponere & personam testis induere debeat? Aff: prius, quia secundum leges & consuetudines judicare tenetur. *d.pr.* Atqui legibus cautum est, omnem rei veritatem consistere in ore duorum vel trium testium *l.*12.*D.de test.* & judicem, de qua causa cognovit, oportere sententiam pronunciare. *l.de qua re* 74.*D.de judic.* & *l.*1.*D.de re jud.* Quo in casu satis quoque securus est judex in conscientia, quia judicat juxta leges. Ad hæc conscientiam excutere potest dando contrarium testimonium. *Canonist.in c.pastoral.* 28.§ *quia vero ext. de offic. deleg Christin.vol.*1.*decis.*4. Nec magnum hic veritati metuendum est præjudicium, quum liceat appellare vel supplicare; & cõtraria sententia sceleribus fenestra aperiatur. Diss. vide apud *Gail.* 1.*obs.* 36. *Hænon. d. disp.cont.*18. & *Vinn.hic n.*5.*Bronch. cent.* 1. *ass.* Tu-

tius

tius tamen (si in abstracto loquamur) facturus est judex, si deponat officium judicis. An ergo nihil relinquendum arbitrio judicis? In dubio judex magis ad æquitatē quàm rigidum jus proclivis esse debet. *l.* 8. *C. de judic.* & mediam viam ingredi. *arg.* §. 25. *quum & aliena. Inst. de rer. divis. & c. afferte. de præsumpt.* Diss. vide apud *Treutl. vol* 1 *disp.* 1. *thes.* 1. *& Christin. decis.* 148. *vol.* 2. An judex ex officio teneatur inquirere in delicta vide apud *Treutl disp.* 31 *vol.* 2. *thes.* 1. *lit. e.* ubi & praxim ostendit & *disp. nost. seq. th.* 3.

XI. Ad §. 2. quæstiones vide in *disp. nost.* 5. *thes.* 10 *Ad* §. 3. quæritur, an actio ad exhibend. cumulari possit cum rei vindicat? Decisio petenda est ex *disp.* 11. *thes.* 2. Sed quæritur, an actio ad exhibend. quoque competat, licet quis sciens rem læsam receperit? Aff: *l. exhibit.* 7. *C. ad exhib*: Diss. *Costal. in l.* 3. *D. commod.* An in act. ad exhib. ut & in reliquis summariis judiciis semiplena probatio sufficiat, vide apud *Bus. in l.* 3. *D. ad exhib.* Quæstiones, an unica interpellatio debitorem in mora constituat, an post litis contestationem etiam in stricti juris contractibus usuræ debeantur, an saltē ex mora, vix hujus loci sunt, præsertim cum hodie exiguum habeant usum. *Zyp. tit. de usur. in fin. Christ. vol.* 2. *dec.* 191. *n.* 3. *Gudel.* 3. *c.* 13.

XII. Ad § 4. quæstion. vide in *disp. nost.* 21. *thes.* 7. *Ad* §. 5. disputavi in *d. disput.* 21. *thes.* 6. *Ad* §. 6. disputavi ex parte *ad* §. 20. *&* 28. *Institut. de act.* Sed quæritur hic, homine occiso vel reperto occiso in cōfinio duarum jurisdictionum cui cognitio tribuenda sit? Utrique, sive caput jaceat in alterius territorio, sive pars corporis inferior; quoniam in casu dubio media via tutissima est, ut dictum in fin. *thes.* 10. Diss. *DD. varie*, quos videre integrum est apud *Bus. ad. l.* 1. *D. fin. regund. & Hænon. d. disp.* 23. *cont.* 21.

XIII. Ad § *ult.* quæritur, an adjudicatio numeranda sit inter modos adquirēdi dominii sine traditione?

Aff: *Ulpian.in fragment.Inst.tit. de domin.20.§. adjudicat* 15. Diss. *Accurs.hic.* Sed cur hoc ita in adjudicat.& donat.secus verò in emt. & vendit.& success. ex testamento vel ab intestato? Moribus quidem ita apud plerasque gentes obtinet, sed quæstio de jure Romano est.

## DISPUTATIO JURIDICA VIGESIMA SEXTA

## *DE PUBLICIS IUDICIIS,*

Ad Tit. 18.ult. Instit. Lib. 4.

*Resp.* THOMA van RYSEN *Ultraj.*

I. AD *pr.d.tit.* quæritur, an & in publicis judiciis juretur de calumnia? Negatur. *d. pr.* præsertim cum in his inscriptio adhibeatur, quæ hodie in usu esse desiit. Vide *censur.nostr.ad tit.de susp.tut.* Diss. vide apud *Harp.hic.n.* 12.*& seq.* Item quæritur, an jure Canon. omnia judicia criminalia sint publica? Satis est quod Moribus Christianorum talia sint, ut probavimus. *disp. nost.* 22. *th.* 1. Adde *Clar.lib.* 5.§.1.*n.*6.*Vinn.ad* §1.*h.t.*

II. Ad §. 1. quætitur, an in accusando crimine publico forensis præferatur extraneo? An extraneus admittendus? An uxor occisi anteferenda liberis? Germ. frater anteponendus consanguineo? Sed hæ & similes quæstiones inutiles sunt, cum hodie in Belgio accusatio duntaxat Fisco vel Prætori concessa sit, qui agit Reipub.vel Civitatis nomine: quippe non tam privatus, quam tota Respub. publico crimine læsa videtur. Vide *Vinn.hic.*

III. Ad §.2. quæritur, an Magistratus vel Prætor in delicta inquirere possit, licet nullus existat accusator

tor vel delator? Aff: *l.3.l.13.D.de offic.Præsid.Nov.* 128.*c.*21. Ratio est in *l.ita vuln.*51.*§.2.D.ad l.Aquil.* Diss. *DD.comm.*teste *Harpr. ad h. §. n.* 29. Moribus res expedita est. Sed quid dicendum de jure Canonico? frustra hoc quæritur, quum plus auctoritatis sit in Moribus Christianorum, qui passim jure Divino confirmantur. Curiosum tamen indagatorem mitto ad *Harpr.in d.§.2.n.*45. Quæritur itidem hic, an pœna capitalis tantum de naturali morte intelligi debeat? Negatur.*h.§.2. & l. 2.D. de publ. judic.* Diss. vide apud *Hænon.disp.*24.*cont.*1.*lit.i.* Sed quid de pœna sangninis? illa regulariter pro pœna capitali ponitur. *l.transigere* 18. *C. de transact.l.*1.*de bon.eor. qui ante sentent.l.ult.de prævar.* ergo nec fustigatio, nec membri amputatio, nec relegatio pœnæ capitali annumerari queunt.*l.licet* 103.*de V.S.*Diss.vide apud *Hænon. d.disp.d.cont.lit.b.* Vide & *Harpr.ad h.§.2.n.*5. *& ad §.*3.*n.*56.

IV Ad § 3. quæritur, an & hoc crimen læsæ majestatis, de quo in *d. §.* 3. agitur, committatur contra Pontificem vel Tyrannum? Nego.*tot.tit.D.& C.ad l. Jul.majest.* Diss. post *Canonistas, Gigas in tractat. de crim.læs. majest.* An & contra Reges, Duces, Comites, Civitates superiorem non agnoscentes? Aff: *arg. l.*7.*§.*3.*in fin.ad l.Jul.majest.* Sed ita tamen, ut mitior pœna infligatur, quod non tanta majestas læsa sit. Diss. vide apud *Hænon d.disp.*24.*q.*2. *Harp.hic.n.* 19. An & contra Electores & Consiliarios Imperii? Aff: sive odio publico sive privato commissum sit. *arg. l. quisquis* 5.*C. ad l.Jul.majest.* Diss.vide apud *d. Hæn. d.q.*2. Sed quæritur an & propter conspirationem in Consiliarios Cæsaris memoria rei damnetur? Affirm: per *d.l.*5. Diss.*Fachin.*9.*c.*33. Porro quæritur, an hujus criminis reus ipso jure etiam ante sententiam amittat dominium rerum suarum? Neg. per *l.quæ fit*

15.pr. *D. qui & à quib.manum & l.22.res quæ & l. 46.§.6.D.de jure fiſci.* Diſſ.vide apud *Harp.hic n.87. & Fachin.9.c. 35.* Sed quid de pœna circa liberos ejus introducta, extenditurne ad liberos ante crimen natos? Aff: quia in illis magis metuitur paternum exemplum, quam in in natis poſt crimen. *DD.comm.* Diſſ. vide apud *Harpr.hic. n. 67.& Hæn.d.loc.* Quid de filiabus, nepotibus & pronepotibus? Ad illos non extenditur. *c.odia 15.de R.I.in.6.& arg.l.19 in fin.de lib.& poſth.* Diſſ.vide apud *Harpr. d. n. 67.* Moribus idem obtinet in filiis. *Clar. in §.læſ.majeſt.n.10.& 14. Zyp.tit.de pæn.§.de bon.damn.verſ.Liberos &c.Treutl diſp.32.vol.2.th.1.lit k.* Ratio eſt in *c.18. Ezech.c.24. Deut.c.14.lib.2.Reg.et c.25 lib.2.Chrō.c.4.& 8.cauſ. 16.q.6.* Facit quoq; *l.9.de Senat.l.crim.26.D.de pæn.* niſi dicamus, denegari propterea, quod metuatur vindicta quæ facilius per bona expediri ſolet. Quin regni uſu ipſis interdici queat, nullus ambigo. Quibus textibus motus dixerim, nequidem paterna bona liberis deneganda eſſe. Unde & fructa hic plura de bonis futuris, de feudo rei, de legitima liberorum. Vide tamen *Harpr. ad h. §. n.100. & ſeqq.*

V. Ad §.4. quæritur, an etiam cum innupta adulterium committatur? Negatur de Jure Civili. *l.6 §.1. l.34.D.adulter.& l.inter.101.de V. S.* Affirmatur de Jure Canonico. *c.4.cauſ.32.q.4.* Diſſ. *Menoch.lib.2. de arbit.jud.quæſt.caſ.420. n. 105. & ſeqq.* Sed quodnam jus præferendum? Can. quia juri Divino & ſanæ rationi magis conſentaneum eſt. *Exod.20. v. 14. Matth.5.v.27.* junct. *1.ad Corinth. c. 7. v. 4.* Utique mœchatur, qui fidem matrimonio datam violat; ſeu fornicatur, qui violat thorum, & lædit communionem corporis, ergo & conjux, qui cum ſoluta rem habuit. Cæterum in hoc adulterium (quod vulgo ſimplex vocant) nuſquam in Jure Divino capitalem pœnam conſtitutam reperio. Quare tantum in eum qui

qui cum nupta adulteravit, & multo magis in improbum & qualificatum (ut ajunt) adulterum dictam pœnam statutam esse, statuo. *Deut. 22. v. 22. & seqq. Levit. 20. v. 10. Genes. 20.* Diss. *Theolog. & ICti* varie, quos vide apud *Zepper. lib. 1. c. 10 pag. 75. Harpr. hic. Hænon. d. disp. 24. q. 3. Christin. decis. 197. vol. 4. Papon. lib. 22. tit. 9.* In quæstione an adulterium ex *l. Iul.* semper fuerit capitale, aut pœna gladii coercitum, subsistit *Tim. Fab. disp. 28. anniversf. thes. 13.* Sed apparet, pœnam gladii tempore Constantini in usu fuisse. *l. quamvis 30. in fin. C. ad l. Iul. de adulter.* pœnam capitalem tempore Diocl. & Max. *in l. 18. transigere. C. de transact.* quam in mare adprobavit *Justin. in Auth. sed hodie C. ad l. Jul. de adult.* Jure enim veteri adulterium non fuisse capitale, videtur ex *l. 5. de quæst. l. 13. Claud. de his quæ ut indign. l. 4. §. ad ult. 7. D. de re milit. l. 18. de testib.* Diss. *DD. varie.* Movetur & hic gravis hæc quæstio, an hodie pœna capitalis adulterii proprie sic dicti recte mutata sit in pecuniariam? Aff: quia in Veteri Testamento haud dubie ejus ratio singularis fuit, cum per se nulla hic videatur proportio inter pœnam & delictum. Verum dolendum, mulctam illam pecuniariam nimis levem esse, præsertim apud illos, ubi adulteria sunt frequentiora, & in illos, qui sæpius adulterati sunt. Vide *Zyp. tit. ad l. Iul. de adulter. Gudelin. lib. 5. c. 18. de jure nov. Christ. ad ll. Mechl. tit. 2. art. 13. n. 3. & 4. Treutl. disp. 32. vol. 2. th. 2. & ibi Bacchov.* Quæritur autem, an etiam cum sponsa alterius adulterium committatur? Aff: *per. l. 13. si uxor. § 3. ad l. Iul. de adult. Deut. 22. v. 23. & 24.* Diss. vide apud *Harpr. hic. n. 24.* Sed quid de meretrice nupta? Idem, modo honeste vivat. *d. l. 13. §. 2.* junct. *l. 22. & 29. C. eod.* Diss. vide apud *Hænon. d. disp. q. 3.* Ast osculum impudicum sufficiensne adulterii commissi præsumptio? Neg. *Nov. 117. c. 1. vers.*

*si de adult.l.ult.C.de probat.& l.5.D.de pœn.* Diss. vide apud *Hænon.d.loc.Harpr. hic.n.60.* Quæritur & hic, qua pœna stuprum puniatur Jure Canon.? Sed præstat hoc ex Jure Divino determinare; quia morale puto, ut solutus solutam stupratam & ducat & dotet, nisi pater renuat dare in matrimon. quo casu dotatio sufficit. *Exod.22.v.16.& 17.Deut.22.v. 28.& 29.Zepper.d.tract.pag.67.*Diss. *DD. varie.*Vide *Zepper.d.t. Harpr. hic n.91.Treutl.disput. 32.vol.3. thes. 3.lit. e.* ubi & praxin hodiernam allegat. Sed quid, si vidua post mortem mariti stupro se polluat, amittitne dotem? Neg: *Nov.39.c 2.§.fin.* junct. *arg.l.12.pr. de judic.* quod nec à sacris paginis abhorret. 1. *Corinth.7.v.pen.Clar.lib.5.sent.§.stuprum n.5.* nec nec à proxi.*Bus.ad l.38.D.solut.matrim.*Diss.*DD.comm. teste Harpr. hic n.100.* Sed si vasallus cum vidua domini defuncti stuprum committat, amittitne feudum? Negatur, quoniam dum illa viro soluta est, vasallus in dominum mortuum vix peccasse intelligitur. *d.vers.pen.* Adde *c.1. §.fin. de feud. sine culpa non amitt.& ibi Bald.*Diss. *Feudistæ comm.* teste *Harpr. hic n. 112.*

VI. Ad §.5.quær. an ille, qui Titiũ interficere volens, interfecerit Semproniũ, teneatur ordinaria pœna *l.Corn.*? Negatur, si quæstio ex Moribus nostris decidenda est; quia iis non sufficit animum occidendi habuisse: & merito, quia pœnitentia sequi potuit: respectu vero Sempronii non habuit animum occidendi, ideoque nec tenetur. *l.1.§.3.D.ad l.Cornel.de sicar Zyp.d.tit.*Diss.vide apud *Fach.1.cap.37.Hæn. d.disp. cont.4.* quorum sententia etiam non admodum improbabilis est, sed in casu dubio tamen judex in mitiorem partem proclivis esse debet. Vide *Ioan.à Sande lib.5.tit.9. def.6.* Hinc idem dicendum de eo, qui ebrius aliquem interfecit. *d.l.1.§ 3.l.6.§ 7.de re milit.*

*& l.*

*& l. 12. in. fin. pr. de custod. reor.* quibus usus Belgii accedit, teste *Zyp. tit. de abolit. & remiss. vers. Et quamvis.* Adde etiam *Anton. Fabr. ad lib.* 9. *Cod. tit.* 10. *definit.* 7. Dissent. *DD. varie*, ut videre est apud *Bronch. cent.* 4. *ass.* 83. *Gail.* 2. *obs.* 118. Quid de illo, qui convitiis lacessitus, honoris sui tuendi causa injuriantem occidit? Tenetur ordinaria pœna *l. Cornel.* quia occidit non juste provocatus. Etenim fama non nisi errore vulgi læditur, & nec vis corpori, nec vitæ illata est. Adde *Deut, c.* 32. *v.* 35. *& Rom. c.* 12. *v.* 19. Diss. vide apud *Fachin.* 1. *cont. c.* 30 *Harp. n.* 193. Sed cum privata vindicta non sit licita. *dd. capp.* quid judicandum de *l. minime* 35. *de relig. & sumpt. fun.* l. 22. *nec in ea.* § 4. *& l.* 38. § 8. *D. ad l. Iul. de adult?* Quod injustæ sint, eoque merito abrogatæ. *c. inter hæc & c. seq. c.* 33. *q.* 1. *Zyp. in notit. jur. Belg. tit. de raptor.* Vide tamen *Perez. ad lib.* 9. *Cod. tit.* 9. *n.* 23 *Bodin. de Repub. lib.* 1. *c.* 3. Plures quæstiones huc spectantes cum usu vide apud *Christin. decis.* 198. *vol.* 4. *Gail.* 2. *obs.* 109. *& seqq.*

VII. Ad §. 9. quærit. an & ille pœna parricidii plectendus sit, qui socerum, socrum, vitricum, novercam, privignum vel privignam occidit? Neg: *d.* §. 6. *& l. pen.* § 1. *D. ad l. Pompei. de parricid.* Diss. vide apud *Harp. hic. n.* 27. At quid dicendum, si quis patrem vel filium suum naturalem vel adulterinum occiderit? Idem, quia illi nec proprie filii dici queunt, præsertim quum odiosa & severa non temere extendenda sint. Quam ob causam & Moribus præfata pœna antiquata, est *Harp. hic n.* 30. Diss. vide apud *Eund. ad h.* §. *n.* 10.

VIII. Ad §. 7. quæritur, an & ille testis pœna *leg. Cornel. de fals.* mulctandus sit, qui veri testimonii gratia pecuniam accepit, & verum dixit testimonium? Aff: de jure Civili, *l.* 1. §. *sed etsi quis* 2. *D. ad l.*

*Corn.de falſ.* junct. *arg.l.1.& pen.D.de calumn.* Diſſ. vide apud *Hænon.d.q.4. lit. b.Har pr. hic.n.* 15. quorum ſententia in foro ſervanda videtur, quoniam inter delictum & pœnam nulla hic proportio ſervatur. Sic & mitius puniendus, qui quod extra judicium affirmauerat, poſtea in judicio negavit. *Alexand.conſ.* 74 *n.*6.*lib.*1. Diſſ.vide apud *Harpr.hic.n.*17. *Hænon. d.q.4.lit b.* Plures quæſtion.rebus judicatis illuſtratas vide apud *Ant.Fab.adlib*·9.*Cod.tit.*13.*def.*1.*& ſeqq. deff.& titt.*

IX. Ad §.8. quæritur, an mulier virum rapiens eadem pœna ſit afficienda, qua afficitur raptor ex *l.un. C.de rapt.* Ut brevis hic ſim & utilis, dico, nec raptam, nec raptorem, maxime ſi conſenſu raptus factus ſit, ſive copula interceſſerit, ſive non interceſſerit, teneri ordinaria pœna *d.l.un.* quoniam nulla & hic juſta proportio inter delictum & pœnam cōſpicitur. Utiq; amantibus aliquid dandum eſt. *Nov.*74.*c.*3.*pr.* Quinimo vix Jovi datum, ſimul ſapere & ſimul amare. Præterea non tam Reſp. læſa videtur, quam ipſi parentes & proximi conſanguinei. *c.pen. ext. de Rapt. Joan.àSand.lib.*5.*tit.*19.*def.* 10. Concilium Tidentinum *ſeſſ.*24.*c.*6.*de reform.matrim.* permittit matrimonium, ſi rapta à raptore ſeparata poſtea conſenſérit, quæ ſententia in foro obtinet, teſte *Facchin.lib.* 3.*c.*46.& Juri Divino conveniens eſt. *arg.c.*21.*Iud.v.* 22. Diſſ. *DD.varie.* Vide *Chriſtin deciſ.*334.*vol.*1.

X. Ad §.9. quæritur., num & ille, qui rem civitatis alterius quam Romæ furatus eſt, teneatur pœna *leg.Iul.peculat.* Aff: *per l.*4.*§.nlt.D.ad l.Jul.peculat.* ſed ſecus eſt, ſi pecuniam civitatis ſubſtraxit. *l.ob pecun.*81.*de furt.* quia affectus cadit in ſpecies, non verò in quantitates. *l.*3.*de in litem jur.* Vel dicendū, *d.l.*4.§.7. loqui de civitate Roma, cujus res proprie dicuntur publicæ *l.*16.*eum qui de V.S.& d.l.*81. loqui de

de alia civitate. Diff. vide apud *Harpr. hic & Hænon. d. disp. 24. q. 4. lit. e.* Quæritur & hic, an sacrilegium committat, qui Auctore Principe ob meritum vel pretium possidet rem pseudo-sacram aut religiosam? Negatur. *arg. l. juste* 11. *D. de adq. poss. & l.* 14. §. 1. *in fin. de relig. & sumpt. fun.* junct. *l. cum loca sacra* 36. *D. eod. & l.* 5. *C. de pagan.* Adde *Grot. de jure bell. & pac. lib.* 3. *c.* 5. & 8. *& ibi notas & c.* 12. Quod inprimis procedit Moribus Christianorum, quibus etiã hosti devicto res suæ relinquntur, præsertim si pacto ita inter victorem & victum convenit. Vide *Reyd.* **Nederlantsche oorloge.** *fol.* 157. *& seqq.* Imo stricto jure & hodie capti fiunt servi. 2. *Petr.* 1. 2. *v.* 19. Sed quid, si bona intentione datæ sunt res ad cultum divinum exercendum, & veram religionem propagandam? Nulla intentio præjudicat veritati, nulla intentio bona facit causam bonam, sanctam vel religiosam, si revera res ad impium cultum, idolatricam & pollutam religionem, aut alias contra Jus Divinum largitæ sunt; ideoque tanquam ex crimine & dilicto cadunt in commissum *d. l.* 5. *& arg. l.* 14 *commissa. D. de Publican. & vectigal.* Quod communi Consuetudine Germaniæ, Daniæ & Belgii obtinuit *teste Bus. ad l.* 7. *D. quod cujusc. univ.* Sed non male sane convertuntur quoque in usus pios templorum, scholarum, pauperum. *arg. Nov.* 37. junct. *l.* 5. *vel negare D. testam. quemad.* Quod & Moribus Germaniæ & Belgii servatur. At quid, si possessor nec sacerdos, nec pauper sit, estne tutus in conscientia? Quidni? si enim Princeps justus & legitimus istiusmodi bonorum Dominus sit, atq; adeo de iisdẽ disponat, quomodocunq; ipsi ex Repub. videtur, ergo & illi qui retinent seu accipiunt, tutò & trãquille possident. Quid denique, si bona vere & ex jussu Dei ad veram religionem excolendam, & sustentãdos pauperes do-

nata sunt? Sacrilegium, vel saltem furtum committi videtur, si in alios usus convertantur. *arg. c. 27. Levit. vers. 28. Nehem. 13. v. 10. & seqq. Malach. 1. v. 8. 3. v. 8. Nov. 7. c. 10. Can. 3. & 5. c. 12. q. 2.* Plures rationes vide apud *Danæ. lib. 3 polit. Christ. c. 2. Zepper. de ll. Mosaic. lib. 4. c. 10. sub fin.* Sed quid, si bona superflua sunt? Possunt sine crimine sacrilegii in salutem Reipub. impendi ex verisimili voluntate donãtium, qui dum Ecclesiæ prospectum voluerunt, haud dubie Reipub. incolumitatem spectasse censentur, quum illa sine hac subsistere nequeat. Dissl. *Theologi & JCti Varii varie.*

XI. Ad §. 10. quæritur, an ut pater propter famen & inediam, ita & propter captivitatem, quâ perire deberet, filium distrahere possit? Aff: *per l. 2. C. de pat. qui fil. dist.* junct *l. 12. de ll. & SCtis.* Dissl. vide apud *Harp. hic & Hænon. d. q. 4. lit. k.* Quid de matre? Secus est, quia non habet liberos in potestate; unde & apud Nos hæc ne quidem in patre locum habent; quia apud nos cessat parria potestas. Adde *Deut. c. 24. v. 7. Exod. 21. v. 17. & c. 1. ext. de furt.* Dissl. vide apud *dd. Auctor.*

XII Ad §. 11. *& ult.* variæ proponuntur quæstiones, quæ tamen, dum vix una illarum contrarios habet Doctores, silentio præteribo, ne jus nostrum satis superque alias controversum, & contrariis opinionibus involutum, quæsitis quæstiunculis obruam. Præterea Moribus horum judiciorum pleraque mutata sunt, & pœnæ in arbitrio judicis. *Zyp. tit. de pœn. tit. de ambit. Bus. ad tit. de offic. præf. urb. Rosbach. tit. 32. de pœn. n. 23. & 24.* Adde *& Vult. ad h. §. n. 7.* Ut ergo nos ad præceptum & methodum Imperatoris accommodemus, hisce paucis quæstionibus de publicis judiciis propositis, finem hic facimus.

INDEX

# INDEX
## Censuræ & Dispntationum.


A

ACCEPTILATIONIS *definitio, effectus & usus pag.* 539. *& seq. acceptilatio an Juris Civilis sit, & quæ de ea quæstiones inutiles pag.*871. *& seq.*

*Accrescendi jus an & quale hodie locum habeat. p.*343. *& an locũ habeat inter verbis conjunct.p.*791.

*Actionis definitio, ordo & formula hodierna.pag.* 588. *&* 603. *actio in personam & in rem qnomodo hodie intentetur.p.*589.

*Actio confessoria & negatoria an etiam in aliis juribus vindicandis competat.p.*591. *Actoris partes quis proprie obtineat, & quis ille unus casus in* §.2.*Inst.de act.p.*886.

*Actionem Public. posse hodie cumulari cum rei vind.p.*592. *Actio rescissoria usucapionis quando competat, ejusque usus.p.*593.*&* 887.

*Actio Paul. quando competat, ejusque usus. p.* 594.*& seq.*

*Actio Serviana & quasi Serviana quando competant, earumque usus hodiern. p.* 596. *& seq.*

*Actio de peculio quomodo una actio sit cum act.de in rem vers.pag.* 632. *& an hodie usum habeat.p.*599.

*Actionis juratoriæ ratio & usus.p.*600. *&* 889.

*Actiones pœnales hodie arbitrarias esse.p.*601. *actiones præjudiciales quomodo hodie in usu. p.* 602. *Act. semproniũ hodie tantum in simplum & rei persequutorias esse. pag.*604. *& seq.&* 608. *actiones populares non sunt in usu. pag.*885.

*Action.mixtæ an & quæ dentur.p.* 607. *& seq. actio de servo corrupto qualis hodie in usu. pag.*

pag.906.
Actio tripli hodie in usu non est.p.610.
Actionis divisionem in bonæ fid. & stricti jur. hodie in usu non est. p. 614.
Actionis de dote privilegium quale sit p.615.& actiones arbitrariæ an distinctæ sint à cæteris, earumque usus.p.617. & seq.& p.894.
Actio pro socio an hodie privilegiata. p. 626. actio directa & utilis an hodie in usu. p.573. & seq.
Actio de tigno juncto in duplum hodie in usu non est.p.181.& 735.
Actus quid sit, & quomodo sine itinere esse queat. p.205.& seq. & 741.
Ademptio legatorum quando censetur facta. p.794.
Aditio hereditatis quando facta intelligatur, ejusque usus. p. 334. & 787.
Adolescentes inviti hodie curatores accipiunt. p.126.
Adoptionis hodiernus usus.pag.83. & 720. & seq.
Adscriptitii quales hodie sint.p.37.& 706.
Ædificia an & quo pacto hodie solo cedant. pag. 181.& seqq. & p.735. & seq.
Avocati non testantur jure privilegiato.p.760.
Ætatis venia hodie certis annis non est adstricta. p.125.
Affinitatis an dentur gradus.p.717.in fin.
Agnatorum differentia sublata est. p.106. usus p.105.& seqq.
Alluvio quid, ejusque usus.p.169.
Alveus fluminis ad quos hodie pertineat.p.172. & seq.
Apium examen cujus maneat.p.163.
Aqua profluens an aqua fluvii.p.731.
Arbor vel manu hominis transplantata, vel vi flumin.cujus sit.p.185. & 170.
Areæ ususfructus durare debet, licet ædificium destructum sit.p.216.
Arrhæ datio quot modis fiat, effectus & usus.p. 800.& seq.& 841.

Asy-

Asyla quibus erecta & licita sint. p. 60. & 710.
Auctoritas tutoris quando opus. p. 120. & seqq.

B

BAnniti an amittant usumf. p. 215.
Beneficium competentiæ an hodie competat. p. 625. & seq.
Beneficium divisionis quid sit & quando hodie competat. p. 492. & 834.
Beneficium invētarii quādo & quomodo hodie competat. pag. 333. & 785. & seq.
Bona ad falsam religionem data verti possunt in usus profanos. p. 732
Bonorum nulla habenda ratio in successione ab intest. p. 451. & 804. & seqq.
Bonorum possessio quæ est similis hæreditati, hodie in usu non est. p. 667.

C

CAnon in emphyteusi quando solvendus. p. 850.
Casus insolitus species fortuiti est. p. 820.
Causæ lucrativæ duæ quidni possent concurrere? p. 341.
Cautio fructuaria & quasi à quo remitti possint. p. 745. & quomodo fiant. p. seq.
Civitas an & quomodo leges condere possit. p. 702.
Codicillorum jus hodiernum & codicillaris clausulæ effectus. pag. 393. & seqq. & p. 802. & seq.
Commixtio cujus juris esse debeat. p. 180.
Commodatum quid, ejusque usus. p. 457. & seq. & p. 819. & seq.
Compensatio quid, & quando hodie locum habeat. pag. 616. & p. 893. & seq.
Condictio certi an generalis & quid cond. indeb. sit. p. 818. & seq.
Condictio furtiva an & cur detur contra heredem. p. 560. & 878.
Conditio impossibilis vitiare videtur testamētum. p. 299.
Conditio, si heres non erit, quid contineat. p. 774.

Con-

*Conditiones arbitrariæ quomodo interpretandæ.p.825.*
*Conductor regulariter culpam levem præstat. p.513 conductor quando teneatur de incendio,& an possit expelli ab empt.p.856. & seq.*
*Confusio cujus juris esse debeat.p.178.*
*Consensus parentum & liberorum in nuptiis an & quando necessarius sit.p.66.& 714.& seq.*
*Constituti & fidejussionis convenientia hodierna p.598.*
*Consuetudo quanto tempore & quot actibus & quomodo introducatur & probetur. p. 32.& 704.& seq.*
*Contractus quid & quotuplex p.815.*
*Contractus quidni possuut celebrari in testamento.p.157.*
*Conventio & pactio quomodo differant.p. 815.*
*Convitium quando obliget.p.881.*
*Correus quomodo hodie conveniatur.p.468.an, si solvit, habeat actionem, an teneatur ad communicandum.pag. 818.*
*Culpa quotuplex.p.729.*

D

*DAmum injuria datum quomodo hodie reperatur.pag.564. & 572.*
*Debitor in diem non potest solvere ante diem p.871.*
*Delegatio quid, & an pertineat ad l.ult.C.de novat.p.542. & 872.*
*Deliberandi jus quibus & quando competat.p. 332.*
*Delicta hodie ad prætorem pertinent. p. 545. & 686.& 873.*
*Depositum quid,& quale jus Divinum circa depositum & an in re immobili consistat. p.458. & seq.& pag.820. & seq.*
*Deportationis usus.p.90. & seq.*
*Dominium debet transferri sine traditione.p. 195.& seq.*
*Donatio quid,quotuplex, quæ insinuationem requirat, quæ revocari que-*

queat. p. 232. & seqq. & 750. & seqq.
Doarium sive dotalitium quid sit. p. 239.
Dotalis rei quis verus & quasi dominus, ejusque usus hodiernus. p. 241. & seq. & 753.

E

EMancipationis species quot hodie in usu. p. 95.
Emphyteusis quid & quotuplex, quomodo differat à censuali. p. 511. & seq. an juris gent. an scriptura fieri debeat, an possit vendi vel donari. p. 852. & seqq.
Emptio quid & quando rescindi poßit. p. 500. & seq. p. 838. emptoris periculo cur res vēdita intereat. p. 505. & seq.
Error in venditione quādo noceat. p. 839.
Error in nupta an vitiet matrimonium. p. 716.
Exceptio quid, & an exceptio excußionis sit dilatoria. p. 654 & 834.
Exceptio ordinis & divisionis quando opponi debeant. p. 834.
Exceptio non num. pecun. quamdiu hodie competat. p. 836.
Exceptiones dilatoriæ & peremptoriæ quando hodie opponantur. p. 904.
Excusationes tutorum hodie arbitrariæ videntur. p. 134.
Exercitoria actio hodie in usu non est, & unusquisque tantum exercitor pro sua parte tenetur. pag. 629. & seqq.
Exheredatio quando valeat. pag. 283. & seqq. & p. 763. & seqq. & 779. & seqq.

F.

FFalcidiæ an debeat esse loous. p. 370. & seqq. & p. 795
Familiæ ercisc. actioni an præscribatur p. 868.
Famosi libelli pæna. pag. 882.
Fera & hodie debet fieri occupantis. p. 161. pertinet ad eum, qui vulneravit. pag. seqq.
Feuda qualia hodie bona p. 790.
Fideicommissum debetur licet nullus testis adfuerit. pag. 388.

Fide-

Fidejussor hodie etiam in excurrentem summam obligatur; p.493. & seq.
Fidejussor accedit obligat. ex delicto sub. distinct. pag.
Filius hodie de bonis adventitiis testari potest. pag. 832 277. filius gravatus fideicom. duas quartas hodie detrahit pag.799.
Flumina quo jure hodie censeantur. pag.127.& seq.
Fratrum filii videntur ad mittendi tantum in stirpes pag.810.
Fructuarius an & quomodo jus suum possit alienare. pag.218.& 747.
Fructuarius an tranferat fructus. pag.190.
Frumentum ex spicis cujus sit. pag.175.
Fur non est qui fame urgente furatus est esculenta pag.874.
Furti pœnan hodie arbitrariam esse. pag. 549. an possit esse capitalis. pag.876.
Furtum hodie non committit cõmodator aut depositarius, ut in §. 6. de furt. pag.550.

G

GEnere legato, quid juris. pag.356.& seq.& pag.794.
Gradus computatio qualis & quæ præferenda pag. 717.
Grege legato debetur ususf in una ove pag.352.

H

HAbitatio an species servitutis. pag.747.
Heres hodie ex certo vel ad certum dicem dari potest. pag.298.
Heredes hodie omnes voluntarii sive extranei sunt. pag.328.
Hereditatis aditio quomodo & quando facta censeatur. pag.787.
Hostium res & quo pacto hodie legent. et ad quirantur. p.166.& seq.

I

INcestus an committatur inter fratrem & sororem. pag.70.& 716.
Indebitum quando repeti possit. p.816. licet solutum ex causa damne dati, legati ad pias cau-

sas

*sas &c.p.535.*
*Infamis an possit esse procurato? p.904.*
*Injuria quid, an & quæ vindicari possit, actio ad palinodiam civilis est, dissimulatione aboletur.p.575.&seqq. & p.881.&seqq.*
*Institutio heredis an necessaria & præcedere debeat.p.365.& 784.*
*Institutus in re certa hodie illa contentus esse debet.p.294. & seq. & p.769.*
*Insula in flumine nata hodie ad Ord.pertinet*
*Interdict. quor. bon. non est inusu pag.667. pag. 171.& seq.*
*Intestatus quoque pupillus dicitur.p.805.*
*Inundationis jus apud Holland. durum p.173.*
*Iudicis imperitia cur & quando hodie puniatur p.584.*
*Iudicium rescindens & rescissorum an possint cumulari. p.88. An possessor. & petitor. p.907.*
*Jura captivitatis hodie inter Christianos cessant. p.37.*
*Iurisconsultor. auctoritas an comparetur communi DD.opinioni aut reb. judicat pag. 31. & 704*
*Interdicta an & quando hodie competant. pag. 664.& seq.& p. 906.*
*Iudex quomodo judicare debeat.p.922.*
*Iurisprudentia quid, & quid in ea res divinæ. p.13.& 14.&p.700.*
*Iuris præcepta quot, & quænam illis adversentur p.16.& 700. & seq.*
*Iuris divisio varia, pag. 19& seqq. & pag. 701 & seqq.*
*Jus publicumquid & quot modis partitum, p.17. & 701.*
*Ius Romanum quando in Belgio locum habeat. p.24.et25.*
*Iusjurandum calumniæ quomodo hodie usurpetur. p.675.*
*Iustitia quomodo dividatur & quotuplex sit. p.699 & seq.*

L.

*Legari quænam res possint. & quid de feudo p. 339. & 789.*

*Legatum rei alienæ an jure Canon. valeat p. 789.*
*Legatarii an possint hodie esse testes. p. 265.*
*Legatorum adæquatio cur facta. p. 338.*
*Legatum usufr. omn. bon. an valeat. p. 769.*
*Legatum an oppignoratum. p. 789.*
*Lex nova quando obliget. p. 703. an scriptura sit de substãtia ejus. p. ead.*
*Legitima portio an tolli possit. p. 783. quota hodie sit p. 323. & quo titulo relinquenda. pag. 784.*
*Legitimatio quotuplex hodie p. 81. et seq. et p. 719. et seq.*
*Liberi in conditione positi an et quatenus sunt in dispositione p. 769. et seq.*
*Literarũ obligatio quales hodie effectus habeat. p. 196. et seq. et p. 839. et seq.*
*Locatio quid et quæ ejus hodie jura. p. 508. et seqq. et p. 848. et seqq.*

M.

M*Andatum quid & quãdo hodie obliget p. 522. & seqq. & p. 861. & seqq.*
*Mare cujus juris. p. 151 & 730 & seq.*
*Mariti quæ potestas hodie in bonis uxoris. p. 143. & 241. & seq. & p. 753.*
*Materiæ dominus an speciei dominus. pag. 175. & seq.*
*Matris præteritio quid hod. operetur. p. 290. & 766. & seq.*
*Merces locationis an tantũ in pecunia numerata consistat. p. 49. & seq.*
*Merces in mare conjectæ cujus juris. p. 201. & seq.*
*Militis testamentum non tantum subjacet querelæ inoff: sed etiam nullũ est. p. 78. Milites in locis limitaneis, milites nostri gaudent iisd. privileg. p. 760.*
*Minor. 25. ann. an. possit esse procurator. p. 709. invitus accepit curatorem. p. 126.*
*Muciana cautio an habeat locum in contract. p. 825.*
*Mutuũ an sit species alienationis. p. 816. natura &*

& effectus ejus. p. ead. & seq.

N.

NAturales liberi, nati ex damnato coitu an sibi invicem succedant. p.808.

Negot. gestor. tantum culpam levem praestat. p. 866.

Nepos ex filio an fiat legitimus, si patre mortuo avus contraxit matrim p.720.

Nepos post mortem avi conceptus an avo heres exsistat p.720.

Nepotes quomodo patruo succedere debeant. p. 810.

Novatio quādo hodie facta intelligatur. p.872.

Nuptiae quid & quae prohibitae p.64. & seqq. an comprivignorū licitae p. 718. an consobrinorum. p. 717. aliaque nuptiar. jura. p.714. et seqq.

O.

OBligatio quid et quotuplex. p.452. et seq. et p.814. et seqq.

Obligationes hodie omnes naturales, sed efficaces sunt. pag.453 et 814.

Officium judicis. p. 677. et seqq.

Ordinis beneficium quibus competat. p.492. et seqq.

P.

PActa nuda hodie actionem pariunt. p.815.

Paganus & hodie pro parte testatus pro parte intestatus decedere potest. p.294.

Poenae plus petit. Moribus abrogatae sunt. pag. 621. & seq.

Poena debetur, quantacunque promissa. pag. 827.

Patria potestas in quibus hodie consistat. p.62. & seq. quibus modis dissolvatur. p.90. & seqq. & p.703.

Parentes hodie sine venia in jus vocantur. p. 601.

Partus quinam legitimi, p.713.

Columbarum jus hodiernum. p.164. & seq.

Peculii advent. usuf. hodie nullus ad patrem pertinet. p.248.

Periculum rei venditae an & quando hodie perti-

*Spurii*, *an ſint perſonæ turpes*. p. 782.
*Stipulat. quid hodie, ejuſque uſus*. p. 461, et ſeq.
*Stipulari alteri hodie quis poteſt*. p. 477. *naſcitur obligatio, licet non cõgrue reſponſum ſit*, p. 478 & 829. et ſeq.
*Subſignatio teſt. hodie in teſtam. non fit, ſed ſubſcriptio, magis tamen ex ſolennitate, quam neceſſitate* p. 259.
*Subſtitutio quid et quotuplex ejuſque jura*. p. 300. et ſeqq. et p. 771. et ſeqq.
*Succeſſionis jura*. p. 439. et p. 104. et ſeqq.

T.

*TEſtamentum quid et quotuplex*. p. 255 et ſeqq. *qualia ſint teſtamẽta hodierna*. p. 267.
*Teſtamenti factio cujus juris*. p. 756. et ſeq.
*Teſtam. cæci quomodo hodie fieri queat*. p. 761.
*Teſtamenti factionem Mores permittunt filiofam* et ſeq. p. 277. et 761.
*Teſtament. juxta ſtatutum loci factum etiam extra territoriũ obtinet*. p. 762. in fin.
*Teſtamentum pagani quando inſtar militis valeat*. p. 760.
*Teſtamentum apud hoſtes factum hodie valet*, p. 281. *an et apud Turcas factum*. p. ſeq.
*Teſtamentum patris quomodo fiat et revocetur*. p. 758.
*Teſtes in teſtamento qui poſſint eſſe*. p. 260. et ſeqq.
*Teſtes in teſtam. milit. nuncupat. quot. requirantur*. p. 760.
*Theſaurus hodie pertinet ad fiſcum*. p. 193. et 738.
*Tutela quid et quotuplex ejuſque jura hodierna* p. 99. et ſeqq. 4. 722. et ſeqq.

V.

*VEnditor an præciſe teneatur rem tradere*. p 340.
*Venditoris jura plura*. p. 499 et ſeqq. et p. 938. et ſeqq.
*Venia ætatis*, *quando hodie peti poſſit*. p. 125.
*Victus victori qualis et quando in expenſas dam-*

nandus.p.911.
Unio proliumquæ p. 83.
Vsuarius quid juris habeat, et quomodo differat ab usuf.pag.217.et seq.
Usucapionis et præscriptionis jura hodierna.p. 222. et seqq. et p. 748: et seqq.
Ususfructus quid et quotuplex, quomodo constituatur et amittatur. p.201.et seqq.et p. 743. et seqq.

FINIS